This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Q 562.

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNOPSIS UNIVERSÆ MEDICINÆ PRACTICÆ:

SIVE

DOCTISSIMORUM VIRORUM

DE

MORBIS

EORUMQUE CAUSIS AC REMEDIIS

JUDICIA.

ACCESSERUNT NUNC DEMUM CASUS NONNULLI OPPIDO RARI.

AZ 7526 (1)

AUTHORE

J. ALLEN, M. D.

EDITIO NOVA, PRIORIBUS MULTUM EMENDATIOR.

Τῆς αὐτῆς διανοίας ἐστὶ γνῶναι τὰ ὀρθῶς εἰρημένα.

Ἱπποκρατ. περὶ διαίτης.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,

EX OFFICINA B. KNOCHII, ET JO. GEORG. ESLINGER.

M D C C X L I X.

Digitized by Google

003'892'720

0/51565

Digitized by Google

AD

LECTOREM.

Medicina, omnium artium nobilissima, si ad ejusdem præcognita, institutiones, & theoriam spectemus, nuperis annis progressus & incrementa admiranda accepit; agnoscendum est tamen & vehementer dolendum, quod praxis, pars ejus longe utilissima, haud pari passu processerit. Ars medendi non nisi tardo pede progreditur. In seculorum revolutione, ingenio singulari valens perraro assurgit, qui in hac etiam

Digitized by Google

parte artem cudit; ſed homines iſtius-modi indolis, teſte medicorum ab Hippocrate catalogo, in ingenti temporis tractu apparent rari nantes in gurgite vaſto. Interim loco ſanioris praxeos & melioris medendi methodi hypotheſes novæ & theoriæ novæ quotannis ad nauſeam usque nobis obtruduntur, quæ oſtentationis multum, utilitatis parum habent. Tritum utcunque ſit illud, qui ſpeculantur, non medentur, *non tamen a veritate prorſus alienum eſſe ex obſervatione ſatis frequenti conſtat.*

Præſentis inſtituti propoſitum eſt praxin legitimam & laudabilem UNDECUNQUE DESUMPTAM VEL MUTUATAM *omni opera maxime compendiario exhibere,*

Digitized by Google

bibere, & *optimorum ſcriptorum auctoritate firmiter ſtabilire. Hoc eſt, quod impræſentiarum ſubivi, munus, quo officio (ſperare fas eſt) fortaſſis aliquando manus magis idonea cum majori laude & utilitate defungetur*; ut uno intuitu videamus, *quo usque ventum eſt in vera ac ſolida medendi cognitione.*

Ut plurimum tantum monitoris officium præſto. Morbi omnes ex præſtantiſſimis ſcriptoribus hic ad vivum depinguntur; *præcipuæ morborum cauſæ, & de eorundem eventu judicia, traduntur*; *indicationes curativæ exponuntur*; *& remedia nonnulla, præſtantiora ſaltem, breviter attinguntur, & concinnæ aliquot formulæ ſubduntur*, ut cito, tuto, & jucunde,

Digitized by Google

cunde, & qua fieri poteſt certitudine, medeamur.

Citationes authorum non ex numero, ſed ex pondere & momentis ſunt æſtimandæ. Aphorismos præclariſſimi Boerhaavii *haud ſatis pro merito laudavi; quoniam uniuscujusque manibus præſto eſſe & chariſſimos haberi nullus dubito: eſt enim opus omnibus numeris abſolutum, & tantum non divino afflatu exaratum, auro contra æſtimandum, decies & amplius perlegi digniſſimum, immo in ſinu perpetuo geſtari.*

De morborum Ætiologiis (ingenue fateor) non niſi pauciſſima in medio protuli: origines & cauſæ proximæ morborum plerumque longe abſtruſiores ſunt, quam ut noſtræ mentis acies

Digitized by Google

acies eo usque penetrare possit; & revera, si dissimulare nolimus, agnoscendum est, quod hæ ut plurimum usque adeo nos lateant, ut in iisdem pervidendis hactenus Talpæ simus: In alto navigamus LONGITUDINIS IGNARI.

Meipsum quod attinet, ne sim plane ἀσύμβολος, *de proprio penu ex adversariis meis depromptum, ubique fere, nunc demum in hac tertia Editione, nonnihil interspersi, quæ usui publico libenter mancipavi, & utinam ne illa sint sola omnium manca & jejuna.*

Qualescunque tamen sunt hæ lucubrationes, satis novi non esse aliquid, quod hoc loco proferre possum, quod limatiores vel utiliores illas reddat; neque ornatiores in futurum polliceor,

Digitized by Google

ceor, ut ſint hujuſce opuſculi aliquid præſidii.

Unicum tantum præfandum reſtare cenſui, nempe; ut te certiorem faciam, me hæc collectanea in lucem edidiſſe non ex ſuaſu amicorum, vel quæſtus, aut gloriolæ captandæ gratia; ſed inductu conſilii, ut mihi viſum eſt, recti honeſtique, & publicum, tam ægrotantium quam medentium (maxime juniorum) emolumentum reſpicientis.

Valeas itaque, Candide Lector, & haſce verſuras *ſine faſtidio accipias, atque hoc levidenſe* Φιλανθρωπίας *noſtræ pignus, animique erga te benevoli documentum, fac æqui bonique conſulas.*

Medicus eſt Miniſter, Natura Medicatrix: Deus interim hiſce clementer benedicat.

SYNO-

Digitized by Google

DISSERTATIONES MEDICO-PRACTICÆ, &c.

CAP. I.

SIVE FASCICULUS MORBORUM PRIMUS.

FEBRES IN GENERE.

Ex obſervatione & inter legendum.

Art. 1. FEBRES (ut recte annotavit clariſſimus Sydenhamus) cum Appendicibus ſuis duas fere tertias partes omnium, quæ ſunt morborum, complent; ideoque his exponendis, utpote quæ etiam totis corporibus inhæreſcunt, merito exordiri ſtatuimus. *Proœmium.*

Art. 2. Febris autem (inquit idem) nihil aliud eſt, quam *naturæ conamen materiæ morbificæ, corpori valide inimicæ, exterminationem in ægri ſalutem omni ope molientis.* *Febris quid.*

Art. 3. Febrium diviſio maxime generalis & genuina eſt in Ephemeram, Intermittentem, Continentem, & Continuam: Item, in *Eſſentialem & Symptomaticam.* *Febrium diviſio.*

Febris eſſentialis eſt cujus cauſa primaria in ipſo ſanguine deliteſcit, a nullo alio morbo ſolidarum partium *Eſſentialis.*

A

Digitized by Google

tium originem ducens, aut quocunque modo pendens, atque hæc est *Febris absoluta & proprie dicta.*

Symptomatica. Febris symptomatica est Febris secundaria, quæ non propriam subsistentiam habet, sed a graviori alicujus partis affectu originem trahit, & frequentissime ab insigni aliqua inflammatione pendet, unde *Febres variæ inflammatoriæ dictæ.*

Ephemera. *Art.* 4. Febris omnium mitissima est Febris Ephemera, sive Diaria, *i. e.* Febris unius diei; ab insolatu, exercitio nimio, vel aliquo alio accidente externo oritur, & spatio 24 horarum ultro terminari solet. Sola quiete, & in lecto decubitu curatur.

Intermittens. *Art.* 5. Huic proximæ sunt Febres intermittentes, scilicet, quotidianæ, tertianæ, quartanæ simplices: Tertianæ, quartanæ duplices, &c. hæ more Febris Diariæ spatio 24 horarum plus minus pro isthac vice finiuntur; verum pro peculiari illarum genio, singulis, vel alternis diebus, vel quarto quoque die, recrudescere solent.

Continens. *Art.* 6. His congener est Febris Συνεχὴς, seu continens, quæ quidem est Febris continua, sed non uno tenore pergens; ad plures dies sine ἀπυρεξίᾳ protenditur, habet tamen sua *Remissionis & Exacerbationis* tempora, statis, vel incertis periodis se invicem excipientia; *Intermissionem* vero nullam habet.

Continua. *Art.* 7. Febrium gradus proximus & ultimus est Σύνοχος, sive continua proprie dicta, quæ ab initio ad finem ubique est æquabilis, *sine Symptomatum Exacerbatione & Remissione periodica:* hujus generis sunt Febres malignæ, Febres pestilentiales, ipsa pestis, &c.

Symptomatica. *Art.* 8. Febres reliquæ mihi saltem videntur ut plurimum esse *Symptomaticæ*, quales sunt inflammatoriæ omnes, ut Scarlatina, Morbillosa, Variolosa, Erysipelatosa, Rheumatica, Anginosa, Pleuritica, &c. item Febres Colliquativæ, Hecticæ, Verminosæ, &c.

SYDEN-

Digitized by Google

Art. 9. Ille dubio tramite errat, atque incerto ducitur filo, qui in febrium curatione non continenter ob oculos habet *anni Constitutionem*, quatenus huic aut alteri morbo epidemice producendo favet, cæterisque morbis omnibus una concurrentibus in ejus similitudinem ac formam detorquendis: hæ autem variæ Constitutiones aut habitudines ab occulta & inexplicabili quadam aëris alteratione pendent, quæ proprias ac sibi peculiares Febres producunt, quæ *Stationariæ* nobis audiunt. *Ratio habenda est anni constitutionis.*

Art. 10. In novis Febribus cunctandum est pauliſper, & ad magna remedia non nisi pede tardo procedendum; interim morbi Genium ac morem diligenter pensitando Indicationes præsertim a *lædentibus* & *juvantibus* sumendæ sunt; neque pudet fateri me non semel in curandis Febribus, ubi nondum constaret; quid mihi agendum esset, nihil prorsus agendo & mihi & ægro consuluisse optime; dum enim morbo invigilarem, quo eum opportunius confodere valeam, febris vel sponte sua sensim evanuit, vel in eum se Typum redegit, ut jam mihi innotesceret, quibus armis esset debellanda. *Et in novæ febris ingressu pauliſper cunctandum est.*

„Non enim levis est consolatio viro probo in re„bus dubiis, facileque errori obnoxiis, se saltem in„culpatum tueri, si se minus utilem præbere nequeat.„

Art. 11. „Calidum solum non est febris causa; *Febris causa.* „(inquit Hippocrates de vet. med.) sed ea est calidum „& amarum simul, calidum & acidum, calidum & „salsum, aliaque innumera.„ Ex frequenti etiam obſervatione compertum est Febrem in *corporibus sanis* evenire posse, in quibus nullus apparatus morbificus, vel quoad plethoram, vel cacochymiam, &c. occasionem subministraret; nihilominus hujusmodi homines præcedente insigni aliqua aëris, victûs, &c. rerum non *Evenire potest in corporibus sanis.*

Digitized by Google

naturalium, mutatione, febre corripiuntur, propterea quod eorum ſanguis novum ſtatum & conditionem adipiſci geſtit, qualem ejusmodi aër ut victus poſtulaverit.

Indicatio generalis. *Art. 12.* Indicatio generalis in curatione Febrium eſt, ut ſanguinis commotio intra modum naturæ propoſito congruentem contineatur, ea nimirum ratione, ut nec hinc plus æquo gliſcat, unde periculoſa Symptomata, nec illinc nimium torpeat, ne naturæ conamen fruſtretur; atque hinc exſurgit norma ſanguinem mittendi plus minus, vel prorſus omittendi.

Vomitorium. *Art. 13.* Si adſit vomendi proclivitas, vomitorium propinare neceſſum eſſe omnino videtur; alias etenim accidere ſolet Diarrhœa in febris progreſſu, ægro interdum admodum periculoſa. In initio febris Emeticum propinari debet, ſed, ſi omiſſum fuerit, quovis morbi tempore adhiberi poteſt, modo vires ægri ferre valeant; poſt hoc autem paregoricum hora ſomni propinandum eſt, diebus inſequentibus, ſi repetitio Venæ ſectionis minus indicetur, & non aderit diarrhœa, Enemata alternis diebus in uſum venire poſſunt, uſque ad 10um vel 12um diem, quo tempore, negotio ad ſecretionem vergente, medicamentis calidioribus liberalius indulgendum cenſeo ad concoctionem acceleranda. Si fermentatio recte progrediatur, nullis omnino remediis opus eſt; deſpumatio etenim eſt opus naturæ.

Catharticum exhibendum ſub finem. *Art. 14.* Uſitato circa diem 15um, ſi adſit in urina laudabilis ſeparatio, & ſymptomatum remiſſio, catharticum adhiberi debet, ne ſedimentum a fermentatione hic illic depoſitum in ſanguinem remigrans recidivam conciliet; quandoque tamen ad diem 17um differendum eſt.

Catharſis poſt V. S. *Art. 15.* Pro comperto affirmo, nihil ita certo atque ita potenter ægrum refrigerare, atque *catharſin poſt venæ ſectionem celebratam:* teſtatur enim experientia

Digitized by Google

tia catharsin post venæ sectionem quibuslibet aliis remediis felicius certiusque febrem perdomare, tum quatenus intestinis illuviem dimovet, tum quatenus Anodyno viam sternit. (Schedul. Monit.)

Art. 16. Ad genuinam sanguinis depurationem *duplex Secretio* requiritur; una per *fæces* fit, altera per *flores*, hæc sensim & paulo-plenibri διεσπνοῇ, potius quam sudore manifesto ut plurimum peragitur; separatione hac per flores jam facta, minus periculosa est diarrhœa. *Duplex Secretio.*

BOERHAAVE.

Art. 17. Febris est frequentissimus morbus, *Inflammationi* individuus comes, qui ingenti symptomatum numero plerumque stipatur.

Art. 18. In omni febre, a causis internis orta, horripulatio, pulsus velox, & calor, vario tempore, & vario gradu, adsunt; hæc autem ubi velociter decurrunt, febris acuta, ubi tarde, lenta audit. Febris fere semper cum sensu frigoris incipit, & progrediente morbo maxime a velocitate pulsus primario cognoscitur; adeoque velocior cordis contractio cum aucta resistentia ad capillaria febris omnis acutæ ideam absolvit, quæ a causis infinitis produci potest. Sanitas ægroti videtur esse *Cynosura* primaria, in quam natura in febribus collimat, frequenter vero febris in mortem desinit, quandoque in alium transit morbum. *Symptomata quæ in omni febre adsunt.*

Art. 19. Curatio febrium generalis summatim comprehenditur in vitæ ejusque viribus consulendo, acre irritans corrigendo, & deturbando, lentorem dissolvendo, expellendoque, & symptomata mitigando. Si in Febre exorbitare natura deprehendatur, moderamen fit abstinentia, victu tenui, potu aquæ, venæ sectione, clysmate refrigerante, &c. Si segnior appareat, excitabitur ope cardiacorum aromaticorum, volatilium, &c. Sublata febris causa symptomata reliqua cessa- *Curatio generalis.* *De Symptomatibus.*

Digitized by Google

ceſſabunt, quatenus ab ea primario pendent, adeoque, ſi ferri queant ſine vitæ periculo, ſingularem curationem vix requirunt, nec temere turbari debent: Si vero intempeſtiva & nimis ſæva fuerint, ſingula ſunt lenienda ſuis remediis propriis, habita ſemper ratione cauſæ & ſtatus morbi ipſius.

ETTMULLER.

Quid vult natura per febrem.

Art. 20. Febris eſt *motus naturæ*, ſeu quædam lucta, quæ ſpirituum plus minus alteratorum ope id, quod eſt hoſtile œconomiæ animali, eliminare ſatagit.

Art. 21. Quo magis acuta eſt Febris, eo tenuior convenit diæta: licet ægri ad plures dies jejuni jaceant, perinde erit, *nec unquam vidi febricitantem fame pereuntem*, ſed potius, ſi quid ingeritur, Febris exaſperatur, &c. nam in alimentis appetitus præſcribit rationem, *quantum* & *quale*, & *tempus*.

Vomitoria & Sudorifera.

Art. 22. Vomitoria in febribus fere omnibus in principio ſunt proficua. Sudoriferorum uſum ipſa natura nobis monſtrat, ſignis coctionis apparentibus ſunt optima; & etiam in toto morbi decurſu ſunt utilia; imo horum uſu promiſcuo febres non raro curantur. Spiritus ſalis armoniaci, vel ſal volatile ejuſdem, eſt febrifugum univerſale, & uſu repetito raro fallax. Saccharata quæcunque in febribus inſigniter nocent. Hippocrates in omni febre vinum porrigit. Semper obſervavi quamdiu urinæ ſunt crudæ, tamdiu res ægri in ſtatu exiſtunt ambiguo; quando vero adſunt ſigna coctionis fauſta, poſſumus ominari; opus hoc coctionis eſt ſolius naturæ. Inter ſigna lethalia nullum eſt certius, quam frequens manuum ad nares admotio ſine ulla materiæ effluxione.

BAGLIVUS.

Naturæ ductus ſequendi ſunt.

Art. 23. In morbis acutis, atque inflammatoriis paucis opus eſt remediis, ſatis enim fuerit vias obſer-

Digitized by Google

obſervare diligenter, qua natura exitum tentat, curamque eo perducere, naturæ obſecundando, alioqui ægrotus peſſumdabitur.

Art. 24. In febribus univerſalibus, id eſt, quæ ipſo de ſanguine ſuſcitantur, non admodum laborandum eſt circa partem affectam, ut inde curativæ deducantur indicationes: febrium, ſiquidem primordia, partesque affectæ in iisdem, nos plerumque latent, & ſi unquam paterent, oportet *indicationem dirigere ad conſtitutionem maſſæ ſanguineæ febricitantis*, potius quam ad ſophiſticam ſpeculationem cauſarum proximarum, aut quæ in febribus primoprimæ ſunt, quæ noſtræ aciei minime ſubjiciuntur. *Inanes ſpeculationes miſſæ faciendæ ſunt.*

Art. 25. Ideo ſi primæ viæ ſint obductæ, eæque egerendæ atque expurgandæ fuerint, danda opera, ut febrium fomes tollatur; Si vero ſanguis febricitans ſit exaltatus, & vehemens, ejus reprimendus eſt impetus; ſi nimis craſſis humoribus irretitus, atque coagulatus, exaltetur, ac diſſolvatur. In hiſce enim *tribus præceptis* omnium prope illarum febrium cura verſatur, quæ ortum non ducunt ab organi læſione, verum ab humorum congerie, aut in ipſo ſanguine, aut in primis viis. Et cum ad criſin natura vergat, aut eas jam exciverit, tum a remediorum copia tanquam a peſte cavendum. *Tria præcepta de curandis febribus.*

Art. 26. Ex odore, quem ægri ſpirant, ſoleo ſæpe, utrum morbus facilis vel difficilis, brevis vel diuturnus, vel alterius generis futurus ſit, judicare. In ægris qui morituri ſunt, nonnullis ante mortem diebus ſolet, dum pulſum tangimus, ab eorum exhalare corpore fœdus quidam ac veluti *cadavericus odor*, qualem ſpirant in Templis cadavera, ut ſæpe obſervavi, & velim, ut ſerio animadvertant medici. *Animadver. in pract. nov.* *Odor cadaverosus morbis præsagium.*

Digitized by Google

FARRAGO.

Regulæ de Diæta.

Art. 27. Hippocratis Aphorismus de Diæta in morbis acutis sic se habet : ubi peracutus est morbus, statim extremos habet labores, & extreme tenuissimo victu uti necesse est: ubi vero non, sed plenius cibare licet, tantum a tenui recedendum, quantum morbus remissior extremis fuerit *Sect. 1. Aph. 7.*

Incommodum nimiæ Remediorum copiæ.

Art. 28. Graviter errant illi, qui acutos & inflammatorios morbos Remediorum copia tamdiu afficiunt, donec natura, quo se vertat nescia, & hinc inde, tum a morbi vehementia, tum a remediorum pondere, varie distracta, tandem cogatur succumbere: perturbato enim, distractoque motu illo ordinato naturæ a repetitis toties, vel absque methodo exhibitis medicamentis, nec febris minuitur, nec crisis stato tempore succedit, sed Patiens dubio Marte colluctatus; vel in perniciem, vel in chronicos morbos delabitur. *Baglivus.*

Incommodum V. S. nimis crebræ.

Art. 29. Observatione constat, quod *crebra sanguinis missio* homines febri aptiores reddat præ cæteris: quare vulgo dicitur, quibus sanguis semel detrahitur, eos, nisi quotannis idem faciant, in febrem proclives esse, & pingueſcere. *Willis.*

Prognosticon generale.

Art. 30. In febribus continuis, si pulsus sit fortis, uno tenore pergens, ut ut deliria, tremores, tendinum subsultus, cæteraque dira in genere nervoso symptomata subitam ruinam minari videantur, semper bene præsagit: e contra vero, pulsus celer, debilis ac vacillans mortem præ foribus adstantem indubitanter prædicit, ut ut reliqua symptomata adblandiantur. *Morton.*

Acumen ingenii opus est.

In curatione Febrium summum ac acerrimum medici ingenium requiritur. Judicio præpollenti, *facultati innatæ & incommunicabili*, plurimum debetur. Morbi genius, anni constitutio, ægroti temperamentum,

Digitized by Google

tum, & vivendi modus, ſymptomata ſingula & univerſa, & innumera alia incidentia & accidentia, omnia conjunctim & diviſim *animo præſenti & ſereno* diligenter perpendenda ſunt; e quibus omnibus inter ſe rite collatis ſagaci medico, *lente feſtinanti*, exſurgit *clara ac diſtincta medendi methodus;* & plerumque inſequitur felix morbi exitus. Veritatem hujuſce mei effati longa jam annorum ſerie non ſine gratiſſimo animi delectamento feliciter expertus ſum.

FEBRES INTERMITTENTES.

MORTON.

Art. 31. Febris intermittens eſt calor præternaturalis in ſanguine accenſus ab inſolita ſpirituum expanſione ſtatis periodis redeunte; in hac autem febre algor, rigor, calor, & ſudores ſe invicem excipiunt; adſunt etiam in paroxyſmo ægritudo univerſalis, nauſea & vomitus, dolor capitis, lumbago, &c. Paroxyſmus quidem acutus eſt, morbus vero ipſe ut plurimum plus minus chronicus. Febris Intermittens ſimplex facillime cognoſcitur; ultro enim ſeſe in conſpectum dat: quotcunque autem ſint earum varietates (ſint quotidianæ, tertianæ, quartanæ, &c.) *fermentum morbificum* omnium idem eſt, & viribus *Corticis Peruviani* certo ac cito cedit. *Definitio febris Intermittentis.*

„Species Febrium intermittentium communes ſunt „*quotidiana, tertiana, & quartana ſimplex; quotidia-*„*na, tertiana, & quartana duplex; ſemitertiana*, &c. „Sunt etiam Febres intermittentes 5to 6to vel 7mo die „recurrentes. Contigit mihi in praxi videre fœminam „per integram ſeptimanam Febre laborantem, deinde „proxima ſeptimana omnino liberam; atque ita alter„nis ſeptimanis febricitantem, & alternis apyrexiam „habentem, idque per longum tempus. Cortice Pe„ruviano curata fuit.„ *Species Feb. intermitt.* *Hiſtoria rara.*

Digitized by Google

Prognosis. *Art. 32.* Nemo unquam a febre intermittente interimitur, nisi in primo paroxysmi stadio, durante, scilicet, algore ex spirituum oppressione orto. Febres Intermittentes, ubi valde chronicæ evadunt, viam sternunt ad alios morbos maxime funestos.

„Sequens historia inter casus oppido raros merito „recenseri potest. Paucis abhinc annis Wincauntoniæ „in agro Somersetensi mortuus est senex, Theologus, „nomine *Bulgin*; hic annum agens trigesimum quar„tum in Febrem intermittentem quotidianam incidit, „quæ per totum vitæ cursum (dictum mirabile, veriſsi„mum tamen) per sexaginta scilicet annos, usque ad„vitæ in extrema senectute terminum, duravit. Febris „cum frigore præeunte, calore & sudore succedenti„bus per diuturnum istud spatium, utcunque non sem„per cum eodem sævissimo impetu, constanter tamen, „quotidie illum invasit. Postremo *senio* potius quam „morbo confectus nonagesimum quintum agens an*Historia.* „num obiit. Hæc narratio a filio & filia prædicti se„nis adhuc viventibus, fidei indubitatæ ambobus, re„nunciata est.„

Curatio. *Art. 33.* Neque venæ sectio, neque vomitoria, cathartica, aut diaphoretica, neque aliud quodcunque remedium in paroxysmo exhibitum aliquid ad curationem hujus morbi promovendam conducere observantur; a justa dosi vini benedicti trihorio ante tertium paroxysmum expectatum exhibita sæpius febrem tertianam curatam novi. *Antimonium diaphoreticum* paulo ante adventum paroxysmi datum interdum morbum tollit; *Sal absynthii* febrifugum audit, & sequentem haustum usu comprobavi.

℞. *Aq. Card. Bened.*
— — *Theriacal. stillat. ana* ℥ij.
Sal. absynth. ʒs.
Syrup. Limon. ℥iß.
M.

Sumat

Digitized by Google

Sumat æger dimidiam partem trihorio ante paroxysmum, & reliquam in primo insultu. „In febribus „Intermittentibus (inquit Dolæus) pro singulari secre„to mihi est *lapis Lazuli* à 3ss. ad 3j. cum spiritu vini „ante paroxysmum traditus.„ Efficacia plurimorum amarorum (antequam vires *Corticis Peruv.* satis exploratæ fuissent) experta fuit, uti *absynthii*, *cardui benedicti*, *rad. Gentian. flor. Chamæm.* (fere specifici) & privatim *decocti amari febrifug.* nostri (16.59.) item *pulvis febrifugus* (16.234) 4ta quaque hora extra paroxysmum utilissimus est quidem iis, quibus vires corticis defecerunt, vel quando ob ἰδιοσυγκρασίαν non possumus exhibere. In confesso est his & hujusmodi remediis febres intermittentes æstivo tempore quandoque curantur: *Cortex* vero *Peruvianus* consensu medicorum (hodie omnium) est *Catholicon febrifugum*, quod omnes febres Intermittentes, in quavis anni tempestate, in omni ætate, & temperamento penitus, cito, tuto, & feliciter sanat: neque opus est, ut medici ingenia sua amplius torqueant in aliis febrifugis explorandis. „Cortex Pe„ruvianus sudorem omnino nullum excitat; tantum „omnigenas concoctiones e vestigio emendat sine ulla „sensibili evacuatione, nisi aliquibus alvum aliquoties, „idque leniter admodum movet. Modus exhibendi „nunc dierum omnibus innotescit. *Hactenus* de Fe„bribus Intermittentibus simplicibus.

Cortex Peruvianus est Remedium polychrestum.

Art. 34. Symptomata vero Febrium Intermittentium *Spuriarum* nonnunquam sunt perquam vehementia, & Typus febris ipsius in variis suis stadiis sub larva vomitionis, Diarrhœæ, doloris alicujus gravissimi, &c. absconditur. A periodica symptomatum vehementium exacerbatione & remissione, nec non ab urina lateritii coloris verus morbus potissimum dignoscitur: alios etenim morbos frequentissime simulat, unde arrepta occasione creantur nunc hæc nunc illa gravissima symptomata, vomitiones, Diarrhœæ tormentosæ, cholera mor-

Febris Intermittens spuria.

Digitized by Google

morbus, colica, dolores lateris punctorii, tanquam pleuritici, Ophthalmia, Apoplexia, Hemicrania, ſpaſmi univerſales, vel particulares, dolores nephritici, &c.

„Item *dolores parturientium æmuli;* in fœmina „quadam hujusmodi dolores, alternis diebus recurren„tes, duobus vel tribus a partu ſeptimanis accedentes „ſemel ipſe obſervavi, idemque ab alio obſervatum „fuiſſe audivi. Et (quod rarius adhuc videatur) *dolo„rem unius cruris* periodice revertentem in homine „quadragenario ſemel in praxi adnotavi: dolor fuit ve„hementiſſimus, per 24, interdum per 30 horas durans, „unde ingens intumeſcentia totius membri ſuperveniebat; tumor cruris erat quaſi partim *flatulentus* & „partim *œdematoſus*, qui non niſi longo poſt tempore „faſciatione ad priſtinam dimenſionem redactus erat. „Ambo hi ægroti cortice Peruviano ſanati fuerunt.„

Curatio. *Art. 35.* Verſatilis quidem eſt horum affectuum Proteiformium genius, ſed ab uno eodemque fermento pendent omnes, & unica Antidoto, nempe *Cortice Peruviano* cum prudentia adhibito, facile profligantur.

SYDENHAM.

Signa febrium Intermittentium. *Art. 36.* Cum rigore & horrore adoritur paroxyſmus, quibus mox ſuccedit calor, & huic tandem ſudor & ſubſequens ἀπυρεξία: licet in primis morbi diebus, autummo maxime, aliquoties remiſſio potius quam intermiſſio perſentiſcitur, in calore æque ac in rigore vomiturit ut plurimum ac vehementer ægrotat miſer cum ſiti & lingua arida.

Prognoſis. *Art. 37.* In tenera ætate abdominis inflatio, in adultis crurum tumor Febris ſolutionem, tonſillarum dolor, raucedo, oculi cavi, facies Hippocratica, mortem denunciant.

Curatio. *Art. 38.* ℞. *Cortic. Peruvian. ſubtiliſſ. pulver.* ℥j. *cum* ſ. q. *ſyr. Caryophyll. vel de Roſis ſiccis.* f. *Electuarium dividendum in XII. doſes*; quarum unam capiat quarta

Digitized by Google

quarta quaque hora, ſuperbibendo vini cujuslibet hauſtum incipiendo immediate poſt paroxyſmum. Si autem præſcripti boli ventrem moverint, in hauſtu vini dentur *gutt.* X. *Laudan. liquid.* ſingulis vel alternis vicibus poſt aſſumptionem boli, ut opus fuerit. Ad recidivam præcavendam (præcipue, in Quartana) repetatur prædictus ſingulis ſeptimanis per tres alias vices. Sin forma Pilularum magis arrideat,

℞. *Cortic. Peruv. pulv.* ℥j.
Cum ſ. q. Syr. Caryophyl.
M. F. Pilulæ Mediocris magnitudinis.

Quarum capiat VI. quarta quaque hora.

℞. *Cortic. Peruv. pulv.* ℥j.
Vin. Rhenan. ℔j.

Stent ſimul in Infuſione frigida & coletur per manicam Hippocratis. Uſus tempore cap. ℥iij. tertia vel quarta quaque hora. Sin ob vomituritionem fere continuam Corticem deglutire nequeat æger, tum ſexies vel octies ſpatio duarum horarum *ſucci limonum recens Expreſſi cochl. j.* cum *ſal. abſinth.* ℈j. aſſumat, dein *Laudan. liquid. gutt.* XVI. cum *Aq. Cinnamomi fortioris cochl.* j. ac brevi poſt ceſſante vomitu corticis uſum aggrediatur.

Art. 39. Pro infantibus febre Intermittente laborantibus. *Curatio in infantibus.*

℞. *Aq. Ceraſor. nigr.*
Vini Rhenan. ana ℥j.
Cortic. Peruvian. ſubtil. pulv. ℥j.
Syr. Caryophyl. ℥j.
M. F. *Julapium.*

Cap. cochl. j. alterumve pro ratione ætatis quarta quaque hora, donec Paroxyſmi non amplius diſcrucient: inſtillando alternis vicibus ſi Diarrhœa adfuerit, *Laud. liquid. gutt.* i. *vel* ij.

FAR-

Digitized by Google

FARRAGO.

Causa proxima feb. Intermittentium.

Art. 40. Post accuratum examen totius historiæ febrium Intermittentium causa proxima constituitur *viscositas* liquidi arteriosi, superveniente dein causa quacunque velocioris & fortioris contractionis cordis, atque resolutionis ejus, quod stagnaverat. *Boerhaave.*

Galeni methodus in quartanis.

Art. 41. Galenus hac methodo curavit quartanas, primo propinavit vomitorium, die sequenti dedit *succum absynthii* bibendum, & denique bihorio ante paroxysmum dedit *Theriacam.*

„Sed his adminiculis tuto inniti nequimus. Febris „tertiana veteribus, quibus vires antidoti Peruvianæ „ignotæ fuerunt, curatu erat valde difficilis, & quar„tana opprobrium medicorum audiebat; at hodie se„cus esse nemo non novit: quo enim longius rece„dunt intermittentium paroxysmi a natura Febrium „continuarum, aut quo majus fuerit intervallum in„ter accessiones, eo minus periculi ab illis impendet, „quoniam amplior est locus commodiorque curationi.„

Epithemata.

Art. 42. Epithemata & Epicarpia quandoque prosunt febribus Intermittentibus abigendis; ejusmodi est *Exempl. febrile pro carpis.* Michaëlis (16.99.) Mortonus duo sequentia ex propria experientia commendat.

℞. *Pulv. Oliban.*
Terebinth. venet. ana p. æ.
M. F. Pericarpia.

℞. *Fol. chelidon. maj. rutæ ana m.* j. *e lignis combustis, sapon. venet. salis marin. ana p. æ.* cum aceto acerrimo f. Massa, &c. „*Empl. rubrum febrifugum* „(16.100.) Scrobiculo cordis applicatum in tenellis in„fantibus frequenter prodesse deprehendi.

Enema febrifugum.

Art. 43. Qui *Corticem Peruvianum* ore assumere pertinaciter respuunt, curari possunt cum Enematibus ex ejusdem decocto; istiusmodi est *Enema febrifug.*

Digitized by Google

fug. Fulleri (16. 120.) ſed pueris certius ſolet opem ferre quam adultis.

Art. 44. Dum febrilis horror, aut frigus univerſam cutim convellit, tum *oleum diſtillatum caryophyllorum* epigaſtricæ regioni illitum remiſſionem horroris undiquaque procurat. *Baglivus.* *Ad Algorem.*

Anſam mihi ſuppeditari autumabam aliquid ad artis noſtræ incrementum ediſcendi, idque aliquoties tentans, non infeliciter proceſſit, in Febribus ſcilicet intermittentibus, circa initium paroxyſmi, *hauſtu calido ſucci limonum* cum ſaccharo & aq. fontan. tantil. ſemel atque iterum exhibito; exacerbationes vel in totum ceſſaſſe, vel ſaltem indies præter expectationem ſimul cum ſiti deferbuiſſe, & intra paucos dies plane ſiluiſſe, deprehendi; ſubſequente utique manifeſto effectu, urinæ ſcilicet, & imprimis ſudorum larga promotione. Piſo p. 315. *Vires ſucci limonum.*

Art. 45. *Pulvis corticis interioris fraxini* à 3ß. ad 3j. cum pauco *ſale abſynthii* in vehiculo idoneo exhibitus, more *Corticis Peruv.* vires ejuſdem adæquare, immo ſuperare, dicitur; felici cum ſucceſſu ſæpe exhibuit doctiſſimus & inſignis medicus D. *Hen. Vaughan.* Idem perhibetur *de cortice ulni prope radicem. Flores ſalis Armoniaci* optimum Febrifugum cenſentur, præcipue in Febribus Intermittentibus. *Specifica alia.*

De quo remedio audiatur clariſſimus Bœrhaave; non novi (inquit ille) melius febrifugum quam gr. xx. *ſalis armoniaci* in calido hauſtu, una vel duabus horis ante paroxyſmum. *Succus rad. gentian. inſpiſſatus*, & in vehiculo appropriato cum myrrha aſſumtus propter ejus vim febrifugam non immerito uſurpari poteſt ad inſtar cort. Peruv. cujus ſuccedaneum fere eſt (inquit Ettmullerus). Sed forſan *cortex radicis prunæ ſylveſtris*, i. e. *ſpinæ nigræ* vulgo appellatæ, eſt adhuc præſtantius medicamentum, quod olim honorandus D. Sloan in literis mihi datis communicavit. *Camphora*

eſt

Digitized by Google

est remedium diaphoreticum nobilissimum, & omnium adhuc notorum certissimum: Insignis est ejusdem usus in curandis Febribus intermittentibus; & viribus corticis Peruviani magnopere opitulatur.

Recidivationis præcautio.

Unicum hic, quod multa experientia didici, in bonum commune evulgari volo de *Recidivatione* præcavenda; nimirum, Febre cortice Peruviano prius fugata, cui penso istius remedii uncia vel ad summum sesquiuncia semper sufficit, intra triduum vel quatriduum propinare soleo *medicamentum aliquod chalybeatum*, & huic operi levissimas præparationes eligo, & in hunc fere modum præscribo:

℞ *Vin. Chalybeat. Pharm. Londinens.* ℔ij.
Tinct. Stomach. amar. Quincii ʒiij. vel iv.
M.

Infusum chalybeat. amar.

dosis coch. iv. vel v. bis in die; vel loco hujus infusum chalybeatum amarum sequens.

℞ *Limat. Ferri* ʒiv.
Succ. Limon. N°. iv.
— *Aurant. Acid. N°.* iv.

Infunde per horarum 24 deinde Adde Rad. Gentian. ʒß.
— *Aristolochiæ rotund.* ʒj.
Cortic. Winteran. Rad. Calam. Aromatic. ana ʒij.
Summit. Absynth.
— *Centaur. min. ana p. j.*
Vin. Alb. ℔iv.
Aq. Gent. Comp. ℔ij.

infund. frigide per septimanam, & decantetur pro usu.

Vel ℞ *Flor. sal. Ammoniac. Martiat.* ʒij.
Myrrh. el. ʒj.
Rubig. ferri ʒij.
Extract. Rad. Gent. q. s.
M. F. Pil. Med. dos. iv.

bis

Digitized by Google

bis in die, ſuperbibendo infuſ. ſtomach. amar. ſequent. *Infuſum ſtomach. amar.*

℞ *Rad. Zedoar.*
— *Caſſummuniar. ana* ʒiß.
Cort. Flav. Aurant. Hiſpalenſ. ʒij.
Sem. Cardamom. min. ʒß.
Summit. Abſinth. Rom. p. ß.

infund. in aq. bullient. ℔j. *coletur frigide.* Atque ita ventriculo optime conſultum eſt, & res in vado fit; Febris nullatenus recrudeſcit, niſi ex gravi aliquo ſex rerum non naturalium errore. Interdum in caſu ancipiti & in corporibus valde debilitatis *chalybs & cortex Peruvianus* junctim maritati melius cedunt, quam alteruter eorum ſeorſim exhibitus; in hunc finem decoctum nigrum ſequens eſt remedium appropriatum; *Decoctum nigrum.*

℞ *Cortic. Peruv. pulveriſat.* ʒij.
Chalyb. cum Tart. præp. ʒj.

Coq. in aq. font. ℔iij. *Lento igne ad* ℔iß. *addendo ſub finem coctionis,*

Cinnam. acutiſſim. ʒij.
Colatur. adde Aq. Abſynth. magis comp. ℔ß.
M.

vel in magis delicatulis vinum chalybeatum prædict. & tinctura ſequens uſus tempore commiſta; doſis ana coch. iij. *Tinctura Burgundica.*

℞ *Cortic. Peruv. pulveriſat.* ʒx.
Calam. Aromat.
Cinnam. ana ʒj.
Cortic. Aurant. ʒij.
Cochinell. ʒß.

macera per biduum in vin. alb. Uliſſiponenſ. ℔ijß. filtretur, &c. hanc ob venuſtum colorem *tincturam Burgundicam* vocant.

Digitized by Google

FEBRES REMITTENTES.

MORTON.

Typus Febris Remittentis simplicis.

Art. 46. Febris Συνεχὴς, continens sive Remittens ex manifesta *exacerbatione* & *remissione*, singulis ut plurimum, vel alternis, diebus, stata & certa hora, periodice recurrentibus, facillime dignosci potest; atque equidem ab intermittente inde duntaxat discriminatur, quod calor febrilis in intervallis hujus febris nunquam penitus extinguatur, & singuli exacerbationis paroxysmi cum algore & horrore minus incipiant. Sub finem cujuscunque paroxysmi æger sudoribus plerumque perfunditur; & urina, quæ durante paroxysmo rubedine multa perpetuo tingitur, in Remissionibus hypostasin laudabilem ut plurimum deponit. Atque sic se habet typus Febris Remittentis simplicis.

Spuria.

Art. 47. In Febre vero Remittente *Spuria* gravia symptomata in genere nervoso suboriuntur, nempe, dolores in musculis, tendinibus, & membranis, Rheumatismum, Pleuritidem, Colicam cæterosque id genus morbos inflammatorios, & spasmodicos simulantia, & e partibus glanduloſis enormes subsequuntur humorum excretiones; vomitio scilicet immodica, cholera morbus, Diarrhœa, Dysenteria, &c. unde Typus Συνεχέος *Spuriæ* multum obscuratur; paroxysmi periodici inde incerto, & nonnunquam sæpius eodem die recurrere solent, scilicet evacuatione, vel dolore aucto, calor & pulsus minuuntur; his autem diminutis illi augentur.

Prognosis.

Art. 48. Febris Remittens simplex, qua talis, & quam diu talis, raro admodum, si unquam, est funesta, priusquam exitialis evadat, typum ac genium suum mutat, & transit in Σύνοχον *malignam*: Spuria vero sive mixta, ut ut in se non sit funesta, ratione symptomatum adjunctorum ægrotantes haud raro e vivis tollit. Quo exacerbationes & remissiones diei hora magis certa redeunt, & quo Remissiones magis sunt protensæ, eo melius,

Digitized by Google

melius, & vice versa. Evacuationes in Συνεχεῖ a natura instituta fere semper sunt *infidæ*, atque ut plurimum *symptomaticæ*: Evacuatio critica & salutifera fit solummodo *per sudores*, vel *salivationem*; prior est magis cita; altera vero æque certa, licet tarda & molesta. Durante morbi augmento pessimum signum est, si urina sensim in tenuem & pallidam mutetur, & pulsus magis celer debilis ac vacillans evadat, &c. e contra pulsus fortis & constans, urina rubedine multum tincta, & contentis saturata, multo magis quæ hypostasin laudabilem deponit, ubi morbus ad statum pervenerit, optimum præsagium exhibet, ut ut reliqua symptomata contrarium prognosticon denunciare videantur.

Art. 49. Febris Remittens simplex viribus *Corticis Peruviani* æque certo cedit, ac ipsa Intermittens; quippe fermentum febrile in utraque fere idem est. Efficacia ejusdem Antidoti in Συνεχεῖ spuria debellanda est propemodum æque certa, ac in simplici (modo rite ministretur, respectu ad symptomata vehementia habito) non autem adeo cita est, quoniam morbus est intensior, ideoque majorem remedii quantitatem postulat: in justa autem ac regulari hujsuce Antidoti exhibitione, atque repetitione, harum febrium cura radicalis consistit. *Curatio.*

Art. 50. „Curationem symptomatum maxime urgentium quod attinet, vel potius mitigationem, in his „sicut in aliis febribus, alibi (82, 83, &c.) dicendum erit. „Interim sat erit impræsentiarum adnotare, quod, si „quando Febris Remittens, vel ex peculiari morbi genio „& indole, vel ex errore aliquo typum mutaverit, & in „continuam vel malignam migraverit, curationem tunc „prorsus aliam exposcat. *Curatio debet esse alia, si Febris typum mutaverit.*

FEBRES CONTINUÆ.

Art. 51. „Febris Σύνοχος, continua, sive febris „putrida dicta, est, quæ per plures dies sine *exacerbationibus & remissionibus* usque ad ultimam & integram „sui *Febris continua quid?*

Digitized by Google

„ſui ceſſationem perdurat, aut ſaltem ita perhibetur.

Fomes febrium harum omnium fere idem. „*Fermenta febrilia, ſeu fomes morboſus in febribus omnibus ante dictis, & in hac quoque gradu tantummodo differre videntur.*

Venæ ſectio. „Febres continuæ putridæ plerumque venæ ſectionem requirunt; intermittentes & malignæ rariſſime „aut nunquam eandem admittunt. In Febrium progreſſu ad ſtatum appropinquantium ſanguinem detrahere nefas eſt juxta antiquorum præcepta; *Cælius Aurelianus*, *Celſus*, & reliqui ſanguinem mitti ſolummodo *prima diatrito* requirunt, ultra vero nunquam.

Non ſine neceſſitate. „De venæ ſectione in genere dicendum eſt; in „ſanguine eſt *radix vitæ*, & ſanguis eſt ipſe *vitæ thesaurus*; unde, ſi aliis modis ægro, vel ſine periculo, „vel æque commode ſuccurrere poterimus, ſanguini „parcatur. Rariores ſunt ſanguinis emittendi occaſiones, quam vulgo creditur. *Itali*, *Galli* & *Hiſpani* ſanguinem mittunt, non unciatim, ſed libratim. In *Germania* non ultra quinque vel ſex uncias emittunt. Inter hos nos *Angli* mediam viam amplectimur.

In qua vena. „In brachio ſubter venam baſilicam jacet arteria, „ſubter medianam nervus, ſubter utramque tendo; juxta cephalicam nulla eſt arteria, neque nervus, neque „tendo: Atque hanc ob cauſam hæc ultima minimo „cum periculo aperiri poteſt.„

WILLIS.

Quatuor ſtadia. *Art. 52.* In febribus putridis continuis quatuor numerantur ſtadia, videlicet initium, augmentum, ſtatus, & declinatio; *In initio* plerumque adſunt ſymptomata ſequentia, rigor aut horror, laſſitudo & perturbatio cum ſiti & vigiliis, dolor in capite aut lumbis, nauſea aut vomitus. *In incremento* ſequentia, ſitis intolerabilis, dolor capitis & vigiliæ pertinaces, deliria, phrenitis, motus convulſivi, oris amaror, ſapor ingratus, linguæ ſcabrities, pulſus vehemens & citatus, urina ſum-

Digitized by Google

ſumme rubicunda, plerumque turbida, contentis ſaturata, ſine hypoſtaſi aut ſedimento laudabili. *Status Criſis.* morbi *criſin* continet, quæ in Febri continua fere idem eſt ac paroxyſmus intermittentium, qui non niſi ſtato tempore, & poſt totidem horas, evenire ſolet, ſic etiam motus critici in Febribus continuis a die 4to in 4^tum^ aut forſan a 7mo ad 7^mum^ contingunt: hæ *Criſes* ſunt plerumque per ſudorem, vel Hæmorrhagiam; ſunt etiam aliquando *Criſes imperfectæ*, quæ morbum non ſolvunt, quales ſunt per urinas, vomitum, feceſſum, exanthemata, bubones, &c. *Criſeos* tempora ſunt valde incerta. Si Febris in principio ſit vehemens, plerumque intra dies quatuor exſpectanda eſt *Criſis*; quod ſi tardior ſit Febris in initio, circa diem 7^mum^ ad ἀκμὴν perveniet; ſi vero adhuc remiſſius incipiat, ad diem 11um, aut 14um, vel ultra protrahi ſolet.

Art. 53. Interea notandum eſt, quod ſicut paroxyſmi intermittentium ſtatis redeunt temporibus, ita *motus critici in continuis*; (diem autem quartum ut plurimum obſervant), nam licet Criſis perfecta ad 14um 17um aut 20um diem prorogatur, tamen intermedio tempore motus leviores contingunt, quibus materia febrilis velut per partes amputatur, donec pleniorem ejus diſcuſſionem natura aggredi valeat; *natura etenim ut plurimum, niſi alias perturbata, quarto quovis die partem oneris ſui excutere tentat*; quare ut plurimum 4to, 7mo, 11mo, 14to, motus critici, non planetarum directione, ſed ob naturæ neceſſitatem eveniunt. *Nota bene.*

Art. 54. Per Declinationis ſtadium intelligo conditionem ægri & morbi, quæ ſtatum ſequitur, ſive in ſalutem ſive in mortem tendat, vel alterationem, quam ſanguis ſubit poſt criſin bonam vel malam, cum res adhuc in dubio verſetur; quandoque etenim, criſi imperfecta exiſtente, ægri diuturna imbecillitate labefactantur, & non niſi longo tempore, ſi omnino convaleſcunt. *Declinatio.*

Digitized by Google

Ptyalismus. *Art. 55.* Aliquando in declinatione Febrium *incrustatio* in partibus oris succeſſit [quaſi ſpecies *Aphtharum*] & etiam adeſt *ſalivatio* copioſa, velut ab aſſumpto Mercurio, cum fœtore anhelitus, item linguæ & gingivarum intumeſcentia.

Diviſio in Feb. Ardentem & lentam. „Ut inſtituatur harum Febrium Therapia rationalis, utiliſſima eſt earum diviſio in *Febres ardentes & lentas*, utpote quoad medendi methodum toto (quod aiunt) cœlo a ſe invicem diſcrepantes.„

Cauſus quid. *Art. 56.* Cauſus ſeu Febris ardens ea eſt, quæ cum majori æſtu, ſiti fere intolerabili, aliisque ſymptomatibus inſigniorem ſanguinis *Phlogoſin* arguentibus, curſum ſuum peragit; ſymptomatibus magis horrendis ſtipatur; criſin habet difficilem & eventum periculoſum. [Calor ad tactum fere urens eſt hujus Febris *ſignum Pathognomonicum*; & ut plurimum habet conjunctam inſignem alicujus viſceris *Inflammationem.*]

FEBRES ARDENTES.

Lipyria, Aſſodes, Elodes, &c. „Huic Febrium claſſi aliquo modo referri poteſt „1. Febris *lipyria* dicta (*Art. 85.*) in qua interiora u„runtur, exteriora vero frigent. 2. *Aſſodes*, in qua æ„gri decubitum eundem non ferentes jacendi ſitum „perpetuo variant in lecto indeſinenter jactantes. 3. „*Elodes*, in qua ægri profuſiſſime ſudant, ſudore nihil „proficiente, &c. Sed revera hæc ſunt potius Febrium „ſymptomata, quam novæ ſpecies. Ejuſdem quoque „commatis eſt Febris *Calentura* dicta, quæ nihil aliud eſt „quam peculiaris *delirii* ſpecies.

Calentura. „Calentura eſt Febris nauticis peculiaris. Hoc „morbo correpti ſingulari delirii ſpecie afficiuntur; „nimirum aiunt ſe in vireto, quod ſemper in conſpe„ctu habent, & præſto eſſe arbitrantur, ambulare velle; „&, niſi vi detineantur, in mare proſiliunt; atque hoc „ſymptoma eſt *ſignum hujus morbi pathognomonicum.* „In mari mediterraneo frequenter occurrit; juvenes „robu-

Digitized by Google

„robuſtiores & temperamento ſanguineo præditi huic „Febri ſunt magis obnoxii. Larga ſanguinis miſſione „ut plurimum ſublevantur.„

BOERHAAVE.

Art. 57. In Cauſo adeſt calor ardentiſſimus, ſiccitas in cute tota, naribus, ore, lingua; Reſpiratio denſa, anheloſa, cita; lingua ſicca, flava, nigra, exuſta, aſpera; ſitis inexplebilis; nauſea, vomitus; anxietas, inquietudo, laſſitudo ſumma; tuſſicula, vox clangoſa; delirium, phrenitis, pervigilium, coma, convulſio; diebus imparibus exacerbationes. *Symptomata frequentiora.*

Art. 58. Tertio & quarto die ſæpe lethalis evadit, ſeptimum raro tranſit, ſi perfecta, ſolvitur ſæpe hæmorrhagia (quæ, ſi tertio vel quarto die parca, lethalis), hæc prænunciatur cervicis dolore, temporum gravitate, tenebricoſa caligine, præcordiorum contentione ſine doloris ſenſu, invitis lacrymis ſine lethali ſigno alio, rubore faciei, pruritu narium; optima fit die decretorio; ſolvitur & die decretorio vomitu, alvo, ſudore, urina, ſputo craſſo; acceſſio die pari peſſima, ſi id ante diem ſextum; urina nigra, pauca, tenuis huic lethalis; lethale ſanguinis ſputum; lethalis ſanguinis mictus; deglutitio læſa mala; extremorum refrigeratio peſſima; facies rubra & ſudans mala: parotis non ſuppurans exitialis, alvus nimis fluxa lethalis; cum tremore abit in delirium, inde in mortem; tranſit in Peripneumoniam ſæpe cum delirio. „In Febre ardente „(inquit Hippocrates) ſi tinnitus aurium cum viſus he„betudine fiant, & ad nares accedat gravitatis ſenſus, „delirium protenditur. *Prognoſis.*

Art. 59. In hoc caſu integumenta debent eſſe minime aggravantia corpus; ſitus corporis paulo erectior; potus copioſus, blandus, demulcens, ſubacidus, aqueus, calidus; cibi leves, farinacei, hordeati, avenacei, ex fructibus ſubacidis confecti; requiritur Venæ Sectio, *Intentiones curativæ.*

Digitized by Google

ſi morbi initium, plethoræ indicia, inflammationis ſingularis ſigna, calor intolerabilis, rarefactio nimia, revulſio neceſſaria, ſymptomata urgentia; neque alio remedio facile ſuperanda, hanc exigant. Indicantur etiam quandoque *clyſmata* blande *laxantia*, & *refrigerantia*, prout vis ardoris, ſiccitas alvi, imperant; medicamenta *diluentia*, *nitroſa*, alvum leniſſime *laxantia*, &c. „Interim in animo probe tenenda eſt Waldſchmidii ad„monitio; Febris maligna (inquit ille) in principio „ſæpe ſpeciem Cauſi præfert; cautus itaque ſit medicus, „ne in errorem incidat: animadvertendum ergo eſt, „an febricitans de cordis anxietate, virium jactura, aliis„que gravioribus accidentibus conqueratur, & qualis „ſit urina, &c. nam longe diverſa eſt harum febrium „curatio.

Art. 60. „Remedia particularia his intentionibus „ſatisfacientia a ſectione de febrium ſymptomatibus „(86, 87. &c.) petenda ſunt.

ET TMULLER.

Febres lentæ. *Art. 61.* Febres *lentæ*, etiam ſi ſint minus acutæ, ſunt tamen continuæ, in quantum continuo affligunt ægros, ſed tardiore motu ſua abſolvunt tempora, hinc diuturniores ſunt, & ſymptomata habent minus urgentia. De Febribus his apud practicos pauca proſtant. A vitiis lymphæ [vel pituitæ] potiſſimum oriuntur; & a Sylvio Febres Lymphaticæ appellantur, [forſan rectius Pituitoſæ.]

Febres Catarrhales. *Art. 62.* Inter has eminent Febres *catarrhales* dictæ, quæ in principio & incremento conjunctum habent *catharrum*, *coryzam*, *tuſſim*, *raucedinem*, &c. hæ febres ſunt plerumque lentæ, interdiu mites, veſperi vero aliquando exacerbari ſolent; adeſt laſſitudo artuum, durant ſymptomata ſub coryza & Tuſſi gravioribus usque ad ſtatum morbi, donec materia Catarrhalis (ut vocant) cocta fuerit & ſpiſſior mucus emungitur, & dein-

Digitized by Google

deinde ceſſat febris. Sedes morbi eſt in Glandulis conglobatis.

Art. 63. In febre catarrhali conducit *decoctum ligni ſaſſafr.* [cum *rad. liquiritiæ* & *paſſulis* ad humorum acrimoniam] item *ſuccus raparum expreſſus* cum pauco ſaccharo; item *volatilia* & *ſudorifera;* ſolutio *Gum. Ammoniac.* &c. vid. Catarrhum, Tuſſim, Raucedinem, &c. alibi. *Curatio.*

Art. 64. Præter dictas obſervantur quoque Febres *Lymphaticæ* [potius *pituitoſæ*] vitio lymphæ [pituitæ] glandularum conglomeratarum, quæ in certam cavitatem ſuum effundunt ſuccum; inter quas eminent Parotides & Pancreas, quæ in os & inteſtina, & conſequenter in maſſam ſanguineam ſecretos liquores evomunt. Peccant hi humores, quando ſunt nimis viſcidi ſalſi & acres; unde excitantur hæ febres, [quæ quoque non improprie interdum *ſcorbuticæ* audiunt.] Acutæ continuæ, nonnunquam etiam intermittentes, in hujuſmodi *lentas* degenerant, & quandoque in *hecticas* tranſeunt. Origo harum febrium eſt plerumque in ſtomacho ex indigeſtione & cruditatibus. *Febres pituitoſæ.*

Art. 65. Ideoque tam in principio quam in incremento mitius *Vomitorium* ad curam optime viam ſternit, & poſtea viſciditas vel acrimonia pro re nata corrigenda eſt, & ſymptomata mitiganda, & ventriculus roborandus, &c. Pro his ſcopis conſequendis aliquo modo valent Remedia ſequentia, *Tartarus vitriolatus, pulveres teſtacei, Antimonium diaphoreticum, Antihecticum Poterii, tinctura corallii, ſalia volatilia,* &c. *Curatio.*

FEBRES LENTÆ.

ETTMULLERI Sententia.

„Febres *colliquativæ* ſunt, in quibus corpus „brevi tempore inſigniter conſumitur, & emaciatur; „partes ſolidiores & ipſa pinguedo colliqueſcit, nunc „per diarrhœam, nunc per ſudorem, nunc per urinam, *Febres colliquativæ.*

Digitized by Google

„nunc ſolo ardore febrili ſine ulla ſenſibili excretione; „Febris aliquando *colliquativa* ex cancro mammarum „cum diarrhœa obſervata eſt. Hactenus de Febribus benignis.

FEBRES MALIGNÆ.

ETTMULLER.

Art. 66. Febris malignæ primum ſignum eſt ſubitanea virium proſtratio citra cauſam manifeſtam cum pulſu debili; calor externus non adeo intenſus ac quibuſdam aliis febribus, potius interiora uruntur; adſunt vigiliæ pertinaces mox a principio morbi, inquietudo anxioſa; conqueruntur ægri, & monſtrant regionem ſtomachi ſeu præcordiorum; urina eſt ſanorum ſimilis; facies interdum ſolet eſſe tetra, & a ſtatu naturali multum mutata, livida interdum, aut plumbea. In his Febribus, quod æſtus & febrilis ebullitio ut plurimum remiſſior ſit, malignitati, quæ ſanguinem occupat, prorſus debetur; & ſpirituum magis *affectorum & quaſi ſideratorum*, quam turbatorum humorum indicium eſt: aut ſaltem in humoribus, præſertim ſanguine, a fermentativis malignis miaſmatis confuſionem, & in textura & motu inteſtino eorum inordinationem indicat, & ita incaleſcentia quidem, ſed interne tantum gliſcens, non vero ad exteriora, accidit; unde natura quaſi oppreſſa non potens eſt ſymptomata illa magis regularia exercere, quæ morbo competunt.

Magna varietas. *Art. 67.* Ratione ſymptomatum adjunctorum magna eſt varietas febrium *malignarum;* dum quædam cum certis & inſignibus cutis *efflorescentiis;* quædam ſine iis, vel paucis admodum, quædam aliis ſymptomatibus ſtipatæ ſunt.

Vermiculi. *Art. 68.* Nonnulli aſſerunt (ex obſervationibus microſcopicis) in omnibus febribus malignis & ulceribus gangrænoſis talem adeſſe putredinem ſanguinis, ut exinde copioſiſſimi generentur *vermiculi*, qui, ubique ſcatu-

Digitized by Google

ſcaturientes, & corpus lancinantes, tam varia inducant ſymptomata, neceſſe eſt: Sed hi vermes non niſi putredine præcedente generari poſſunt. In febribus malignis ſanguis eſt nimis fluidus, vix aut plane non omnino congrumeſcit (1. 139.) ſed hoc quoque eſt morbi *productum*. Malignitas aliquando eſt tanta, ut partes nunc internas nunc externas *ſphacelo* ac *gangræna* correptas obſervare liceat.

Art. 69. Audita Febre *maligna* homines contremiſcunt; ſiquidem omnes Febres malignæ ſunt admodum periculoſæ, & quoad exitum valde incertæ, unde *Galenus* malignas Febres ſtatuta ad judicandum non habere tempora aſſerit. Surditas in principio periculoſiſſima, in ſtatu vero morbi ſalutem portendit. Narium ſtillicidium, ut & alvi fluxus, quocunque morbi tempore, ſunt peſſima ſigna. Muſcarum venatio, aut floccorum collectio eſt fere ſemper lethalis. Interdum bubones circa genitalia apparent, quibus die 11mo erumpentibus morbus evaneſcit. „Medicus (recte admonente Waldſchmidio) nunquam ab ægro recedat, niſi „prius inſpexerit *oculos*, quorum inſolita mutatio in„fauſtum prædicit eventum; & dum pulſum explorat, „ſemper attendere debet, an manus ægrotantis ſit „tremula.„ *Prognoſis.*

Art. 70. Venæ ſectio in Febribus malignis locum non habet; quo malignior eſt febris, eo magis nocet; & quo tardius inſtituitur, eo deterius. — *Vomitoria* in primo principio morbi præ cæteris omnibus maxime conducunt, antequam natura moliatur aliquam excretionem per cutim; elapſo vero primo principio elapſa eſt occaſio: Et poſtea cura aggredienda eſt medicamentis ſudorem moventibus; ſudores etenim (ipſa natura monſtrante viam) cauſam & morbi fomitem frequenter expellunt, hæc medicamenta *Bezoardica* aut *Alexipharmaca* appellantur: quo autem major eſt malignitas, eo copioſius provocandus eſt ſudor, reſpectu *Curatio.*

ſemper

Digitized by Google

ſemper habito ad morbi genium, diverſitatem, ægroti vires; &c. *ter ad minimum in 24 horis ſudorifera ſunt propinanda;* interponenda ſunt *analeptica & blande acida*, inter quæ eminet *ſpiritus nitri dulcis*, [item *tinctura croci cum ſpiritu nitri dulci extracta*] *ſuccus citri*, *Cydoniorum*, &c. *Camphora* eſt nobile alexipharmacum, ſed omnes ejus uſum ferre non poſſunt, præſertim mulieres & literati, quorum ſpiritus animales ſunt mobiles & diſſipabiles; eſt mirabile concretum, &, ſi cum cautela uſurpetur, vix datur par remedium. *Rob Sambuci* eſt egregium ſudoriferum pro pauperibus. *Cantharidum & veſicantium* uſus in ſtatu morbi inſigniter prodeſt. *Sal volatile C. C. & ſal viperarum* ſunt ſudorifera, & malignitati reſiſtunt; & hic locum habet *miſtura ſimplex Paracelſi.* (16. 206.)

„*Item decoctum ſacrum Fulleri, & hauſt. diaphoret.*
„*ejuſdem, bezoard. mineral. tinctura bezoardica, oleum*
„*Heinſii* (Art. 174.) &c.

FEBRIS PETECHIALIS.

ETTMULLER.

Febris Petechialis ſymptomata.

Art. 71. Febris *Petechialis* eſt febris *maligna*, in qua, præter ſymptomata reliquis febribus malignis communia, adeſt inſignis laſſitudo totius corporis, dolor univerſalis contundens & lancinans; maculæ raro die 4to, ſæpius circa 7um erumpunt, præſertim circa pectus & ſcapulas, hinc abdomen, crura, brachia [collum] ordinario facies ſolet eſſe libera; interdum non maculæ ſolum, ſed vibices apparent in declinatione aliquando quaſi *ptyaliſmus* exoritur, cum euphoria ægri.

Prognoſis.

Art. 72. Maculæ hæ in morbo ſalubri efflorentia intenſe rubent inſtar pulicum morſuum, [Petechiæ differunt a puncturis pulicum, quod in puncturis in medio punctum appareat, quod ſemper manet, etiamſi reliquum ruborem compreſſione vel frictione pellas.] hinc pedetentim palleſcunt, flaveſcunt, ſicque evaneſcunt,

Digitized by Google

ſcunt, & quo magis rubicundæ ſunt, eo melioris notæ; e contra, quæ ex rubore liveſcunt, vel nigreſcunt, peſſimæ ſunt; ſi retrocedant, ingens periculum imminet. *Contagioſæ* ſunt hæ febres, & interdum *epidemice* graſſantur, admodum periculoſæ, plures moriuntur quam evadunt. *Contagioſa.*

Art. 73. Quoad curam Febrium *Petechialium*, eædem Indicationes, atque ſupra circa febres malignas in genere, hic obtinent; ſi præmature & nimis cito maculæ retroceſſerint, applicanda ſunt *veſicatoria*; quæ etiamſi raro aut nunquam denuo apparere ſolent, earum tamen abſentia veſicatoriis quodammodo ſuppletur, & ſymptomata nervoſi generis ex earum retroceſſione interdum feliciſſime præcaventur. Apparentibus *Petechiis* nihil amplius in primis viis moveri debet; ipſa Enemata ſunt ſuſpecta. *Curatio.*

DONCKERS.

Art. 74. Febris *Petechialis*, ſive *continua maligna Epidemica in* civitate agroque *Colonienſi* circa annum 1673 ad hunc modum ſe habuit; ex improviſo plurimos occupavit anxietas Præcordiorum, gravitas circa regionem ventriculi, appetitus dejectio, ſpontanea artuum laſſitudo, nec non vertiginoſus capitis dolor, præſertim circa originem nervorum opticorum; quibus omnibus poſt modum cum virium ſubita proſtratione acceſſit febris, putridæ plurimum referens ideam *Synochi*, utpote quæ præmiſſo brevi horrore vel rigore, univerſum corpus magno, & quem dicunt, præternaturali perfundebat calore, ſequentiaque ſecum adducebat ſymptomata. *Symptomata.* *Invadendi modus.*

Art. 75. Pulſus in omnibus erat celer, & plerumque parvus ac debilis; ſitis, invaleſcente morbo, cum linguæ ſiccitate inextinguibilis; urina in morbi principio ordinarie quidem apparebat ſana, aliquando tamen rubra & obſcura, in fine vero augmenti, vel initio ſta- *Symptomata.*

tus

Digitized by Google

tus turbata, in declinatione ſemper cum ſedimento; ſaltem aliquali; alvus in aliis adſtricta, in aliis laxa erat; infeſtabat ut plurimum ægros Hypochondriorum præcipue ſiniſtri dolor (quod notandum) per lumbos ſecundum ſpinam dorſi aſcendens lancinans ad ſcapulas extendebatur, & cui non raro ſe præbebat comitem *pleuritis* vel *angina;* multos in principio augmenti defatigabat alvi fluxus, cum quo non raro lumbrici excernebantur; multi quoque alii in medio augmenti in aurium tinnitum, gravedinem auditus, & aliquando oculorum ſuffuſionem, quin nonnunquam in omnimodam eorundem ſenſuum ablationem incidebant, omnes denique affligebantur perpetuis vigiliis & delirio, quod in aliis levius, in aliis gravius fuit, concomitantibus ſemper rubris vel lividis aut ſubnigris maculis.

Solutio. *Art. 76.* Horum ſimiliumque ſymptomatum *Syndromen* in omnibus, quorum cura mihi commiſſa fuit, vel (quatenus ex aliorum relatione potui colligere) quorum natura inverſa curandi methodo non fuit plane conſternata, ſeptimum circa diem ſubſecuta fuit *Criſis*, vel manifeſta vel obſcura.

Contagium. *Art. 77.* Hic morbus in primo ſui ortu aliquandiu apud paucos veluti latebat, pedetentim vero ſymptomatum malignitate funerumque frequentia longe lateque ſæviebat, & ad tertium uſque annum plus minus invaluit, & nonnullis in locis tertiam incolarum partem e medio ſuſtulit.

Prognoſis. *Art. 78.* Si delirium circa diem criticum vel primum accidebat, vel majus evadebat, concomitantibus diarrhœa, obſcura voce, & difficillima (citra faucium tumorem) deglutitione, nec non digitorum, manuum labiorumque tremoribus convulſivis, indubia inſtantis mortis erant indicia; in hac febre quando alius aliquis morbus ſe illi conjunxerit, multo periculoſior fuit; lethalis fuit frequentius in caco-

Digitized by Google

cacochymicis, plethoricis, & valde obesis; pulsus parvus celer in morbi principio male ominatur; Maculæ parvæ & nigræ aut lividæ male portendebant: quibus vero floridæ tempestive prodierunt, nempe die quarto seu indicatorio, sub *legitima medicatione*, ut plurimum servatos vidi, alii autem, in quibus tales maculæ serius vel instante die critica sub cuticula obscure proreperent, septimoque die vel immediate post, magis debilitarentur, ac pejus haberent & non evasere; exitialis quoque ægro ut plurimum fuit, si, præter pulsum a principio insigniter parvum, debilem & celerem, urina quoque semper maneat sani coloris & consistentiæ; si ægrotus mente consternatus se non ægrotare, ast bene habere & continuo esurire putet; si cum magna faucium linguæque ariditate parum bibat; continuaque adsit oculorum lacrymosa distillatio: hæc enim & similia symptomata, si non certum interitum, saltem extremum vitæ discrimen denotant. Certus denique pronunciatur interitus, si circa criticum seu septimum diem, urina in eadem perseverante bonitate & claritate, delirium majus fiat; si sitis acuta sit cum tanta linguæ fauciumque ariditate, ut æger non nisi inarticulate loqui, neque nisi cum difficultate deglutire queat; si adsint Convulsiones; insuper si exiguis & fuscis sub cuticula obscure emergentibus maculis, alvi fluxus superveniat, mors in propinquo est. *Signa ut plurimum lethalia.*

E contra vero si pulsus sit nimis debilis, & si sit mediocriter magnus, & non præter modum celer; si delirium leve & insomnio quam delirio similius; si lingua non admodum sicca, sitisque tolerabilis sit; si maculæ sint *rubræ*, *majusculæ*, *rotundæ*, *claræ*, & *distinctæ*, si post tertium diem erumpant; & urina circa idem tempus rubra & obscura, vel cum nubecula spectetur, bonum hinc lætumque præsagire oportet eventum, qui sine dubio septimo die insequitur, quando *Signa salutaria.*

Digitized by Google

quando ſcilicet erupto quietoque oborto ſomno ſymptomata quæque graviora remittunt, & æger perfecte judicabitur.

Curatio. *Art. 79.* Cura ab *alvi purgatione* ſemper inchoanda eſt, ſi nempe nullum aliud urgens ſymptoma aliter ſuadeat; ſin vero morbus fuerit valde inflammatorius, pleuriticus, vel anginoſus, &c. ante omnia præmiſſo clyſtere *venæ ſectio* inſtituenda eſt, & remedia *antipleuritica* propinanda, & aliquando Phlebotomia eſt iteranda [ſed parce & non niſi cum cautela aperienda eſt vena in febribus malignis.] Cathartica calida ſunt vitanda, lenitiva, & quæ ſanguinem minus exagitant, ſunt eligenda. Factis his juxta indicationes particulares evacuationibus, ſanguinis naturalis efferveſcentia confortanda eſt convenientibus *Alexipharmacis*, *ſed non violentis*, ac ſi hoſtis una vice expellendus eſſet. Ex innumeris remediis, quæ in hunc ſcopum apud authores inveniuntur, elegimus vulgatiſſima, atque ab omni ævo probatiſſima, & idcirco tutiſſima; *Mithridatium* nempe, *Theriacam*, *Diaſcordium*, *&c.* Cavendum eſt imprimis, ne ſudorem expellere conemur ſola vi medicamenti, antequam ipſa natura eum ſponte excitare molitur. *Potus.* Potus debet eſſe neque nimis calefaciens, neque valde refrigerans, inchoante Criſi cum ſudore nihil convenientius expertus ſum, quam ut ægri *aquam hordei calidiſſimam* copioſe bibant cum vino mixtam, & quandoque cum *flor. papav. errat. & raſur. C. C.* incoct. *Cibus.* Cibus debet eſſe tenuiſſimus vel potius nullus.

Purgatio. *Art. 80.* *Purgationis* in morbi principio neceſſitatem & bonos effectus non tantum inculcat ratio manifeſta (de qua, ſi quis velit, videatur Author) *ſed & experientia mihi confirmavit, adeo frequens, adeo certa, adeo clara, ut ſi hæc falſa ſit, aut eſſe poſſit, nulla certa aut ſit, aut fuerit, aut futura ſit unquam.*

Art. 81.

Digitized by Google

Art. 81. Remedia cathartica mihi usitata fuerunt vel hujusmodi *Apozema* vel *Electuarium* subsequens, *Cathartica.*

℞ *Fol. Sen. mundat.* ℥iij.
Sem. Fœnic. ℥iß.
Crem. Tartari ℥i.

Coq. in q. s. Aq. Font. ad ℥vj. in colatura Dissolve.

Pulp. Tamarind. ℥ij.
Syr. Ros. solutiv. ℥j.
M.

Sumatur partitis vicibus. *Electuarium* sic se habuit.

℞ *Pulp. Tamarind.* ℥iß.
Conf. Alkerm.
Pulv. Jalap. ana ℥ß.
Resin. ejusd. gr. vj.
Diagrid. gr. v.
Syr. de Cichoreo. cum Rheo q. s.
M. F. Electuarium.

Misturam Alexiteriam fere semper hujusmodi cochleatim bibendam propinare solebam; *Alexipharmaca.*

℞ *Theriac. Andromach.*
Diascord. Fracastor. ana ℥j.
Sal. Absynth. ℥ß.
Ocul. Cancrorum ℈ij.
Aq. Card. Bened.
—— *Meliss. ana* ℥ij.
—— *Theriacal.*
Syr. Pap. errat. ana ℥j.
Spirit. sulphur. q. s. ad gratum acorem.
M. F. Mixtura.

Ex magno ægrotorum numero, quos sub mea habui cura, licet aliquando quinque, sex, vel septem simul in eadem domo febre ista laboraverint, nullus, quod *Successus admirandus.*

 memine-

Digitized by Google

meminerim, sit desideratus, præter unum virum & unam fœminam. „ Fides sit penes Authorem.

Sed in dubium vocandum.

Art. 82. „In calce libelli historias LII. hac febre „decumbentium in medium profert, quorum duo tan„tum mortui sunt. Illius methodus est plane singula„ris; &, si dictis fides adhibenda sit, procul dubio cu„rationes hasce *laudano* potissimum acceptas referre (ut „mihi visum est) debemus: in omnibus enim fere præ„scriptis *laudanum* larga manu propinavit: exemplo sit „bolus sequens,

℞ *Diascord.* ʒiß.
Laudan. opiat. gr. ij.
M. F. Bolus pro una vice.

„Concesso eodem tempore in potu ordinario *syrupo* „*papaveris errat. p. 467.* His expendendis haud mihi „suppetit tantum otii, sed ad propositum reverten„dum est.

DE FEBRIUM SYMPTOMATIBUS GRAVIORIBUS.

Inter legendum & ex Observatione.

Frigus.

Art. 83. Frigus in Febrium initiis oritur ex imminuta cordis contractione liquidis ad extrema fere stagnantibus; unde oriuntur, si diu maneat, *polypsæ* in vasis majoribus *concretiones*, & interdum mors subitanea insequitur; ideoque quo majus in initio frigus, eo periculosior est Febris; in peste incipiente frigus est summum. —— Optime curatur potu aquæ calidæ *nitrosæ* cum pauco vino, *decoct. coccin. frictione blanda*, &c. (61).

Art. 84.

Digitized by Google

Art. 84. Calor intenſiſſimus in Febribus & velut incendium cum magno & forti pulſu fere ſemper *venæ ſectionem* poſtulat; quandoque etiam *Clyſma leniens* calorem mitigat. Nimius ſanguinis fervor & ebullitio *Julapiis, Emulſionibus & Decoctis appropriatis* attemperandus eſt; ſed apprime cavendum eſt, ne ex nimia attemperatione ſpiritus elaſticitate ſua plus juſto orbentur, & inde Febris ardens inopinato in *malignam* mutetur. *Calor.*

Art. 85. Febris *Lipyria* dicitur, quando interiora uruntur, exteriora vero frigent; oritur ex *inflammatione viſceris interioris valde ſenſilis;* algor autem non eſt tactu medici judicandus, ſed ægri judicio, qui ſe algere dicit, & tegi jubet; tepent enim membra; hæc febris brevi terminum abſolvit, plerumque intra triduum vel quatriduum, & vix unus evadunt, niſi ſtatim ab initio occurritur. *Lipyria.*

Art. 86. Ad ſitim in Febribus extinguendam melius eſt frequentius & parcius bibere, quam una vice multum ingurgitare; ſequens eſt potus gratiſſimus febricitantibus. *Sitis.*

℞ *Aq. font. cum pane toſt. incoct.* ℥ij.
Vini Rhenan. ℥ß.
Gelatin. C. C. ʒij.
Syr. Cydon. vel *e ſucc. Citr.* parum.
M.

Convenit etiam *decoct. ad ſitim Fuller.* vel *decoct. coccin. ejusdem.* Gargarismata quoque uſui eſſe poſſunt, ut *gargarisma commune Fulleri, decoctum roſarum* pro gargarismate, &c.

Frequens ablutio oris cum ſimplici aqua multum confert ad ſitim fallendam. Sitis (ut recte monet *Helmontius*) non oritur a calore, ſed a defectu ſalivæ, hinc guttæ aliquot *ſpir. ſulphur.* plus levant ſitim, quam

Digitized by Google

integra menſura aquæ frigidæ; in eundem finem etiam conducunt *ſucci e vegetabilibus & fructibus, ut acetoſæ, aurantiorum, limonum, citrorum, ribium berberum, cydoniorum*, &c. Præ cæteris commendabiles ſunt hi ſucci per ſpontaneam reſidentiam poſt *ſulphurationem* ſecundum *Helmontium* depurati, & in loco frigido aſſervati; *tamarindi* quoque optime conveniunt ſitim leniendo, & alvum blande laxando: hæc vero *acida & refrigerantia* non ſunt omnibus febricitantibus indiſcriminatim porrigenda, ſed opus eſt maturo conſilio: ſi enim præter ſitim importunam adſit etiam ſumma debilitas, tum vinoſa & ſpirituoſa tutius propinanda ſunt.

Juſculum avenaceum.

Ptiſana ex hordeo omnibus aliis ſorbitionibus præfertur ab Hippocrate in lib. de victus ratione in acutis; & crebrior eſt ejusdem mentio apud veteres medicos; ſed recentiores hordeo vitio vertunt ejusdem cruditatem ac flatulentiam, & *jusculum avenaceum* ſubſtituunt.

Siccitas linguæ & Prunella.

Art. 87. Siccitas & aſperitas linguæ corriguntur *humectantibus & lenientibus.* Febris cum *Prunella* dicitur, quando lingua, cruſta nunc albicante nunc nigricante obducta, colore nigricante puniceo apparet tincta; ipſa ſaliva infecta videtur eſſe maxima cauſa. In Prunella præter *mucilag. cydon.* &c. conducit ſequens Gargarisma.

℞ *Liquor. e rapis coct. expreſſ.* ℥ß
Succ. Sedi major. depurat. ʒiij
Mell. deſpumat. ʒj
Spirit. Sal. Armoniac. q. ſ.
M.

Sequens quoque Mixtura commodiſſima eſt.

℞ *Alb. ovi unius, fortiter* agitetur *cum ſpermat. ranar.* ʒiv.
Mel. Roſ. ʒj
M.

Ad

Digitized by Google

Ad linguæ etiam ardorem & ſiccitatem quandoque in uſu ſunt ſequentia, *Gargariſma commune*, *Lohoch rubrum*, *Lohoch vitellinum*, &c. *Nauſea & vomitus.*

Mucilago ſequens.

℞ *Mucilag. Cydon.* ℥ij.
Pulp. Tamarind.
Amygd. dulc. excort. ana ℥j.
Ol. Sulph. per campan. gutt. xx.
Syr. de Rub. Idæ q. ſ.
M.

Art. 88. Nauſea & Vomitus in febribus, cum a crapula ortum ducant, leni *vomitorio* (*v.g. liquore poſſet. cum foliis cardui benedict.* incoct. copioſe ingeſto, addendo inter vomendum bis terve *ſal vitriol.* ℨß. vel coch. *oxymel. ſcillit.*) tutiſſime curantur; ubi vero fermentum febrile ventriculum petit, & enormes vomitiones bilioſas excitat, ut ægri vix quicquam vel medicamenti vel alimenti retinere valeant, imprimis convenit juſculum tenuiſſimum pulli aſſatim ingerere, & poſtea remediis appropriatis tonum ventriculi laxatum firmare; ſequens Julapium eſt valde efficax.

℞ *Sal Abſynth.* ℈iv
Succ. Limon. recens expreſſ. ℥ij.

Miſceantur & finita ebullitione adde

Aq. Cinnam. hord. ℥iij
—— *Menth.*
—— *Stephani* ana ℥j
Spirit. Croc. ℥ß
Ol. Garyoph. gr. iv
Syr. Cydon. ℥j.
M.

Interdum ad *Laudanum* confugiendum eſt. Plura de vomitione ſiſtenda videantur alibi (6. 9.)

Digitized by Google

Diarrhœa. *Art. 89.* In Febribus aliquando accidit *Diarrhœa colliquativa* magno ægrotantium damno, quæ evacuatio non naturæ vi, ſed morbi potius impetu & acrimonia turgentis humoris naturam ſtimulante fit, adeoque *ſymptomatica* eſt, & ſiſti debet, convenit *decoctum album* pro potu ordinario; recte exhibentur *pulveres teſtacei abſorbentes diaphoreticis admiſti*, & poſtremo ad *Diaſcordium*, *Theriacam* &c. deveniendum eſt; Enema ſequens quandoque ſingularem præſtat opem.

℞ *Fol. Roſ. Rub. M.* ij
Coq. in lact. chalyb. ℔ß
In Colatura Diſſolve
Diaſcord. ʒvj

M. F. Enema diutiſſime retinendum.

Hic etiam plurimum facit, mihique in frequenti uſu fuit, *enema de malicorio Fulleri.* In genere obſervamus, in Febrium initiis alvum laxiorem quam adſtrictiorem meliorem eſſe, in progreſſu vero morbi pejorem. Unicum hic notatu dignum obſervare liceat, nempe in diarrhœis colliquativis in declinatione Febrium accidentibus, & diu, non obſtantibus remediis quibuſcunque adhibitis, perſeverantibus, ſolam ſorbitionem *juſculi pullini*, prohibitis omni alio victu & potu quocunque, diarrhœam brevi penitus tollere & ægrum reſtituere, ut experientia me docuit.

Dyſuria. Interdum Dyſuria eſt ſymptoma moleſtiſſimum. *Emulſiones communes* efferveſcentiam humorum in Febribus ardentibus plurimum compeſcunt, & hoc vexatiſſimum ſymptoma plerumque ſublevare ſolent, ut etiam *oleum amygd. dulc. cum ſyr. de alth.* Dyſuria ex applicatione veſicatoriorum in Febribus *gum. arab.* commode medetur, *ſolutum ſcilicet ad* ℥ij *in decoct. hord.* ℔ij. pro potu communi. Emplaſt. epiſpaſtic. Fulleri eſt omnium longe optimum & certiſſimum.

Operæ

Digitized by Google

Operæ pretium esset fortasse experiri vires *Camphoræ* intermiscendo ipsam in compositione epispasticorum, num stranguriam vel ardorem urinæ insecuturum præcavere potis esset.

Art. 90. Sudor in Febribus, qui vel morbi initio, vel quovis alio tempore ante diem criticum, nec adhuc visis coctionis signis profluit, est *symptomaticus*, & frequenter *colliquativus*, qui ægrotum gravat, & morbum exasperat, ideoque si modum excedat, arte, si fieri possit, cohibendus est: prohibetur surgendo ex lecto; corpus a nimiis integumentis liberando; aërem frigidiusculum admittendo; a calefacientibus abstinendo; *leniter astringentia & blanda acida* capiendo, &c. egregiam vim in sudoribus sistendis habet *saccharum saturni*. *Sudor.*

Art. 91. Immanis capitis lumborum vel artuum dolor in febribus, maxime in initio, ut plurimum *Venæ sectionem* postulat; manente nihilominus cum vehementia dolore injiciendum est *Enema laxans*; fortassis levamen aliquale dolenti capiti conferre potest sequens Epithema. *Dolor capitis &c.*

℞ *Sem. pap. alb. parum contus.* ʒß
Placent. Rosac. ʒj
Vitel. ovi unius
Acet. sambucin. q. s.
M. supra ignem & F. *Epithema.*

Fronti admovendum, & sæpius renovandum.

Art. 92. Vigiliæ pertinaces in febribus succurrendæ sunt, ne dissipatis spiritibus vires frangantur. Investiganda est causa vigiliarum; si a fervore & siccitate proveniant, conveniunt refrigerantia & humectantia, si a dolore, propriis remediis leniendus est dolor; non nisi necessitate coacti ad *opiata* confugimus. Obiter monendus est medicus, *ne criticis vigiliis seu ab inquietudine critica suscitatis auxilium Hypnoticis præbere satagat.* *Vigiliæ.*

Digitized by Google

Coma. *Art. 93.* Prædicto malo contrarius est *sopor nimius* in febribus, seu *Coma*, *sive assidua somnolentia*; quando sopor morbosus evadat, excutiendus est omni arte, ne calor nativus opprimatur; injiciendi sunt *Clysteres acres*; *Epispastica* variis partibus admovenda sunt, & *cataplasma de Halecibus* plantis pedum applicandum; interne conveniunt *salia volatilia, cephalica*, &c. (3.24.)

Delirium. *Art. 94.* Pervigilium frequentissime est causa Delirii, non ideo Delirium *hypnoticis* curari tentandum est; nam id esset temerarium, sed indaganda est causa, & remediis appropriatis auxilium ferre conandum est. Delirii in febribus imminentis signum est, urinarum, quæ antea valde tinctæ erant & flammeæ, in tenues & aquosas mutatio.

Spasmi. *Art. 95.* Convulsiones quoque interdum supervenium, tremores item & affectiones spasmodicæ; in tali rerum statu diligenter expiscanda est causa horum symptomatum, unde medicus intelligat, quibus remediis internis opem ferre valeat; interim plantis pedum applicari possunt *duo columbi* recens mactati & per medios secti, vel toti pedes involvi possunt *calidis pulmonibus agninis*, *vitulinis*, vel *vervecinis*; renovari debent hæ applicationes saltem ter in die.

FARRAGO.

De Diebus & Indicibus. *Art. 96.* Hippocratis Aphorism. 36. §. 4. Sudores febricitantibus boni, qui manare cœperint die tertio, quinto, septimo, nono, undecimo, decimo quarto, decimo septimo, vicesimo primo, vicesimo septimo, tricesimo primo, tricesimo quarto, ii enim sudores morbos judicant: qui secus evenerint, laborem, & morbi longitudinem, & recidivas significant. Aphorism. 24 §. 2. Index septimi quartus; sequentis septimanæ octavus initium; spectandus quoque est undecimus, siquidem is secundæ septimanæ quartus est; rursumque decimus septimus spectandus: is enim a quarto

Digitized by Google

to decimo quartus est, & ab undecimo septimus. Dierum (inquit *Liſter*) indicium & contemplabilium ad *criſes explicandas* tota doctrina valde obscura est. Est quidem trium concoctionum quædam mensura, ut ex Anatomia & statica medicina plane constat: ita febrium intermittentium periodi statæ sunt; in aliis vero morbis acutis, quales sunt febres symptomaticæ, ut Pleurisis, angina, variolæ, & febres continuæ, *criſes*, earumque indicia forte non ita prompte animadvertimus; quod parum naturæ, sed nobismet ipsis (quod tamen veteres non fecerunt) totam fere sanationem vindicamus. *Doctrina earum valde obſcura.*

Art. 97. Nullum Remedium (inquit D. D. *Freind*) sub initiis Febrium est æque salutare ac *vomitorium*, sæpenumero & necessarium est, si quando, quod plerumque fit, vel nausea, vel ventriculi gravitas, vel etiam capitis dolor invaserit, hoc medicinæ genus apud vetustissimos *Græcos* haud infrequens fuit; & *Celsi* temporibus *Romæ* perquam familiare. Medicamenti, quo vomitus cietur; interior est quædam actio; quæ nusquam alias se manifestius prodit, quam in celebri illa radice *Ipecacoanha.* Hujus sane vis in attenuandis humoribus eximia est; cui & fidem facit summa herbæ amaritudo, & vividus ille, qui apparatu Chymico elicitur, *sal.* Equidem hanc radicem non parca manu adhibitam esse comperi, cum nulla fere vel per os, vel per alvum sequeretur purgatio: Elapsa autem una aut altera hora incalescere cœpit ægrotus, ita ut, pulsu excitato, tandem in *uberrimum ſudorem* colliquesceret. *Vtilitas vomitorii in febrium principio.* *Virtus ſingularis rad. Ipecacoanha.*

Art. 98. Hoc unum spondeo (idem laudatus Author) quemquam experiundo comprobaturum, quod scilicet ex febribus *multæ evacuantibus ſolis, etiamſi haud alio fuerit remedio uſus, cedere conſueſcant; vix ullæ autem, quæ paulo vehementius invaluerint, medicina qualicunque, ſi ab hoc evacuandi inſtituto deceſſeris, reſtingui poſſunt.* *Febres vix ſine Evacuatione cyuantur.*

Digitized by Google

Methodus Ludovici in curandis Febribus.

Art. 99. „Istæc est accuratissima *Daniclis Ludovici* „methodus curandi febres continuas, nempe in prin„cipio præmisso vel omisso *vomitu*, inox volatile ali„quod v. g. *Tincturam Bezoardicam*, *mixturam simpli„cem*; *spirit. C. C.* & pro circumstantiarum ratione „cum *opiatis* exhibendo; in statu *fixiora*, *terrea*, *al„calina*; in declinatione *cancrina*, *corallina*, hac nem„pe methodo nec crisin negligit medicus, nec otiose „eam expectat.

Signa Prognostica.

Art. 100. „Quo mitiora Pathemata sunt circa pri„mas vias & regionem stomachalem, eo mitior & sa„lubrior est febris.

Art. 101. „Facies turgida & subtumida morbi lon„gitudinem pronunciat.

Art. 102. „Quo magis sudant febricitantes; eo mi„nor est sedimenti copia in urinis. Glutinosus sudor „est pessimus.

Art. 103. „Quanto urina rubicundior est in initio, „tanto citius terminatur febris; cum signis bonis ad „bonum, cum malis ad malum. Urina alba aut pal„lida & admodum cruda in febribus ardentibus peri„culosa est, & plerumque mortem portendit, præser„tim si adsit delirium; convulsiones enim sunt in pro„pinquo.

Art. 104. „Surditas in febribus, urina existente „cruda, delirium grave portendit, sed si cum signis „coctionis conjungatur, bene ominatur.

Art. 105. „In febribus, si ægri non possunt discer„nere colores, imminent *Convulsiones*.

Febres colliquativæ.

Art. 106. „Febres *colliquativæ* sunt, in quibus cor„pus brevi tempore insigniter consumitur; & emacia„tur; partes solidiores & ipsa pinguedo colliquescit, „nunc per diarrhœam; nunc per sudorem, nunc per „urinam, nunc solo ardore febrili sine ulla sensibili „excretione; Febris aliquando *colliquativa* ex cancro „mammarum cum diarrhœa observata est.

Art.

Digitized by Google

Art. 107. „In omni febre pulsu exiſtente languido, „inæquali, aut formicante, cane pejus & angue *opia-* „*ta* vitentur. *Cautela de uſu opii.*

DE FEBRIBUS ERUPTIVIS IN GENERE.

Inter legendum.

Art. 108. Febres *Eruptivæ*, quarum *criſes* per Eruptiones cutaneas expectandæ ſunt, (quales ſunt variolæ, morbilli, febris ſcarlatina, febris cum rubeolis, cryſtallis, febris miliaris, &c.) præter ſymptomata aliis febribus communia hoc habent peculiare & ſibi proprium, nempe, *ingentem pectoris oppreſſionem*, quæ harum febrium eſt ſignum fere *pathognomonicum;* nimirum eſt quidam validus naturæ conatus materiam morbificam a centro ad circumferentiam propellendi; unde certamina graviſſima anxietas præcordiorum, pectoris anguſtia & oppreſſiones maximæ: facta autem eruptione, ſtatim hæc dira ſymptomata evaneſcunt. Ejusmodi *Pectoris oppreſſio* in aliis quoque febribus eſt *criſium præcurſor* [unde dictum illud, nox ante criſin eſt moleſtiſſima] in his tamen ſerius accidit, ſcilicet ſub morbi finem; in Eruptivis vero non procul ab initio, imo frequenter propemodum in primo inſultu; quoniam *efflorescentia* in propinquo eſt. *Febrium Eruptivarum Symptoma peculiare.*

Art. 109. „Præter ſymptomata aliis febribus com- „munia (inquit Mortonus) in febribus eruptivis adſunt „ſigna quædam quaſi *pathognomonica*, talia ſunt pulſus „debilis & celer, reſpiratio cita & anheloſa, Hypo- „chondriorum oppreſſio & anguſtia, urina pallida ac „tenuis, coma; ſeu vigiliæ pertinaces, ſubſultus tendi- „num, nonnunquam ſpaſmi manifeſti, & deliria prorſus „efferata, gravativa palpebrarum debilitas, oculorum „rubedo, punctura dolorifica, & lacrymæ involunta- „riæ, in gutture dolor ulceroſus, raucedo clangoſa, „tuſſis perpetuo moleſta. De Febre miliari (14. 83.) „& Petechiali alibi. (71) *Symptomata quædam inſigniora & fere propria.*

In

Digitized by Google

In eryſipelate, variolis, morbillis, Febre ſcarlatina, &c. (inquit D. *Freind* Hiſt. Med. p. 75) ſi ſymptomata vehementiora fuerint, ſi caput aut pulmones vehementius urgeant, aliæve partes ingenti dolore ſupra modum afficiantur; ratio poſtulat, ut vena incidatur, ac tuto fieri licet. Et teſte experientia (nihil enim frequentius expertus ſum) audacter affirmo me nunquam obſervare potuiſſe eruptiones iſtiusmodi ex venæ ſectione retroire.

FEBRIS SCARLATINA.

SYDENHAM.

Febris Scarlatina.

Art. 110. Febris *Scarlatina* quovis anni tempore, ſed ut plurimum ſub autumnum, ſe prodit, infantes præ cæteris infeſtans, rigent horrentque in initio, ut in aliis febribus, neque vehementer ægrotant; poſtea cutis univerſa maculis parvis rubris interſtinguitur, latioribus magisque rubentibus, at non perinde uniformibus, ac ſunt in morbillis: ad duos tresve dies perdurat rubedo, & deinde evaneſcit, cutem relinquens aliquanto aſperam & furfuraceam.

Curatio.

Art. 111. Quoad curam naturæ prorſus relinquenda eſt, vel, ſi medicatione opus ſit, cum morbillis ſatis convenit.

Efflorescentiæ, modus.

Art. 112. „Febris Scarlatina (inquit Mortonus) „a morbillis minime diſtat, niſi *efflorescentiæ* modo; „*morbilli confluentes* dici poteſt. Idem poſtulat regi„men, eandemque medendi methodum. *Efflorescentia* „in morbillorum interſtitiis figuram diverſam videlicet „oblongam, quadratam, vel multangulam obtinet, unde „cutis variegata eſt: in febre autem *Scarlatina*, una „continuata inflammatione & rubedine cuticula per„funditur.

MORBILLI.

SYDENHAM.

Hiſtoria morbillorum accurata.

Art. 113. In morbillorum apparatu primo die calor & frigus ſe mutuo expellunt, die ſecundo febris ſenſibilis

Digitized by Google

fibilis adoritur vehementi ægritudine, siti, inappetentia, lingua alba (non vero sicca) tussicula, capitis atque oculorum gravedine, & somnolentia perpetua stipata; plerumque etiam a naribus & oculis stillat humor (*signum certissimum* morbillorum ingruentium). Insuper maculæ latæ & rubræ in facie & pectore conspiciuntur; sternutat æger, intumescunt palpebræ (videlicet paulo ante eruptionem) vomit, sæpius tamen laborat diarrhœa, cum dejectionibus subviridis coloris. Ingravescunt symptomata ad quartum usque diem, vel aliquando ad quintum, quo tempore maculæ pulicum morsibus similes prodeunt, quæ tam numero quam magnitudine auctæ racematim coalescunt, & faciem maculis rubris variæ figuræ interstinguunt, quæ quidem maculæ a parvulis quibusdam papulis rubris haud longe ab invicem dissitis, super cutis superficiem paululum elevatis, conflantur, digitorum levi tactu deprehenduntur, oculis remotis fugiunt: a facie sensim ad pectus, ventrem, crura, &c. se diffundunt. Die sexto aut circiter aspersit facies emorientibus pustulis: octavo in facie penitus evanescunt, nono vix ullibi inveniuntur; tunc temporis augetur febris, & spirandi difficultas, urget tussis, &c. *Morbilli omni vacant periculo, si modo perite tractentur.*

„Morbilli ab Avicenna *variolæ cholericæ* appellati cum ipsis variolis coævi sunt,

Art. 114. Quoad curam morbillis cum variolis satis convenit; *Diacodium* quotidie vesperi exhibendum est: *linctus* quoque & *Apozemata pectoralia* propinari possunt ad tussim leniendam. Sin vero ex calidiore regimine, vel aliter, febris, dyspnœa, aliave accidentia post morbillorum decessum supersint, *venæ sectione* sola curantur, quæ sine metu in tenellis audacter celebranda est. In regimine intense calido exanthemata aliquando livescunt, & nigrescunt, in adultis Phlebotomia & temperatiore regimine sublevantur aut pereunt; in Peripneumoniam incidunt. *Art.* *Curatio.*

Digitized by Google

Art. 115. „ Morbilli nonnunquam (inquit Sylvius, „ & omnes hoc ſcimus) per aliquot dies diſtingui non „ poſſunt a variolis, *ne quidem a medicis peritiſſimis, „ atque diu in praxi verſatis:* longe proinde ſatius eſt „ in re dubia Medicum vel ſuſpendere ſuum judicium, „ vel dubie duntaxat reſpondere.

MORTON.

Curatio in ſingulis ſtadiis.

Art. 116. Quoad curam morbillorum, in primo ſtadio, ſcilicet, ante Efflorescentiam pauciſſima remedia ſunt adhibenda, niſi graviſſima ſymptomata ſuperveniunt, uti ſpasmi, enormes humorum colliquationes, &c. Si ſpiritus nimis irritentur, & in ſpasmos rapiantur, remediis appropriatis compeſcendi ſunt, nempe *Julapiis ex aquis cephalicis cum Tinctura caſtor. pulvere de Gutteta*, &c. & ſi niſus ſpirituum inde non minuatur, guttæ aliquot *laudani liquidi* propinari de-

Alvi fluxum. bent. Ad *diarrhœam* quod attinet, ſatius eſt palliativa curatione ejusdem moleſtiam, quoties inſolito more ſævit, minuere, quam contra naturæ legem eam penitus tollere, atque ita ægrotantem occidere; abſtineat æger a Cereviſia, bibatque Decoctum album, & exhibeantur pulveres teſtacei; non niſi extrema neceſſi-

Tuſſis. tate ad *laudanum* perveniendum eſt. Ad Tuſſim ferinam ab acri lympha ortam quadantenus cohibendam conveniunt *mucilaginoſa, pectoralia, oleum amygdalarum dulcium*, &c. [privatim *ſyrupus e coral. & tinctura ejusdem.*] „ In tuſſi morbillorum pathognomonica, „ ſæpe permoleſta, & convulſiva, & nonnunquam le„ thali nullum remedium præſtantius novi (inquit *Har„ ris*) quam *gummi tragacanthum* copioſius ſumptum in „ linctu vel decocto pectorali ſolutum, & pulveribus „ teſtaceis mixtum. Id enim gummi catarrhum maxi„ me lenire ſolet, tuſſimque inde prognatam, ſympto„ ma morbillorum primarium, ſiſtere aut levare aptum „ natum eſt longe melius tutiusque narcoticis, quantum-

cun-

Digitized by Google

„cunque hæc laudantur a clariſſimo Sydenhamo, &c.„
Efflorescentia jam incœpta, imo eruptione plena exiſtente, quandoque ſuboritur *Peripneumonia* cum reſpiratione anheloſa, ſtrangulatione ſuffocativa, deglutitione læſa, &c. quo in caſu, multo uſu fretus omnibus Author ſum, ut ſanguis copioſius educatur, æque ac ſi æger morbilloſo affectu correptus non fuiſſet. Idem in *Ophthalmia* moleſta ac periculoſa faciendum moneo. Ad *alvi fluxum* in hoc ſtadio compeſcendum non minus tutus quam neceſſarius eſt opiatorum uſus. Efflorescentia peracta, ſi febris venenatis ſymptomatibus adjuncta remaneat, actum eſt de ægro. Contra, ſi criſis fuit perfecta, cathartica hydragoga adhibeantur ad lymphæ colliquatæ affectus exitiales impediendos: non tamen præpropere maſſa ſanguinis agitetur, antequam venenum fuerit omnino ſubactum. Quoties æger poſt morbillos *tuſſi ferina & perpetua* vexetur; primo in loco *Venæ ſectio* celebretur, &, ſi opus fuerit, poſt unum vel alterum diem iteretur, & una cum *linctibus & medicamentis lenientibus* (quemadmodum in Catarrho exhibere ſolemus) cortex *Peruvianus* copioſe exhibeatur, & *opiatum* hora decubitus pro re nata. „Ad præcavenda dira ſymptomata in hoc affectu „evenientia, ab authore noſtro enumerata, *phlebo-* „*tomia* mature, in morbi initio, celebrata, & vomi„torium exhibitum feliciter plerumque ſuccedunt. „ *(vid. Art. 109).*

Peripneumonia.
Ophthalmia.
Diarrhœa.
Ultimum ſtadium.
Tuſſis ferina ſuperſtes.
V. S.

Art. 117. „Qui variolis laborarunt, non ſunt adeo „morbillis poſtea obnoxii, quare ætate grandiores „non ita prompte inficiuntur.

VARIOLÆ.

Art. 118. „Nihil de variolis ante *medicos Arabes* „ſcriptum invenitur. Variolæ ita appellantur, quaſi „pari vari, quod cutem varient. Homini omni, ſoli & „ſemel convenit variolis & morbillis affici: in hoc au-

„tem

Digitized by Google

„tem cenſu non ſupputandæ ſunt, Puſtulæ varioloſis
Chicken-Pox. „ſimiles, quas vulgo vocant *the Chiken-Pox:* pueris
„familiares ſunt; variolis veris quidem ſimiles ſunt,
„quoad magnitudinem & figuram, ſed in eo ab iis
„diſtinguuntur, quod variolæ cum rubore & inflam-
„matione inſigniori appareant; hæ vero albidiores ſunt,
„& veluti veſiculæ ſeroſo humore repletæ, quæ intra
„triduum disrumpuntur, & exſiccantur, nullumque
„afferre ſolent periculum, & plerumque ſine febre
„erumpunt. *Morbus eſt adeo benignus, ut nunquam*
„*ſub curam medicam cadat.* Variolæ (inquit Dolæus)
„quoad ortum ſuum ſeminarium habent nobiſcum
„connatum, quod aliquamdiu ſepultum jacet, donec
„nacta emergendi occaſione ex latibulo erumpat, &
„maſſæ ſanguineæ commixtum ſymptomata terribilia,
„& ſæpe mortem producat: inter multas hominum
„Myriadas vix unus & alter per totam vitam ab his
„immunis manet. Ex cadaverum ſectionibus patet,
„viſcera univerſa in corporis cavitatibus contenta pu-
„ſtulis varioloſis confertim affici, æque ac cutis externa.„

SYDENHAM.

Variolarum Diſcretarum hiſtoria. *Art. 119.* Variolæ ſunt *diſtinctæ* vel *confluentes:* Diſtinctæ ſeu Diſcretæ cum rigore ac horrore invadunt, ſequitur calor intenſus, capitis & dorſi dolor vehemens, vomituritio, dolor circa ſcrobiculum cordis, ſomnolentia, in infantibus præſertim; quandoque etiam paroxysmi Epileptici, qui variolas mox prorupturas, easque futuras eſſe mites ac benigniores plerumque præſagiunt; quarto ut plurimum die ab invaſione erumpunt, & ſymptomata febrilia evaneſcunt, niſi quod adulti in ſudores ſint propenſi. In facie primo conſpiciuntur puſtulæ ſubrubræ, deinde collo, pectore, & univerſo corpore, quæ magis magisque inflammantur, & indies elevantur, & ſubalbidæ fiunt, cute in interſtitiis ſatis floridum colorem exhibente; die undecimo

faciei

Digitized by Google

faciei tumor ac inflammatio recedunt, & puſtulæ exareſcere incipiunt; in hac variolarum ſpecie [ſi quando] die 14to, vel 15to pereunt.

Art. 120. Confluentes cum diſcretis ſymptomata communia habent, niſi quod hic atrociora ſint omnia; tertio die erumpit hæc ſpecies, aliquando citius, raro ſerius; interdum vero, licet oppido raro, ob gravius aliquod ſymptoma, lumbaginem doloremve lateris, &c. ſerius erumpunt, neque periculo vacant. Febris etiamnum durat, creſcente morbo puſtulæ non in ſpectabilem molem attolluntur, uti in diſcretis, ſed ſibi invicem implicitæ vultum omnem contegunt, & illum in tumorem elevant, dein ad inſtar pelliculæ albæ in cutis ſuperficie conſpiciuntur. Præterlapſo die octavo pellicula alba quotidie exaſperatur, & ad colorem fuſcum vergit, eoque magis variolæ confluxerunt, *Magnitudo morbi a facie maxime æſtimanda eſt, potius quam reliquo corpore.* In hoc genere adeſt in adultis ſalivatio, in Infantibus Diarrhœa; ſalivatio nonnunquam ſub primum eruptionis tempus ſe prodit, interdum poſt diem unum vel alterum; die fere undecimo ſaliva viſcidior facta difficulter exſcreatur, ægro ſuffocationem intentans, & circa id temporis ut plurimum ceſſat, & tumor faciei paulatim ſubſidet, & tunc ejus loco manus intumeſcere ſolent, aut debent; Diarrhœa non ita mature infantes invadit; ſub veſperam exacerbatur morbus. Variolis diſcretis laborantes octavo, confluentibus vero undecimo die maxime intereunt. Interdum accidit Pleuritis, interdum Coma, interdum maculæ purpureæ (*totidem quaſi ſphaceli*) puſtulis interſperſæ, (mortis fere ſemper prænuntiæ), quandoque mictus ſanguineus, & aliæ Hæmorrhagiæ, quæ idem ominantur, nonnunquam urinæ ſuppreſſio. *Confluentium hiſtoria.*

Art. 121. In confluentium genere æger (ut dixi) maxime periclitatur (a primo inſultu computatione facta) die undecimo videlicet in maxime vulgari con-

Digitized by Google

fluentium genere, in crudiori adhuc 14to, in crudiſſimo 17mo, rariſſime 21mo. Ego varioloſum ab uſu lectuli interdiu ſemper arceo, usque ad ſextum diem a prima morbi invaſione, quartum ab eruptione, quo tempore omne puſtularum agmen in conſpectu eſt: poſthac eundem lectulo committo, usque ad morbi finem.

Regula fere ſemper obſervanda.

Curatio.

Art. 122. „In confluentibus (ut recte inquit Dolæus) „periculoſæ plena res eſt aleæ; & Medicus occaſionem „habet ſuas tentandi vires, & oſtendendi, quid in Ar„te medica calleat. Indicationes curativæ duæ ſunt, „nempe. 1mo ut æquabilis tenor ebullitionis conſervetur, 2do ut puſtulæ debito modo ſuſtineantur; regimen calidius vitandum eſt; *gradus caloris earum expulſioni accommodatiſſimus naturalis omnino eſt*; non opus eſt, ut æger ante diem quartum (120.) lecto addicatur; neque ut ad propellendas variolas ullum remedium ſumat; quarto vero die, ſi eruptio ex votis haud ſuccedat, exhiberi licet cardiacum aliquod blandius. Diſcretum genus ex ſua natura plerumque omni vacat periculo. In confluentibus æger a ſudore, quantum fieri poteſt, prohibendus eſt, & ptyalismus in vigore conſervandus; promovetur autem affatim bibendo cereviſiam tenuem, vel liquorem alium non nimis calefacientem. Adultis propinare ſoleo *Paregoricum cum laudan. liquid.* gr. xiv. *vel ſyr. de Mecon.* ℥j. hora 6ta. vel 7ma veſpertina ſingulis noctibus poſt plenam eruptionem ad morbi usque finem; temporibus autem *Hypnoticum* quam pro recepto more præſcribo, quoniam exacerbatio caloris quotidie ſub veſperam fere reperitur, ex quo non modo incommodi nihil, ſed magnum emolumentum, quod frequentius experientia didici. *In hoc genere Diarrhœa in Infantibus eſt ſalutaris, & non temere ſiſtenda, contra in diſcretis.* De Venæ ſectione die octavo, & de auræ liberaliori exponendo, ſi quis velit, Authorem conſulat p. 153, &c. Cum ſaliva admodum viſcida evadat, uti ſoleo *Gargariſmate* (16. 158.) interdum *Emeti-*

ota bene.

cum

Digitized by Google

cum propinandum est. In *Urinæ suppressione* æger e lecto debet eximi. Pustularum depressio & Diarrhœa in variolis discretis medicamenta *cardiaca* postulant. Febris illa, quæ die undecimo, &c. adoritur, diversa est ab ista, quæ eruptionem præcedit: nihil enim est aliud, quam *febris putrida proprie dicta hæc febris secundaria;* ad hanc autem fugandam nihil efficacius præstat, quam copiosa sanguinis eductio: non enim nunc cum variolis res est, sed *febre putrida;* mittendus est itaque sanguis ad ℥x. vel xij. & *anodynum* bis in die propinandum; ob immensam alvi constipationem præscribere soleo *Elect. lenitiv.* ʒiß. in aqua lactis solut. nihilominus *Anodynum* stato tempore continuandum est, si prima vice votis non respondeat, iteretur die proximo: atque hac ratione tam *venæ sectio* quam *catharsis* per intervalla repeti possint, prout febris mos atque ægri inquietudo postulare videantur, donec tandem res in vado sit. Sched. mon. p. 81, &c. In variolis confluentibus magna est virtus *spiritus vitrioli* a 5to vel 6to morbi die usque ad finem copiose in cerevisia tenui exhibiti; commoda & incommoda hujus remedii Cap. 9. Art. 3. &c. ubertim recensentur.

Art. 123. Variolæ Anomalæ. *Discretæ* hæ a legitimis discriminabantur, quod erumpant die 3^tio^, illæ 4to. pustulæ minores fuerant, sæviebant tamen magis, & ante maturationem frequentius nigrescebant, Ptyalismus (ut in confluentibus) aderat immediate post eruptionem. *Confluentes* hæ ab aliis discrepabant, quod nunc die secundo nunc tertio se primum monstrabant tumore subrubro atque uniformi, quibusdam in locis, in femoribus præcipue, vesiculæ, ambustorum ad instar sero limpido distentæ eminebant, quod disrupta pellicula copiose effluebat, subjecta carne nigredine & *sphacelo* quasi affecta; periculo non vacant ante diem 17um; in aliis confluentibus dies undecimus [ut plurimum] est criticus. Postremo hæ calidioris naturæ sunt & magis inflammatoriæ; ideo-

Variolæ anomalæ discretæ.

Confluentes.

Digitized by Google

que temperato regimini indulgendum est. *Hydrogala* ex tertia parte aquæ & lactis una simul coctis ægri palato & votis ut plurimum respondet, & ptyalismum feliciter promovet.

Morton.

Quatuor stadia variolarum.

Art. 124. Variolarum quatuor sunt stadia, videlicet Apparatus, eruptio, maturatio, & declinatio, in quibus varia occurrunt symptomata, quæ diversam medendi methodum postulant.

Primum stadium.

Art. 125. Primum stadium est a morbi ipsius insultu usque ad eruptionem generalem. In hoc stadio urina tenuis & pallida, præsertim si adsit frequens micturitio, male ominatur; urina rubicunda & contentis saturata contrarium indicat [Insolitus aliqualis dolor vehemens, præsertim colicum æmulans, est pessimum

Diarrhœa.

signum]. Diarrhœa in hoc stadio non permittenda est, quin *decocto albo* & repetitis *laudani* dosibus est cohibenda, vel astringentibus, inter quæ *Electuarium astringens* (16.83.) præscribere soleo. Vomitio in hoc stadio non

Vomitio.

statim supprimenda est, sed potius [nisi valde enormis fuerit] cum repetitis haustibus liquoris Possetici carduati, vel cum pauco sale vitrioli leniter promovenda est: Evacuatione autem hac levi peracta, vel si vomitio ex morbi ipsius genio modum excedat, illico tumultum spirituum compescere oportet; eorumque vires conservare alexipharmaco aliquo remedio cum opiato commixto, & post justa intervalla repetito; sequens est formula mihi familiaris.

℞ *Aq. Card.*
—— *Lact. Alexit.*
—— *Cinnam. hord.*
—— *Menth.*
—— *Stephani* ana ℥ij.
Sal. Absynth. gr. xij.

Pulv.

Digitized by Google

Pulv. rad. Serpent. Virgin.
—— *e chelis cancr. comp.*
Lap. Contrayerv. ana ʒß
Syr. Caryoph. vel Menth. ʒiß
M. F. Julapium.

De quo capiat ægrotus coch. ij. iij. vel iv. quarta quaque hora, addendo ſingulis doſibus laudan. liquid. guttas aliquot pro re nata. „Sanguis (inquit *Liſter*) in variolis non proprie mittitur, ſed ex accidente tantum, „ut ſymptomati alicui vehementiori ſuccurratur.„ In dolore capitis, artuum vel lumborum, item in dolore pleuritico, ſeu Peripneumonico, ut etiam quandoque in colico, neceſſaria eſt *Venæ ſectio*, ut ſymptomata iſta averruncentur; *veſicatoria* etiam & *opiata* hic locum habent; præcipue autem in affectibus comatoſis. Ubi vigiliæ in hoc ſtadio pertinaces fuerint, raro in proximo ſtadio exanthemata confluunt, quorum eruptioni deliria, ſpaſmi, cæteraque funeſta ſymptomata ſuperveniunt, quo nomine hoc ſymptoma Venæ ſectione & opiatis, ut ſpirituum vires inde minuantur, opportune cohibere par eſt, adhibitis interea veſicatoriis & alexipharmacis. „Inſolitus aliqualis dolor vehemens „ante eruptionem Variolarum, privatim *dolor colicam „paſſionem æmulans;* eſt peſſimum ſignum, & fere ſem„per lethale, ut plus ſemel obſervavi, præſertim ſi ad„fuerit etiam *micturitio.* „ *Dolores ſpasmodici.* *Vigiliæ.*

Art. 126. In ſtadio ſecundo exanthemata parva inſtar acu punctularum primo in facie, collo, pectore, &c. erumpunt tumore renitente & rotundo; die ſecundo baſes ſuas ampliant, & tertio (ultra quem hoc ſtadium non excurrit) in ſummitatibus acuminantur; quo longius eſt hoc ſtadium, eo periculoſior eſt eventus; in hoc ſtadio in benigniori ſaltem genere, ubi nullum adeſt funeſtum ſymptoma, haud par eſt ullo remedio naturam laceſſere, utpote quæ propriis viribus inſtructa ſine artis ſuppetiis ſatis valide ſuo officio fungi potis eſt. *Stadium ſecundum.*

Digitized by Google

Stadium tertium.

Art. 127. Triduo eruptionis elapso variolæ, sicut alia quævis tubercula inflammata, concoqui incipiunt, & lympha venenata per glandulas cutaneas naturæ lege colata acrimonia sua cuticulam a vera cute separat; unde apices exanthematum, paucarum horarum spatio, primum albescentes quadantenus intumescunt; dein lympha eadem pro morbi indole & naturæ viribus citius vel serius in pus mutata flavescunt, aut saltem colorem cineritium vel subfuscum obtinent, ubi desinit hoc stadium. Durante maturatione variolarum benignarum nulla exsurgit indicatio, nisi forsan adhiberi possunt *laudani liquidi* guttæ aliquot ad dolorem leniendum, & somnum conciliandum. Inter maturandas variolas, si tarde procedant, ℞ *lentium crasse contus.* ℥j. *ficuum ping. par.* vj. *ras. C. C.* ℥ß. coq. in liquore Posset. ℔ij. bibatur copiose ad libitum; & si adsit Ptyalismus commode usurpatur Gargarisma (16. 160.) vitentur aceida in Gargarismatis; nisi in maxima diglutiendi difficultate; deficiente salivatione, promoveatur urinæ profluvium exhibendo, dosin unam vel alteram Pulveris Æthiopici.

Stadium ultimum.

Art. 128. Stadium ultimum variolarum est earum declinatio, in quo exanthemata pure maturo & laudabili referta primum incrustari & scabie subflava obduci incipiunt; dein post unum vel alterum diem pure concrescente exsiccantur, & in arida tubercula ubique mutantur, quæ sensim emollita sponte evanescunt. Raro quispiam hoc morbo interimitur, nisi in declinationis stadio, scilicet in variolis benignis; de his etenim ut plurimum hactenus locuti sumus. Declinatio cum ἀπυρεξίᾳ, & appetitu restituto optime significat. Petechiæ seu vesiculæ miliares in hoc stadio erumpentes funestum eventum denunciant; deliria, vigiliæ, subsultus tendinum, &c. in hoc stadio pejus ominantur, quam in præcedentibus: pauciſſimi enim vel nulli hoc modo affecti convalescunt; scabies diu pure scatens, atque

Digitized by Google

atque inde sæpe decidens, & renascens, meliorem sortitur eventum, quam ea, quæ derepente exarescit; variolæ, quæ scabie sessili & adhærenti obducuntur, male præsagiunt.

Art. 129. Ubi variolæ fuerint figuræ exactissime rotundæ, discretæ, & margine admodum rubro circumcinctæ, neque Petechiis, eruptionibus miliaribus, vel quavis alia nota exitiali, interpunctæ, & primo maturationis die in summitate albæ, tumore turgidæ, & die secundo circa basin auctæ, & in summitate acuminatæ, minus pellucidæ, & tertio materia in pus convertatur, eventus felix duodecimo saltem morbi die insecuturus expectandus est. *Variolæ benignæ.*

Art. 130. Quatuor sunt variolarum malignarum gradus, videlicet confluentes universaliter, confluentes particulariter, discretæ, verum admodum parvæ & cohærentes, maxime confertim ubique erumpentes; & denique discretæ cum Petechiis & eruptione miliari conjunctis. Primi gradus sunt, quando cutis universa Erysipelatoso tumore (maculis nigris hic illic interspersis) cum æquali superficie quadantenus crassescit, post triduum cutis albescit, & pergamenæ speciem induit; atque hæ sunt variolæ maxime exitiales; ægrum ultra secundum maturationis diem nunquam superstitem novi. Variolæ secundi gradus magis vulgares sunt, quando cutis faciei sola Erysipelatosa est, & primo maturationis die pergamenæ speciem refert, dum in artubus & trunco corporis exanthemata fuerint fere discreta, non tamen regularia; vix enim oculo distinguuntur ab efflorescentia morbillosa, vix apices tollunt, sed sæpe livescunt, unde mortem instare certo præsagire licet. Variolæ malignæ tertii gradus sunt, ubi quasi discretæ, verum admodum parvæ & cohærentes, quæ non acuminantur, sed cute solummodo conspiciuntur, ac si ab urticæ plaga exasperatæ, donec sub initium maturationis albescentes confluant, & speciem pergamenæ exhibeant. Rarius quemquam hac specie affectum, nisi *Variolarum malignarum quatuor gradus.* *Gradus primus.* *Secundus.* *Tertius.*

Digitized by Google

ope Ptyalismi diutius protracti, ingentis urinæ profluvii, vel intumescentiæ artuum diuturnæ, ad decimum quartum vel decimum quintum morbi diem superstitem novi.

Gradus ultimus. *Art. 131.* Gradus ultimus est, quando variolæ erumpunt quidem discretæ, figura & magnitudine regulares, verum vesiculis aqueis, petechiis, vel maculis lividis in interstitiis, præsertim in collo, pectore, & artubus distinctæ; atque hæ non minus sunt exitiales quam confluentes.

Curatio symptomatum. *Art. 132.* In variolis malignis febris continua mali moris post eruptionem remanet cum lingua arida, pulsu debili, &c. Neque prorsus exulat, ut in benignis solet: materia enim morbosa, vel propter malignitatem, vel morbi magnitudinem, per glandulas cutaneas satis protrudi nequit, unde dira symptomata evenire solent; *Hæmorrhagia.* nimirum Hæmorrhagiæ admodum periculosæ, quæ [ut plurimum] (maculis purpureis & nigris eodem tempore in conspectum venientibus) funestissimæ sunt, & vix aut ne vix arte cohibendæ, nisi forsan vitrioli fræno præpotenti (Aq. Styptic. Reg.) obsignari possint; *nihil tamen profecimus, si non una possimus vesicatoriis & alexiteriis generosissimis vires spirituum pene extinctorum denuo resuscitare;* venæ sectio mortem accelerat. *Micturitio.* Micturitio licet non adeo formidabilis, pessime tamen ominatur; in hoc symptomate sublevando *cineres bufonum* egregias obtinent vires (ut mihi usu compertum est) dos. ℈j. cum aliis alexiteriis quarta vel sexta quaque hora. *Dolor Gutturis.* Dolor gutturis & deglutitio impedita est symptoma quandoque maxime affligens & molestum; fauces itaque externe ab aëris injuriis pannis laneis mollibus duplicatis muniri debent, quæ plus valent, quam croceata, vel alia quæcunque amuleta; & usurpentur *Salivatio.* gargarismata appropriata, &c. Salivatio copiosa, & diu protensa cum insigni capitis & faciei intumescentia bene significat; ptyalismus vero brevis & derepente suppressus, nisi profluvio urinæ, aut intumescentia extremorum

rum excipiatur, malum omen exhibet; salivatio diarrhœa excepta pessime significat.

Art. 133. Morbosi quidam affectus quandoque post variolas suboriri solent, inter quos inappetentia primum locum vendicat, quæ frequenter cum calore hectico conjuncta est, quo in casu ego multo usu doctus *Alexipharmaca* (quod cæteros professores serio moneo) ubi calor fuerit continuus, jugiter ministranda duco; *Corticem* autem *Peruvianum*, ubi calor statis periodis recurrit, cum felici successu exhibendum impero; & deinde postea ad alvum subducendam tuto progredior. Parotides nonnunquam sub finem variolarum suboriuntur, quæ diu, tanquam strumæ, sine calore vel rubore permanent; *discutientibus* non sunt tentandæ, sed potius *fotibus maturationem promoventibus* tractandæ sunt. Eadem via procedendum est in furunculis, scabie saniosa, ulceribus mali moris, impetigine furfuracea, &c. videlicet *Alexipharmacis* & *Febrifugis* ab evacuationibus religiose abstinendo. Gangræna & Caries ossium post variolas nullo medicamento cedunt. Tumores Oedematosi *frictionibus*, *fotibus lixivialibus* & more hydropicorum curandi sunt. De dolore capitis post variolas. *Vid.* (3. 5.)

Post Variolarum declinationem Inappetentia & Calor hecticus.

Parotides &

Furunculi &c.

Gangræna & caries. Tumores Oedematosi.

FREIND.

Art. 134. Sunt nonnullæ febres, quæ *purgantia* commode recipiunt, sunt etiam, quæ omnino desiderant (sed de hac re nondum satis accuratæ ab auctoribus traduntur regulæ) ex quibus nullam aliam æque *purgationi* opportunam reperio, ac eam, quæ variolas confluentes, maturitate pustularum aut vigente aut jam inclinata, semper excipit; ea quippe febris uti omnium maxime putrida est, & periculi plena, ita præ cæteris curationem hanc aptius recipit. Atque hanc præ aliis medendi rationem in putridis hisce febribus; quæ variolis superveniunt, suadet Sydenhamus. Mihi quidem

Purgationis usus in febre secundaria.

Digitized by Google

dem sæpius usu venit, ut in variolarum statu, ubi pustulis exarescentibus febris nihilo secius invaluerit, ad *purgantia* confugerem, quæ ita periculo vacare, ita commode adhiberi posse expertus sum, ut multorum vitas ab hac maxime medendi via conservatas esse haud absurde dixerim. „Doctrina de usu *Phlebotomiæ* & *Catharsis* in va„riolis confluentibus post imperfectam crisin, in literis „a peritissimo D. *Cade* ad eundem datis, succincte ad„modum continetur; in ejusdem summarium!

Quando néque Venæ sectio neque Catharsis conveniunt.

Art. 135. In variolis confluentibus, quam diu faciei tumor & inflammatio manet, & saliva recte fluit, a *Venæ sectione* & *Catharsi* (pari ratione ac furunculo maturante) prorsus abstinendum esse duco. Scilicet, ne istæ evacuationes, materiæ morbidæ a massa sanguinea separationem, & per pustulas, tanquam per tot phlegmonas, (cui unico hoc tempore natura incumbit) ejectionem obturbarent. Insuper, procedente morbo, si eo tempore, quo facies detumere, & ptyalismus decrescere incipit (quod die nono vel decimo ab eruptione accidit) si his, inquam, diebus manus debito modo tumeant, & nulla malæ notæ appareant symptomata, haud omnino (me judice) vel *Phlebotomia vel Catharsis*, adhuc indicatur; sed totum negotium recte committitur naturæ. Interim tamen in hoc morbi statu *Enema* quotidie injiciendum præscribo, quo alvum fæcibus exonerare, & febris furorem coërcere curo.

Quando utræque evacuationes sunt necessariæ.

Art. 136. Attamen facie, diebus prædictis criticis detumente, quoties (quod nimis frequenter evenit) pustulæ corporis non turgent maturo pure, nec manus intumescunt; unde (nempe a materia morbida in sanguinis massa remanente eamque inquinante) ardens febris nascitur; respiratio brevis & frequens oritur, corporis jactatio, & obstinatæ (narcoticis incassum exhibitis) vigiliæ urgent; quoties equidem diris his symptomatibus vexatur æger, medicó incumbit per *venæ sectionem* & *medicamenta leniter purgantia*, sæpiusque debi-

tis

Digitized by Google

tis intervallis repetita, humorem peccantem detrahere, & eo, quo possit, modo, laboranti subvenire. In variolis denique confluentibus, licet facies & manus & pustulæ corporis debito modo, ac tempore, intumuerint, & saliva satis copiose statuto tempore fluxerit: si tamen, Ptyalismo desinente & dictis partibus jam subsidentibus, febris utcunque (quod in hac morbi specie ut plurimum accidit) gravior assidue inhæreat, & symptomata, ex hac nata, (utpote anheloſa respiratio, vigiliæ, anxietates, cum pallida & diluta urina) indesinenter urgeant ægrotantem; rebus sic stantibus, necesse habet medicus sanguinis quantitatem *venæ sectione* minuere, nimirum ut exinde pars reliqua magis placide per vasa fluat, & materiam morbidam (quæ per pustulas, jam induratas & crusta obductas amplius transire nequit) *Catharsi* sæpius repetita evacuare: his enim evacuationibus omissis, semper evenit, ut vel memorata symptomata indies augeantur, & inter diem duodecimum & vicesimum quartum lethalia evadant; vel humor putridus in pulmonibus extravasetur, eorumque veſiculas corrumpat; unde ægrotus miseram vitam paulisper trahit, & brevi moritur tabidus.

In anheloſa Respiratione Phlebotomia est unicum Remedium.

Art. 137. Anheloſæ Respirationi, crisi superveniente, *Phlebotomia* feliciter ac unice occurrit, quæ nisi confestim peragitur, actum erit de ægroto, neque hoc in casu pulsus humilis & angustus me terret; quippe sæpius observavi, vacuato sanguine, arteriam fortius vibrasse: inde constat pulsus obscuritatem, non infirmitati virium, sed humoris lædentis oneri, deberi. Venæ sectio tamen mictum cruentum non modo non cohibet, sed auget, & mortem in procinctu stantem accersit: hoc tamen funestum fati impendentis prænuntium (Camphora bis in die exhibita & acidis larga manu propinatis) amovi, ægroque brevi morituro ad tempus succurri: sed ut vera fatear, ne unum quidem variolis affectum, cui urina cruenta fluxerit, diem decimum sextum ab

In mictu cruento est noscitus.

eruptione

Digitized by Google

eruptione ſupervixiſſe notavi. De rationibus, quibus innititur hæc praxis, videatur Auctor. „Atque ita *pur-*
„*gationis* methodum in Febre ſecundaria tanquam uni-
„cam ſalutarem venditant D. *Freind* & alii apud illum
„nonnulli magni nominis medici: Ego vero, qui ſum
„tardioris ingenii, rurique dego, de hac re aliquanto
„dubius adhuc hæreo. Hi viri, ingentia certe Artis
„noſtræ lumina, ſeculique ornamenta, ſatis ingenioſe
„ratiocinantur, omnesque fere ſumma eloquentia victos
„in illorum ſententiam facillime deſcendentes inveniunt:
„ſed ſola experientia duce caute admodum progredi
„decet. In Praxi mea per viginti circiter annos *Clyſma-*
„*tum* injectionis utilitatem deprehendi; ſed *Cathartica*
„*non niſi rariſſime propinare auſus ſum.* Optandum
„erat, quod viri præfati meritiſſimi numeroſiorem Hi-
„ſtoriarum ſeriem tam morientium quam viventium
„protuliſſent, ut in re adeo ancipiti æquius judicium
„ferre potuerimus.

FARRAGO.

Variolæ morbus novus.

Art. 138. Variolas eſſe morbum novum ſatis demonſtratur, quod in multis mundi partibus nunquam viſæ fuerunt, ut apud *Indos occidentales*, ubi nunquam apparuerunt, niſi poſtquam Hiſpani eo pervenere; ſiquidem per contagium Æthiopis cujusdam, illuc delati, magnam Indorum partem ſuſtulerunt, ut teſtatur R. a *Fonſeca*. Helbigius indubitanter affirmat, incolas *Indiæ orientalis* Variolas nunquam tentaſſe ante commercium *Hollandicum*.

Regimen frigidum.

Art. 139. In variolis *Alſaharavius* omnes infrigidantes Medicos noſtri ſeculi multis paraſangis anteivit; maximè in primo variolarum tempore, nempe, in ſanguinis miſſione ad ſyncopen, & frigidæ immenſa quantitate, & confertim exhibita, potione; eaque ſæpius repetita, paucis horis; at quantum video, ſine ſucceſſu; his enim non obſtantibus, venenum intra habitum corporis reſtitabat. *Art. 140.*

Digitized by Google

Art. 140. Illud tantum (inquit *Lister*) curiosus animadverti (in variolato cum maculis purpureis Hæmorrhagia narium & mictu sanguineo) sanguinem refrigeratum tenerrimum fuisse, ut ejus crassamentum rubrum vel molliori pennæ pluma percussum facile dividi potuerit. In aliis autem multis, quibus urina cruenta sanguinem e brachio missum adeo aquatum, putridumque esse vidi, ut fluctuaret crassamentum in vase, non aliter quam ipsum serum; neque ullum servatum memini in tanta pestilentia, (68). „Variolæ præcedente „crapula accidentes, ut etiam luxuriæ & intemperantiæ „deditis, plerumque graviores sunt, & pessimi moris, „& fere semper lethales.„ *Sanguinis textura in variolis malignis.*

Art. 141. In variolis confluentibus (inquit idem author) hunc in modum præscripsi. *Vires Cochinel. in variolis confluentibus.*

℞ *Croc.* ℈j.
Cochinel. ʒß.
Sach. tantil.
M. F. Pulv. No. VIII.

Capiebat ægra unum quarta quaque hora cum *Coch.* i. vel ij. *Aq. Theriacal.* per triduum & postea sexta quaque hora, item *Diacod.* ʒj. mane & vesperi, & convaluit; & pro alia fœmina ad eundem fere modum.

℞ *Croc.* ʒß.
Cochinel. ʒß.
Sacchar. cand. ʒj.
M. F. Pulv. No. VI.

Cepit unum tertia quaque hora.

Art. 142. Ego (inquit idem) neminem bis infectum memini, præter unam fœminam, quæ in hac urbe [*Eboracensi,*] me teste, intra annum variolis bis decubuit, & convaluit. *Rarissime aliquis bis inficitur.*

Art. 143. Nihil observatione dignius est (inquit *Ettmullerus*) quam anhelitus & vox in variolis; ubi enim *Signum salutare.*

Digitized by Google

enim prompte recteque agitur respiratio, vox facile sequitur, neque rauceſcit, admodum salutare signum est. *Stercus equinum* in variolis est sordidum quidem, sed egregium remedium, promovet sudorem, præservat guttur &c. a quibusdam etiam deprædicatur *Stercus ovinum*. „Nec locum infimum obtinet oleum semi-
Remedia nonnulla singularia. „lini, vel Amygdalarum dulcium, ut practicis quibus-
„dam peritis satis notum est. Quodnam sit istud reme-
„dium, cui vires supereminentes *Waldschmidius* & Do-
„læus attribuunt, plane nescimus: optandum sane esset,
„quod tale medicamentum, de quo loquuntur in morbo
„tam exitiali in rerum natura re vera daretur. De hoc
„remedio hæc habet *Waldschmidius*; utimur *alio quo-*
„*dam remedio in forma liquida*, quod a primis statim
„diebus usque ad finem in adultis ad cochleare unum
„dari potest, quo ipso puto reconvalescentiam, divi-
„na adjuvante gratia certe promitti posse, ut graviſſi-
„ma adsint symptomata; præcipue autem hoc reme-
„dium est dicatum *inflammationi*, quo & externe uti
„possumus. Et alibi, omnibus commendo *Liquorem*
„*contra variolas* D. a D. Dolæo & me millies exper-
„tum, quem & nos una invenimus. Multo uberior
„est Dolæus in hujusce specifici laudibus, ut & videre li-
„cet. p. 574.

Art. 144. „Variolæ acu perforatæ tardius curan-
„tur, & cruſtas diutius retinent, unde cicatrices fœ-
„diores relinquuntur; ideoque naturæ satius sunt relin-
„quendæ. Maculas a Variolis relictas (obſervante Barbette) præprimis delet *oleum myrrhæ per deliquium ex albuminibus ovorum paratum*, ut & *oleum vitellorum ovorum*. „Si quis linimentum velit, sequens in usu
„apud medicos *Londinenses* est elegans præscriptum;

℞ *Ol. Amygd. dulc.* ℥iß.
Cer. Alb. Spermat. Cet. ana ℥j.
Balsam. Gileadens. ℥ß.
F. S. A. Linimentum.

Ulcera

Digitized by Google

Ulcera corrosiva (inquit *Bonetus*) in facie & alibi optime sanantur cum *spiritu vitrioli melle rosaceo ad sufficientem aciditatem permisto;* semper respondet voto medentis, etsi dimidiam genam ulcus absumpserit. *Ulcera corrosiva.*

Art. 145. Remedia in hoc morbo insigniora, præter jam memorata, sunt, quæ sequuntur; *Kermes, Gum. lacca, viperina, cinnabaris Antimonii, tinctura Bezoardica, tinctura Corallii, decoctum rubicundum, decoctum varioloſum, Gargarisma varioloſum, Lohoch rubrum, unguentum de Bismuth, ad foveas Bat.* &c.

INOCULATIO VARIOLARUM.

Medicorum est morbos curare non inferre; dices tamen, medicum peritum ac probum humanarum infirmitatum providum morborum futurorum occasiones præscindere, vel saltem leviores reddere, æque ac præsentes sanare, omni arte decere: Si hoc non concedatur, quamobrem venæ sectionem imperamus, emetica, & cathartica adhuc sanis & vegetis prophylaxeos gratia propinamus. *Proœmium.*

Inoculatio Variolarum est nova praxis a *Constantinople* ad nos nuperis annis translata, & mirum est, quanta expectatione recepta fuit; quanta industria exculta; statim incredibiliter inclaruit: in ipsa domo regia, in multorum procerum & optimatum familiis magna ostentatione celebrata fuit: quo eventu & quali successu eandem exercentes ediderunt. Nihilominus sub tantis auspiciis & tam magnis exemplis inter *gentem popularem* minus inerebuit; nostrorum hominum genio & cogitandi modo vix rite quadrare videtur. Quoad fas, & an cum bona conscientia fieri posse multum varieque litigatur: de certitudine & incertitudine Variolas genuinas producendi, itemque an alios etiamnum morbos, & humorum contaminationes, una cum Variolis, implantari posse vehementer ac strenue disputatur. Mihi quidem neque otium neque facultates suppetunt tantas componere lites. *Nova praxis.*

Interim

Digitized by Google

Operatio. Interim inoculationis operatio ad hunc modum facillimo negotio peragitur. Imprimis in promptu comparandum est exiguum pus (guttæ v. vel vj. puta) ab adolescente Variolis discretis decumbente, inter maturandum depromptum, quod parva phiala vel pyxide inclusum loco operationi assignato deportandum est, ubi omnibus præparatis inoculando vulnuscula duo infligenda sunt, unum in brachio, alterum in crure lateris oppositi; & pus prædictum penicillis applicandum, & ligaturis firmandum; non opus est, ut incisiones fiant profundiores quam per cutem, neque grano hordei longiores penicilli ad finem 24. horarum removendi sunt, & ulcera emplast. Diachl. vel foliis brassicæ operienda, & in futurum semel vel bis in die pro ratione quantitatis puris ibidem scatentis detegenda & medicanda. Hoc facto morbus sensim producetur, & symptomata sequentia plerumque exoriri solent.

Symptomata supervenientia. Circa diem octavum post operationem erumpere solent pustulæ, iis, quæ in discretarum genere ordinario contingere solent, haud dissimiles, præeunte febricula, & reliquis usitatis symptomatis, sed mitioribus. Quoad loca incisa, 4to die rubescunt, & inflammantur, die 6to ad suppurationem vergunt, & pus ichorosum emittunt. Sub eruptione quidem pustularum invadente Febre ulcuscula paulo minus fluunt; post vero eruptionem, usque ad declinationem Variolarum pus indies augetur, ex quo tempore iterum sensim diminuitur; ita ut spatio quinque hebdomadarum ulcera plerumque penitus clauduntur. Quanto major est evacuatio puris per ulcera hæc artificialia durante morbo, tanto mitior erit morbus. In genere observatum fuit, Variolas per inoculationem inductas discretas esse, periculo ut plurimum vacantes, pustulas perpaucas, cuti foveas raro relinquentes. Subsequuntur sæpissime in variis corporis partibus tubercula & abscessus, nonnulla quidem levioris momenti, interdum vero mali moris, & difficillimæ curationis.

Ad

Digitized by Google

Ad corpus inoculationi præparandum multi multa loquuntur de Venæ sectione, de usu emeticorum, & catharticorum, &c. Sed profecto, si inoculandus sit ætatis juvenilis, boni habitus, & absolute sanus, nihil horum necessarium videtur. Sufficit temperati regiminis ad tempus ante operationem observatio. Operatione peracta inoculato solitum vivendi morem per totum concessum est, nisi quod fortassis carnium nimis liberalem indulgentiam prohibere prudentis erit. Morbo incepto idem regimen ac in Variolis discretis, modo ordinario contractis, observandum est, & si medicatione aliquali opus sit. Variolæ inoculatione inductæ eandem postulant medendi methodum. *Præparatio & regimen.*

FEBRIS PESTILENTIALIS & PESTIS.

DIEMERBROECK.

Art. 146. Pestis est morbus peracutissimus, perniciosissimus, & maxime contagiosus, ex maligno & occulto spiritibus calorique nativo tota substantia infestissimo, inquinamento ortus, a quo omnium viscerum, & imprimis cordis, functiones læduntur. *Pestis definitio.*

Art. 147. Pestis est diversum quid a febre, & febris est tantum ejus symptoma, ut multoties observavimus, & proinde nonnulli pestem male per febrem definiunt, cum febris non sit de ipsius essentia, ut infra probabitur. *Diversum quid a febre.*

Art. 148. Inter signa pestem præcedentia & præsagientia sequens *Noviomagi* observatum fuit, nimirum, maxima & incredibilis insectorum copia, qualis vix unquam visa fuit, ut culicum, papilionum, Scarabæorum, crabronum, cicadarum, omniumque maxime muscarum, quarum utroque anno stupenda ubique copia reperiebatur, ut ædium interiorum parietes undique muscis consiti viderentur; & foris ipse aër multis quasi muscarum nubibus obfuscaretur. *Signum pestem præsagiens.*

Digitized by Google

Causæ. *Art. 149.* De causis pestis maxime ardua inter medicos quæstio movetur. In eo conveniunt omnes, illam excitari a cæca quadem pernicie, & inexplicabili aëris labe; sed unde labes illa emerserit, quomodo aër tantum vitium contraxerit, quid hoc elementum inquinaverit, de eo dubitant, & in eo inveniendo laborant omnes. Prima & primaria causa est *justissima summi Dei ira propter hominum peccata;* ab hac causa promanat illud τὸ θεῖον, quod pesti inesse animadvertitur, cujus etiam Hippocrates sæpe mentionem facit: & hoc omni ævo creditum fuit tam apud Gentiles, quam apud Judæos, & Christianos; idem quoque sacræ literæ passim plus satis confirmant. Nos arbitramur Hippocratem per τὸ θεῖον intellexisse causam quandam morbificam, præter naturæ ordinem ac potentiam a diis e sublimi immissam, vel in & ex aëre de novo ab ipsis suscitatam, cujus essentia nec in certa elementorum mistione, nec in manifestarum qualitatum intemperie, nec in magna aliqua putredine, consistit, sed in novo quodam veneno, præternaturaliter a Diis in hoc sublunari mundo suscitato.

Quomodo incipere solet. *Art. 150.* Cum aër a venenoso inquinamento incipit alterari, pollui, ac ad venenositatem disponi, incipit simul etiam rebus sublunaribus valde infensus & noxius esse, interdum armentorum magnas strages edere, interdum segetes & terræ fructus corrumpere, inter genus humanum febres malignas & pestilentiales generare, & mox ipsam pestem.

Contagii communicatio. *Art. 151.* Contagium est communicatio inquinamenti ab uno corpore in aliud, sive illa actio communicationis fiat per immediatum contactum, sive per medium; requiritur autem apta dispositio ad hujusmodi seminarium recipiendum, alias non communicabitur. Pestilens venenum cum vestibus, aliisve rebus ad alias civitates & regiones deferri videmus. *Inexplicabilis quidem est hominum dispositio, quoad contagium recipien-*

Digitized by Google

piendum, vel non; in aliis talis est, ut a pestilenti veneno statim afficiantur, in aliis talis, ut difficulter ab eo lædantur, in aliis talis, ut eidem sine ulla noxa resistere possint.

Art. 152. Febris pestilens, pestis comes, non oritur a veneno pestilenti, sed mediante putredine, id est, non generatur propterea, quod humores a veneno pestilenti inquinantur, sed quod cor pestilenti veneno irretitum, obrutum, plurimumque debilitatum, inquinatos humores debito modo neque coquere, ac dilatare, neque regere, & satis dispellere possit; qui hæc de causa putrescunt, caloremque præter naturam concipiunt, sicque febrem excitant; quæ ob dictam causam ordine posteriorem necessario est diversa ac separabilis a peste, ejusque symptoma. Hoc ipsum confirmant dogmata & auctoritas tam veterum quam neotericorum, nec minus quotidiana praxis, & obvia exempla. *Febris pestilens unde.*

Art. 153. Multa symptomata horrenda & gravia pestem comitantur, quorum nonnulla sunt ei magis propria, ut Bubo, Anthrax, & Exanthemata; alia autem aliis morbis communia, quorum primaria hæc sunt, capitis dolor, phrenitis, sopor, vigiliæ, anxietas, debilitas seu virium prostratio, vitius turbulentus, cordis palpitatio, linguæ siccitas, vomitus, singultus, lumbrici, fluxus alvi; hæmorrhagia narium, menstruorum profluvium, sanguinis mictus, sputum cruentum, dolores lateris, hepatis, renum, aliarumve partium. *Pestis symptomata.*

Art. 154. Bubones & Carbunculi fiunt a veneno pestilenti, quod cor ex sese per arterias ad alias partes expellit. Bubo est tumor dolorosus earum glandularum, quæ sitæ sunt retro aures, & in collo, sub axillis; & in inguinibus. Carbunculus a pustula plerumque ortum ducit, & est partis alicujus gangræna, dum est in fieri, & sphacelus, dum est in facto; nulla vi naturæ aut artis edomari, & in pus converti potest, sed integer a vicinis partibus separatur. Carbunculi non habent certa *Bubo.* *Carbunculus.*

Digitized by Google

determinata loca, in quibus exoriantur, ſicut bubones, ſed in quacunque corporis parte excitare poſſunt: modo enim conſpiciuntur in thorace, vel collo; modo in abdomine, vel dorſo; modo in brachiis, vel cruribus, modo in manuum pedumve digitis; modo unus aut alter, modo plures ſimul, vel in una vel in diverſis partibus: imo ſæpe etiam in partibus internis oboriuntur, ut in pulmonibus: ventriculo, renibus, &c.

Exanthemata.

Art. 155. Exanthemata peſtilentialia ſunt maculæ purpureæ vel rubræ, vel nigræ, vel violaceæ, ut plurimum rotundæ, aliquando latæ, oblongæ aliusve formæ, in ſumma cute effloreſcentes.

Signa Prognoſtica.

Art. 156. Acutorum morborum (inquit Hippocrates) incertæ admodum ac fallaces ſunt prædictiones. In peſte *Noviomagenſi* obſervavimus ſextæ diei criſes ſemper certo lethales fuiſſe. Quicunque circa novilunium aut plenilunium peſte corripiebantur, ii maxime de vita periclitabantur. Proſtratio virium in morbi principio, animi deliquia, & cordis palpitationes plerumque lethalia ſigna erant; pulſus intermittens ſemper lethalis; ſopores, ſternutationes, motus tremuli, delirium, dolor in gutture, & raucedo, anhelitus fœtens, male ominantur; Pleuritides ſemper lethales; ſuppreſſio alvi bonum ſignum, ſpem ſalutis exhibens; alvi fluxus contrarium, cum hoc vix centeſimus æger evadebat; ſanguinis per ſedes vel urinas ſignum lethale, ut & menſtruorum fluxus. Quo citius bubones prodibant, tanto meliores, ſi ſine febre, vel ante febrem, prodirent, ſalutis magnam ſpem dabant, & contra; ſi in emunctoriis loco bubonum emergerent carbunculi, graviſſimum periculum indicabatur. Si carbunculi tardius prodirent, malum, & ſi valde multi, peſſimum; in locis carnoſis, meliores; in nervoſis, periculoſiores; maculæ purpureæ, nigræ, vireſcentes, violaceæ, quocunque tempore apparentes, ſemper lethales erant; cum rubris nonnulli evadebant, etſi pauciſſimi.

Art. 157.

Digitized by Google

Art. 157. Præſtantiſſimum & certiſſimum Prophylacticum a peſte eſt *fuga cum timore Domini copulata*; receſſus circumſtantiæ in ſequenti verſiculo continentur; *Prophylactica.*

Hæc tria tabificam tollunt adverbia peſtem,
Mox, longe, tarde, cede, recede, redi.

Nullum melius peſtilentis aëris correctorium in rerum natura datur quam ignis, ut multiplex experientia comprobavit. Hippocrates famoſam illam peſtem, quæ ex Æthiopia Græcos invaſerat, olim per ignes edomavit, & extinxit: juſſerat enim per totam civitatem accendi ignes luculentos nocturnis præcipue temporibus, ut aëris inquinamenta purgarentur. Ignis ligno juniperino vel fraxineo nutritus ad venenatas aëris corruptiones emendandas multum valere creditur. Accenſio *ſulphuris* & *puluris pyrii* aërem purificat, & ejus corruptionem abigit; idem facit crematio *ſuccini*, *thuris*, *picis navalis*, &c. Item ſuffumigium *aceti* cum ferro candente vel ignitis lateribus excitatum. Quoad diætam conſultum eſt peſtilenti conſtitutione temperantiam colere, quæ magnopere ad ſanitatis conſervationem prodeſt; omnis vero repentina mutatio periculoſa eſt; quapropter a conſueta victus ratione ſubito diſcedere maxime periculoſum eſſet. Malum eſt vigente peſte jejuno ſtomacho in publicum exire. Carnes porcinæ maxime damnoſæ cenſentur. Omnia dulcia vitanda ſunt. Vinum temperate uſurpatum prodeſt; ſed ejusdem abuſus eſt valde periculoſus: Mercurialis teſtatur, Patavii & Venetiis ſe vidiſſe bibaces plurimos extinctos eſſe, qui exiſtimabant vinis generoſis ſe propulſaturos eſſe peſtem. Veſtes laneæ & craſſiores inquinamentum contrahunt, & conſervant; præferendæ ſunt itaque veſtes ex ſerico tenuiore vel ſatino, aliove ſimili. *Phlebotomiam*, quamvis a multis veteribus & neotericis medicis ſumme laudatam, nos tanquam valde periculoſam, & damnoſiſſimam, plane rejecimus; experientia enim conſtabat, *Diæta.* *Venæ ſectio.*

Digitized by Google

peſtis invaſionem brevi poſt venæ ſectionem iis, qui præſervationis gratia adhibuerunt, inſecutam eſſe, quapropter omnibus prohibuimus. Cauteria ſeu potius fonticulos plurimi inſignes medici ſummopere commendant, & eorundem inſignem utilitatem nos quoque multoties vidimus. Prophylaxeos gratia in corporibus ſanis & firmis ſat erat, ut alvus ſervaretur libera, non fluida; in cacochymicis vero paulatim ac clementer alvum ſubducere neceſſarium duximus, & præ reliquis, cum Pil. Ruffi, utpote quæ tot ſæculorum experientiis ad peſtilentem malignitatem comprobatæ ſunt. „Uſu ſulphuris communis *Hippocrates* Peſtem iſtam „famoſam Græcia abegit: ſuffitus ejus pro aëris emen„datione & pro potus medicatione perquam laudatur, „uti quasvis corruptiones & alterationes, ita ſanguinis „putredinalem alterationem præcavet. In graviori ma„lignitate induſium & veſtimenta imprægnari poſſunt „cum *fumo ſulphuris*.„ Ettmuller.

Fonticuli.

Antidoti. *Art. 158.* Quoad antidotos; inter ſimplicia imprimis duo commendavimus; primum erat *Tabacum*, nempe illius fumus per tubulum ſeu fiſtulam ore attractus, & poſt paucam retentionem inde rurſus dimiſſus, quemadmodum ordinarie a fumi ſuctoribus ſumi ſolet, illius uſum in hac peſte tam in meipſo, quam in plurimis aliis, inſigniter profuiſſe obſervavimus. Alterum erat *radix Helenii*, vel ſicca maſticata, vel in pulvere ſumpta, vel ſaccharo condita; de antidotis aliis compoſitis conſulatur auctor Cap. 10. Pauperibus conſulimus, ut quotidie mane duo vel tria cohlearia *aceti vini optimi* biberent, atque illud in hac peſte animadvertimus fuiſſe unum ex optimis præſervativis; quamplurimis etiam ſpongiam cum *aceto Theriacali* ebriam naribus frequenter admovendam dedimus.

Authoris vivendi modus. *Art. 159.* Quod ad meipſum attinet, mirabantur quidem multi, quod ego, qui quaslibet ædes infectas indiſcriminatim inviſebam, a tanta contagii violentia non

Digitized by Google

non læderer; imprimis, nec terrori, nec iræ, nec mœrori, locum concedebam; si forte meipsum aliquo modo contristatum perciperem, tum tribus quatuorve vini haustibus assumptis cor exhilarabam, atque ita tristitiam fugabam. In victu utebar cibis euchymis; potus mihi erat cerevisia communis, ut & vinum album tenue vel mediocre, quo interdum usque ad hilaritatem, nunquam ad ebrietatem, utebar. Mane inter horam quartam & quintam ægros invisurus nihil omnino cibi aut potus aut medicamenti assumere potui, sed *oblatis Deo precibus* solummodo *aliquot grana Cardamomi minoris* masticando jejunus primos ægros invisebam usque ad horam sextam: Tum vel *Theriacæ* vel *Diascordii* pauxillum, vel *corticem aurant. conditum*, vel ut plurimum *radicum Helenii* conditarum tria quatuorve frustula comedebam; circa horam septimam vel octavam frustum panis cum butyro & caseo ovillo viridi jentabam, superbibendo haustum cerevisiæ; quandoque haustum *vini absynthitis* bibebam, circa decimam, si per otium liceret, fistulam unam *Tabaci* exsugebam, & post prandium duas tresve, nec pauciores post cœnam; sæpe etiam intermediis horis post meridiem duas tresve fistulas sumebam: Si autem ab ægrotorum fœtore me vel tantillum alteratum sentirem, statim postpositis omnibus negotiis, qualicunque diei hora foret, ad *Tabaci* usum fugiebam: nam, ut verum fatear, *Tabacum* pro primario præservativo semper habui, & re vera tale esse, non sola ratione ductus, sed experientia edoctus comperi; neque aliud melius pro ordinario usu hactenus inventum fuisse existimo; sed observatu dignum est, *quod non nisi insuetis auxiliabitur fumi suctio* quapropter ego solo *Tabaco* contentus nullis aliis suffumigiis utebar, & postea ejus usum rursus dereliqui.

Art. 160. Circa pestis curationem semper plurimum hallucinati fuerunt omnes medici, dubii causarum, dubii remediorum. Causa enim morbi adhuc latet, ne- *Curatio.*

Digitized by Google

que ullum hactenus remedium proprium inventum eſt par tanto malo. In peſte actu laborantibus a *venæ ſectione* religioſe abſtinendum eſt; *purgantia* quoque & *vomitoria* maxime fugienda ſunt; alvi conſtipatio non metuenda, etiamſi in longum protrahatur, utpote quam nullis nocuiſſe animadvertimus. In ipſo morbi principio ſtatim ad *antidota* & *ſudorifera* confugiendum eſt: hæc autem remedia, *alexipharmaca* dicta, multa ſunt ac varia, quæ variis modis miſcentur & componuntur pro morbi ipſius genio & reliquis circumſtantiis, quarum deciſio ex medici judicio dependet, neque certis regulis determinari poteſt. Simplicia primaria ſunt quæ ſequuntur, *radix petaſitidis, ariſtolochiæ, helenii, biſtort. zedoar. gentian. angel. ering. ſcorzoner. ſerpent. Virg. fol. ſcordii, rutæ, card. ben. abſynth. roriſmar. flores croc. calendul. ſambuci, fructus berber. poma cydonia, citrea, aurant. limon. eorumque cortices, acetum ſimplex, ſambucinum & calendulatum; aromata, myrrha, camphora, ſuccinum, vipera*, &c. Compoſitiones ſunt fere infinitæ quamplurimarum formulæ apud authorem videri poſſunt. Author ſuſpectum habet *crocum*, quoniam cerebrum petere ſolet; *camphora* a quamplurimis valde laudatur, item *flores ſulphuris*, & *ſal abſynthii*; commendantur etiam *oleum vitrioli* & *oleum ſulph. per campan.*

Simplicia.

Methodus medendi.

Art. 161. Curationem ſequenti methodo inſtituimus; imprimis cubicula nitida ſervari, & ter quaterve de die aërem ſuffumigiis alterari juſſimus, & ſtatim ægris (morbi primo, ſecundo, vel tertio die) *potiunculam ſudoriferam* exhibuimus, iisque bene ſtragulis contectis; ſudores copioſos per duas, tres, pluresve horas (habita ſemper virium ratione) promovimus; qui ſi difficilius prodirent, arenam calefactam ſiccam lineis ſaccis infuſam pedibus, axillis & inguinibus appoſuimus. Si a primo ſudore non levarentur ægri, poſt paucas horas ſudoriferum de novo repetendum eſt; ſi poſt ſecundum ſudorem febris cum aliis ſymptomatibus adhuc

Digitized by Google

hæc increſceret, nec quidquam levarentur ægri, peſſimum erat indicium: poſt decem vel duodecim horas & ſequentibus diebus adhuc quater vel quinquies (prout neceſſitas exigere videbatur) *ſudorifera* reiteravimus. Intermediis autem horis varia *antidota* ad veneni violentiam extinguendam, ut & *condita corroborantia*, ac *putredini reſiſtentia*, vel *apozemata convenientia*, aliaque, quæ malignitatem a centro ad peripheriam pellebant, nec non cibos quosdam liquidos facilis digeſtionis, & antidotali condimentorum qualitate alteratos, exhibuimus. Symptomatum quoque morbo conjunctorum diligentem rationem habuimus, de quibus proximo loco dicemus.

Art. 162. Inter ſymptomata, quæ peſtem comitantur, communiſſimum eſt febris maligna peſtilens, quæ ut plurimum gravis & periculoſa exiſtit. Hanc nos, durante hac conſtitutione, eodem fere modo, ſicut ipſam peſtem, tractavimus, & *ſudorifera* atque *antidota* ad illius curationem maxime profuiſſe obſervavimus, dummodo abſtinerenus a calidioribus, vel, ſi iisdem uti placeret, *alia frigida*, ut *acetum*, *ſuccum citri*, &c. admiſceremus. Vigilias in peſte non magnopere metuendas eſſe docuit experientia; ſed ſopor in principio maxime damnoſus & mali ominis erat; ſi ad ſomnum nimis proclives eſſent (quod admodum familiare erat) illos primo die a ſomno ſtudioſiſſime prohibuimus, neque dum alexipharmaco aſſumpto prius bene ſudaſſent. Ad anxietatem, virium debilitatem, & vomitum, miraculoſe profuerunt remedia pauca ſequentia, primum erat hæc mixtura:

Curatio ſymptomatum febris.

Vigiliæ. Sopor.

Anxietas, virium debilitas & vomitus.

℞ *Conſerv. roſar. rubr.* ℥iß.
Diaſcordii ℥iij. *vel* iv.
Aq. noſtr. Theriacal. (16. 18.) ℥iv.
Succ. limon. recent.
Aq. Cinnam. ana ℥iß.
M.

Digitized by Google

Stent per horam unam aut alteram; deinde per linteum colentur, colaturæ adde

Confect. de Hyacinth. ſine moſcho ℥j.
M.

Secundum erat hoc Linimentum;

℞ *Ol. Nuc. Moſcat. expreſſ.*
—— *Scorpion. vel Laurin.*
Theriac. Androm. ana ℥j.
Ol. Junip. ℈ß.
—— *ſuccin.* ℈j.
—— *Garyoph. vel Cimam.* gt. iij.
M. F. linimentum.

Pro ſcrobiculo cordis, & ventriculi regione inungendis, bis terve de die ſuperponendo hanc paſtam ad ignem calefactam.

℞ *Rad. Calam. Arom.*
Nuc. moſcat. ana ℥j.
Garyoph.
Benzoin. ana ℥ß.
Fol. menth. ℥ji.
Pulverizatis adde
Mic. panis ſecalin. ℥iij. vel iv.
Acet. Roſac. q. ſ.
M. F. Paſta.

Bubonum Curatio. Ad linguæ ariditatem, poſt varias alias collutiones tentatas, ſolam *aquam ſimplicem* plus profuiſſe animadvertimus. Nihil pernicioſius quam hæmorrhagia narium, & menſtruorum, & ſputa cruenta; quam citiſſime omni arte ſiſtendæ ſunt, aut actum erit de ægris. Illud ſæpiſſime obſervavimus, ſi alvi fluxus in principio non ſiſteretur, poſtea plane incurabilem in omnibus fuiſſe.

Art.

Digitized by Google

Art. 163. Bubonum curationem per ſuppurationem omnino tentavimus; quamprimum igitur ægri, ſive in ipſo morbi principio, ſive in progreſſu duritiem aliquam cum dolore ſentirent pone aures, in collo, ſub axillis, vel inguinibus, huic plerumque ad citiorem tumoris provocationem, & maligni ichoris extractionem, *veſicatorium* in inferiore ejusdem parte applicavimus, ita ut *veſicatorium* ipſam duritiem attingeret, ut hoc modo ulcere facto locus apertus teneatur, & damnoſi ichores melius effluant (*cucurbitulas* minus approbamus;) ſecunda die ut noxia materia ad bubones attrahi, ibique digeri, ac ſuppurari poſſet, toti tumori *cataplasmata attrahentia & emollientia*, ac *ſuppurantia* impoſuimus, quibus præter alia etiam *cæpæ*, *ſtercus columbinum*, *fermentum panis acidum* & ſimilia admiſta erant: nonnullis etiam *ſolas cæpas ſub cineribus aliquantum aſſatas*, & deinde contuſas, pauco *theriacæ* & *butyri inſulſi* admixto cataplasmatis forma biduo vel triduo impoſuimus; cum autem tumorem jam ſatis magnum eſſe, atque ad maturationem tendere videremus, tunc attrahentia amplius non addidimus, ſed *ſolis maturantibus* uſi ſumus, ut tumores citius ad ſuppurationem perduci poſſent. Sæpe ab ipſo principio usque ad perfectam ſuppurationem hoc ſolum emplaſtrum impoſuimus, quod omnibus intentionibus ſatisfaciebat, eoque ſolo tumores ad integram ſanationem non raro perveniebant; ℞ *Gum. galban. acet. diſſolut. empl. oxycroc. diachyl. cum gummis a* ℥j. miſceantur. Notandum tamen, nos quibuslibet tumoribus non impoſuiſſe *fortiora attrahentia*, ſed tantummodo iis, qui ſub axillis, & in inguinibus oriebantur: tumoribus autem, qui prope aures vel in collo prodibant, talia non conveniebant: nam talium uſu eosdem, cum maximo ſuffocationis periculo, imo cum multorum exitio, ſæpe paucis horis enormiter accreviſſe obſervavimus, quapropter *ſola emollientia*, *vel leviter tantum attrahentia*

his

Digitized by Google

his imponebantur; aliquando neceſſe fuit, cum tardius procedebant, tumores ſcalpello incidere, ſed hoc ante fere ad perfectam maturationem perveniſſent, non eſt faciendum; ſequenti digeſtivo uſi ſumus.

℞ *Scord. ſubtiliſſime pulv.* ℥ij
Vitell. ovi N°. j.
Terebinth. Venet.
Mel.
Unguent. Apoſtolor. ana ℥ß
M.

Caveri debet, ne ulcera nimis cito occluderentur. Videatur in annotationibus methodus experientiſſimi Pauli Barbette de curandis bubonibus per *emplaſtrum magneticum arſenicale.*

Carbunculorum Curatio. *Art. 164.* In carbunculis tractandis ſæpe prima & ſecunda die impoſuimus *folia braſſicæ rubræ oleo raparum inuncta*, quod apud vulgares in frequentiſſimo uſu erat. Poſtea ſtatim imo ut plurimum ab ipſo principio ſequentem pulticulam applicuimus, qua nihil invenimus, cum quo carbunculorum ſeparatio & curatio citius ac melius peragetur;

℞ *Rad. Conſolid. maj. ſicc.*
Herb. ſcordii ana ℥ij.
Rad. Alth.
Farin. ſemin. lini
—— *tritici ana* ℥ß
Coq. in q. ſ. aq. font. ad pulticulam deinde adde mel.
Terebinth.
Unguent. Apoſtol. ana ℥iij
Pic. liquid.
Ung. Baſil. ana ℥ij
Vitell. unius Ovi
Croci ℈j
M.

Inter-

Digitized by Google

Interdum etiam addebantur *theriac.* ℥ij. Apud vulgus in uſu erat *pix navalis cum æquali parte liquidæ*, cum qua ſola ſæpius vidimus anthraces citiſſime ſeparatos, & dolores optime ſedatos. Quo mitius tractarentur, eo melius & citius curatos fuiſſe millies obſervavimus. Exanthemata mortis inſtantis præſagia erant, neque curationi tempus dabant, quam ſi admiſiſſent, *per ſudorifera & alexipharmaca* curari debuiſſent. *Exanthemata.*

SYDENHAM.

Art. 165. Acuti morbi ut plurimum Deum habent autorem; ſicut chronici nos ipſos. Peſtis vix Britanniam frequentius quam poſt annorum circiter quadraginta revolutionem devaſtat; „jam vero ex peculiari Dei cle„mentia plusquam quinquaginta annos immunes vixi„mus. *Proœmium.*

Art. 166. Peſtis primo inſultu rigorem ac horrorem, quemadmodum & febrium intermittentium acceſſiones fere perpetuum habet comitem, mox vomitus enormes, dolor circa cordis regionem (ac ſi torculari premerentur) febris ardens ægros indeſinenter divexant, donec aut mors ipſa, aut benigna bubonis vel parotidis eruptio, quæ materiam morbificam foras ablegat, eos ab luctuoſiſſimo diſcrimine liberet. Rarius quidem accidit, ut citra ullam febris præſenſionem inguat, ac homines de improviſo e medio tollat, maculis purpureis præſentanei interitus nuntiis, etiam dum in foro verſantur erumpentibus, quod tamen niſi in peſtis admodum funeſtæ exordio vix contingit; fit etiam nonnunquam, ut tumores prorumpant, nec febre nec graviore aliquo ſymptomate prægreſſo. *Peſtis deſcriptio.*

Art. 167. Aëris diſpoſitio quantumvis *γοιμώδης* peſti excitandæ per ſe impar videtur; nec peſtis epidemica erit, niſi accedente idonea aëris diatheſi. *Aëris diatheſis.*

Art. 168. Vel per *ſanguinis miſſionem* vel *per ſudores* peſtis expugnanda videtur: poſterior methodus ſæ- *Curandi methodus.*

pe

Digitized by Google

pe funesta fuit: *venæ sectio* vero larga manu & repetitis vicibus celebrata, nullo tumore protuberante, nemini adhuc, (quod scimus) unquam funesta; tumore vero conspicuo instituta, semper damnosa, ratio in propatulo est, nempe quoniam motui naturæ adversatur. Plures & gravissimi scriptores *venæ sectionem* probant, præcipue Botallus, sed tam largam *venæ sectionem* pauciſſimi admittent. Alia est itaque methodus therapeutica, nempe, mittatur sanguis in lecto, & statim æger stragulis quamplurimis obruendus est, & caput obtegendum ad sudores ciendos ex tegumentorum pondere, & cum sudor promanare inciperet, alvi profluvium & vomitiones ultro sedabuntur; & tunc sumat æger bolum sequentem cum Julap. cardiac. Sexta quaque hora, sudorique indulgeat.

℞ *Theriac. Androm.* ℥ß
Elect. de ovo ℈j
Pulv. Gascon. gr. xij
Cochinel. gr. viij.
Croc. gr. iv.
Succ. Kerm. q. s.
M. F. Bolus.

Omnique arte continuandus est sudor ad viginti quatuor horas, nec prius indusium mutandum est utcunque madidum; quod si sudatio citius abrumpatur, illico symptomatum sævitia recrudescit, & omnia in pejus ruunt. In sequenti luce commune *cathartic*um exhibere soleo; atque hac medendi ratione, anno a peste proximo quamplurimis febre pestilentiali correptis sanitatem restitui, adeo ut ne unus quidem ex eo morbo mihi desideratus sit, postquam eandem exercere inceperam. Vinum liberalius ingurgitatum, aliaque fortiora præservativa statis horis dierum assumpta; complures, qui alias salvi intactique verisimiliter permansissent, in hunc affectum conjecerunt. „Temperantem

Digitized by Google

„tem ſobriumque Socratem graviſſima Peſtis Athenien-
„ſium non attigit, neque ullo fere ævo *eidem ſimilea*
„attingit.

WILLIS.

Art. 169. Pro caſtigandis hominum ſceleribus peſtem primitus a Deo immiſſam ipſi agnoverunt ethnici; ideoque pro extirpatione ejus, precibus & piamentis, æque ac medicamentis inſiſtebatur. *Peſtis cauſa primaria.*

Art. 170. Ad prophylaxin recordandum eſt Hippocratis præceptum; *labor*, *cibus*, *potus*, *ſomnus*, *Venus*, *omnia ſint mediocriter*. Plures novi, qui (*Helmontii* verbis) vino & confidentia fortificando Archeum, nec aliis antidotis uſi inter infectos ſine contagii noxa verſabantur. *Prophylaxis.*

Art. 171. D. *Hen. Sayer* in praxi medicus felix, plerisque aliis hanc Spartam renuentibus, peſte laborantes audaciter inviſebat (*Londini* anno 1640) ut ſeipſum a contagio muniret, antequam domos infectas adibat, ſolummodo vini generoſi hauſtum pleniorem ingerere, deinde perambulatione ſua peracta, idem antidoton repetere ſolebat: tandem ad caſtrum *Wallingfordiæ* occubuit cum duce quodam in eodem lecto diſcumbens. Illius medendi methodus ſic ſe habuit; ſi, priusquam exanthemata aut bubones exterius apparerent, vocaretur, ut plurimum *vomitoria* exhibuit *ex infuſione croci metallorum cum vitriolo interdum Romano*; vomitione finita, *diaphoreticis* ſtatim exhibitis in ſudorem conjiciendos præcepit; & deinceps intervallis quibusdam pro refectione virium conceſſis, usque ad morbi declinationem *diaphoreſin* continuandam: ſin poſt ſtigmata apparentia accerſeretur vomitione poſthabita tantum *ſudorificis* inſiſtebat. *Methodus D. Sayer.*

FARRAGO.

Art. 172. Si quis, (inquit *Bonetus*) qui cum ægris converſatur, qualicunque morbo affectis, nunquam, quam- *Præſervativa varia.*

Digitized by Google

quamdiu intra ſphæram vicinitatis talium moratur, ſalivam deglutiat, ſed ſemper eandem exſpuat, ab omni infectione, Deo & natura juvantibus, erit immunis. „Obſervatum fuit ſcabioſos & lue Venerea laborantes „peſte minus tentari. Fruſtulum myrrhæ in ore de„tentum in locis contagioſis verſantibus optimum præ„ſervativum cenſetur. Quidam medicus, ſæviente pe„ſte, ſibi ipſi & quibusdam aliis ſetaceum in utroque „inguine comparavit; unde morbo intacti tuto evaſe„runt.„ Obſervarunt *Foreſtus Diemerbroek*, *Galli*, *Angli*, „*Germani*, omnes Smegmatopolas, Lotrices & omnes „qui ex officio ſapone utebantur, immo qui ſaltem indúſia „ſapone elota gerebant, in peſte illico mori. *Boerhave.*

Vires Limonum. *Art. 173.* Peritiſſimi (inquit *Piſo*) nonnulli Indiæ medicaſtri plus præſidii *in limonibus* ponunt, quam *in lapide Bezoar.* aut *Theriaca* contra malignos morbos, & peſtilentes febres, atque ipſa venena. Ego autem ſine jactantia affirmo, me ex nullo alio aliquo remedio ſimplici tot felices effectus in tota praxi mea obſervaſſe, quam *ex limonibus.*

Communis Turcarum praxis (inquit D. *Harris* in tractatu de morbis infantum p. 88. in curanda peſte fit *per ſuccum limonum* in omne juſculum liberalius inſtillatum, *per fruſta limonum ſaccharata* ore frequenter maſticata, & per potum apud nos vulgatiſſimum dictum Sherbett, hoc eſt, per ipſum regimen frigidiſſimum: utpote quibus *alexipharmaca noſtra calidiſſima* bonis auſpiciis ſunt plane incognita, aut nullo numero ſaltem habentur.

Vires Camphoræ. *Art. 174.* Ex regno vegetabili ſupereminet *Camphora*, quæ ab omnibus practicis extollitur (inquit *Ettmullerus*) unde nobile & expertiſſimum oleum peſtilentiale *Heinſii*, medici Veronenſis, qui cum hoc mira præſtitit, adeo ut ipſi poſt mortem Veronæ ſtatua fuerit erecta: Compoſitum eſt *ex ol. camphoræ ſuccini & cort. citr. ana.* p. æ. quæ olea invicem bene juncta conſti-

Digitized by Google

ſtituunt hoc mirabile remedium; pro præſervatione Doſ. gt. 5. vel 6. pro curatione a gt. vj. ad xv. in vehiculo idoneo expectando ſudorem, *Sal. viperarum & Rob Sambuc.* laudantur.

Art. 175. In uſu etiam ſunt quamplurima alia remedia compoſita ad præcavendum & curandum graviſſimum hunc morbum, ut *acetum peſtilentiale*, *aq. prophylactica*, *antidotus peſtilentialis*, *cataplasma peſtilentiale*, *hauſtus diaphoreticus*, *ſpiritus theriacalis camphoratus*, *tinctura bezoardica*, & alia innumera apud ſcriptores medicos. *Alia Remedia.*

Aqua prophylactica.

℞ *Rad. Angel. Zedoar. ana* ℥j.
--- *Petaſitid.* ℥ij.
Fol. Rut. m. iv.
--- *Meliſſ. ſcabioſ.*
Flor. Calend. ana m. ij.
Nuc. jugland. immatur. conciſ. ℔ij.
Succ. Pom. citr. (vel aurant. acid.) ℔j.
Acet. vin. opt. ℔xij.

digere per noctem & diſtilla lento igne ad ſiccitatem. Optimum Alexiterium habetur.

Acetum Peſtilentiale, Bat.

℞ *Rad. Angel.*
--- *Zedoar. ana* ℥j.
Bacc. Junip. ℥ij.
Rut. m. iij.
Acet. opt. ℔iij.

macera, ac cola. Pro ſuffitu, & oris collutione graſſante Peſte.

Aqua theriacalis. Diemer.

℞ *Rad. Oſtrutii*,
--- *Petaſitid.*
--- *Angel.*
Carlin.
Valerian. ana ℥ijſs.

Digitized by Google

Enul. Campan.
Cort. aurant. ficc. ana ℥iij.
Herb. scord.
--- *Absynth. anu* ℥ij.
--- *Card. Ben.* ℥iij.
Flor. Ros. rub. ℥ß.
--- *Stœchad.* ʒiij.
Bacc. junip. ℥ijß.
Cardamom. min. ʒv.
Cinnam. ʒj.
Vin. Rhenan. vel Gallic. ten. ℔xxi.
Aq. Ros. ℔ij.
Vase bene obturato stent in infusione dies x. *deinde adde Fol.*
Rut. m. vj.
--- *Tanacet. m.* iv.
--- *Rorismarin.*
--- *Pimpinel. ana m.* jß.

maneat simul in infusione adhuc per octo vel decem dies, quotidie baculo commovendo, postea affunde succ. citr. ℔ij. *stent adhuc per* 3, 4^ve *dies, postea super ignem leviter ebulliant, & colentur, ac in torculari fortissime exprimantur, colatura distilletur in b. m. & servetur ad usum.*

Cataplasma Pestilentiale. Bat.

℞ *Stercor. columb.* ℥iv.
Croc. ℥ß.
Mithridat.
Theriac. Lond.
Sem. sinap. ana ℥j.
Tereb. q. s.
M.

Pro bubonibus rumpendis.

SUDOR

Digitized by Google

SUDOR ANGLICUS.

WILLIS.

Art. 176. Sudor Anglicus cœpit anno 1585. circa initium menſis Auguſti, duravitque usque ad finem Octobris; & quamvis Sennertus dicat, hoc malum deinceps 40 annos regioni huic familiare & perpetuum fuiſſe, tamen noſtrates, & medici, & hiſtorici, qui tunc aut prope ea tempora vixerunt, eum perfecta & magna intervalla habuiſſe obſervabant; eumque 66 annorum ſpatio ſolummodo quater redierit, ſcilicet. Anno 1506, 1517, 1528, 1551. vix unquam ſupra ſex menſes defæviiſſe, & nonnunquam ſpatio trimeſtri terminatum fuiſſe, eumque tempeſtatem valde humidam ſemper præcedaneam habuiſſe. At vero ſingulis, quibus increbuit annis, maximas ubique edidit mortalium ſtrages; ut ab unoquoque ejus regno quibusdam in locis tertia pars hominum brevi deſideraretur. Tanta fuit ejus malignitas, ut, quamprimum urbem aliquam invaderet; ſingulis diebus quingentos aut ſexcentos occuparet, & ex ægris primo vix centeſimus evaderet. *Morbi hiſtoria.*

Art. 177. Morbi typum a Sennerto compendioſe & methodice deſcriptum, etiam noſtris Authoribus conſonum, hic inſerere viſum eſt. Morbo hoc correpti ſtatim ſine bubone, carbunculo, exanthematibus, languore diſſolvebantur, & animo deficiebant cum ſummo virium languore, inquietudine καρδιωγμῶ, capitis dolore, pulſu crebro; celeri, inæquali, cordisque palpitatione maxima; ſudore vero diffluebant perpetuo & copioſo, qui non finiebatur, antequam morbus ſolveretur, quod intra 24 horas contingebat: nam qui *ſudorem* non proliciebant, neque *cardiacis* utebantur, & qui impatientius calorem ferebant, auramque frigidam captabant, ii omnes ſubito intra 24 horas moriebantur. Poſtea ubi morbi hujus ratio innotuit, ut ægri *ſudores* elicerent, ac *cardiacis* ſe munirent, pauciores moriebantur. *Morbi typus.*

Digitized by Google

Curatio describitur.

Art. 178. Circa curationem paulo accuratius scribit *Polydorus Virgilius:* post ægrotantium plurima experimenta & observationes, a juvantibus & lædentibus factas, ita usu venit, ut remedium unicuique promptissimum inventum sit, quod hujusmodi est. Si quis interdiu sudore corripiebatur; cum vestitu protinus cubatum eat; si nocte, tum quiescat, nec se a loco moveat usque ad 24 horas exactas; interim ita se stragulis oneret, quo non provocetur sudor, sed sua sponte molliter stillet, cibi nihil capiat, si tam diu famem tolerare possit; neque plus potionis consuetæ, ac calefactæ hauriat, quam modice satis sit ad sitim extinguendam; inter hanc curationem imprimis caveat, ne manum quidem aut pedem suum refrigerandi, recreandique causa extra stragula proferat, quod facere lethale est. Addunt alii toto isto nycthemeri spatio a somno prorsus abstinendum fuisse. A sudatione hac pestilenti recuperati postquam aliquamdiu sani perstitissent, quandoque in eum rursus, imo interdum vice tertia, incidebant.

Cajus apud D. FREIND *Histor. Med.* p. 333. Vol. II.

Sudor Anglicus.

Sudor Anglicus fuit morbus temporarius, *magnæ Britanniæ* indigena. Cœpit primo anno 1483 in exercitu regis *Hen.* septimi, quum ad portum *Milfordiensem* appulisset; *Londini* sæviebat a 21mo Septemb. ad finem Octobris. Et exinde quinque aliis vicibus in insula nostra comparuit, idque semper æstivo tempore primo in 1485to deinde in 1506to & tunc tertia vice in 1517mo, ubi tanto impetu æstuabat, ut in instanti quasi, tribus nempe horis, mortem inferebat; inter optimates multi, & populares plurimi moriebantur; in quibusdam oppidis incolarum dimidiam partem abstulit. Tum demum in 1528vo, quarto redibat, quando ægroti intra sex horas perierunt; vita ipsius regis *Henrici* 8^vi^ valde periclitabatur; plurimi inter *Aulicos* interibant. Anno sequenti,

Digitized by Google

quenti, scilicet 1529. semel tantum *Belgiam* & *Germaniam* infestabat, apud quos multi occubuerunt. Postremo anno 1551 *Angliam* ultimo invisit; *Westmonasterii* centum ac viginti indies moriebantur. *Salopiæ* speciatim, ubi *Caius* author noster commoratus est, ingenti hominum clade invaluit, & tanquam *Pestis Atheniensis* tremenda est ejusdem descriptio, hoc oppido per septem menses deflagravit, quo tempore mille hominum trucidavit. Maxima proprietate ab illo vocatur *Febris Pestilentialis contagiosa unius diei.*

Modus invasionis sic se habuit. Imprimis singulatem aliquam partem affecit; symptomata concomitantia fuerunt calor internus & ardor, sitis inexplebilis, anxietas, ægritudo ventriculi ac præcordiorum (raro tamen vomitus) cephalalgia, delirium, deinde languor & somnolentia gravis, pulsus celer & vehemens, respiratio cita & laboriosa. Infantes, pauperes, & senes cæteris huic morbo minus obnoxii reperti sunt: reliquorum autem pauci a contagione liberi, & inter correptos paucissimi convaluerunt. Exules patriæ in *Galliam*, aut *Flandriam* prophylaxeos causa fuga minus sospitali freti pariter eodem fato cum conterraneis suis obierunt. Et insuper, quod dictu adhuc mirabilius est, peregrini tunc temporis in *Anglia* hospitantes contagio immunes extiterunt, cum *Angli* peregre existentes morbo correpti sunt. *Symptomata.*

Medici hujus novi morbi adeo exitialis aspectu terrifico perculsi primo obstupuerunt, nec quid faciendum sit bene norunt: Experientia vero a juvantibus & lædentibus petita paulo maturius docti eundem debito regimini & medicamentis obtemperare didicerunt. Indicatio curativa primaria, ac præcipua fuit *sudorem liberum promovere & diutius sustentare:* Sudor enim quoquomodo imminutus, abruptus, vel suppressus mortem accelerabat, quocirca ægroti omni opera a frigore muniendi fuerunt, & si sudores sponte sua haud *Methodus medendi.*

Digitized by Google

satis copiosi fluxerunt, medicamentis diaphoreticis & stragularum plurium impositione provocandi fuerunt, & vires cum cardiacis & vino sustentandæ. Morbus hic acutissimus quindecim horis ad *acmen* exsurgebat, sed non ante hor. 24. res in vado fuit. In quibusdam necesse fuit sudationem repetere, immo in robustioribus quandoque ad duodecimam vicem. Nonnulli, qui sudoribus haud sufficienter indulserunt *in Febres mali moris* inciderunt. Primis quinque horis potus omnino prohibendus erat; hora 7ma morbus increvit, qua delirium superveniebat; somnus per totum morbi decursum sedulo excutiendus erat, & carnes non concedendæ.

CAP. II.

SIVE FASCICULUS MORBORUM SECUNDUS.

Inflammatio.

Inflammatio in genere.

Art. 1. Inflammatio in genere est tumor renitens ad tactum cum rubore, ardore, dolore urente, tensivo, pulsatili, punctorio & gravativo, quibus semper accidit febris plus minus acuta. Tumor vel resolvitur, vel suppuratur, vel in scirrhum abit, gangræneſcit, & mortem infert.

ANGINA.

Coelius Aurelianus.

Angina descriptio.

Art. 2. Inflammatio faucium, *ſynanche* dicta, est difficultas transvorandi [cum suffocationis periculo] ob vehementiam tumoris faucium; in morbo nascenti adest querela sine ratione, atque difficiles motus colli & gut-

Digitized by Google

gutturis, item saliva plurima, & subdolens faucium sensus cum asperitate sensibili, difficultas deglutitionis salivæ, tum spirationis, velut impedimentum tanquam obstantis crassioris humoris; crescente malo partes affectæ rubent & tument, uti tonsillæ, & summitas gutturis fere ad suffocationem; dehinc intumescit collum atque vultus; humores evadunt crassiores, oculi prominentes; sanguinolenti; demum lingua ultra dentes ad exteriora prolabitur, siccescunt fauces, gelidus torpor articulos invadit; pulsus est celer & densus, locutio cum summo dolore, neque articulata, postremo amputata, livor vultus, recursus poti liquoris [per nares], gutturis atque pectoris stridor, & quibusdam quasi *fonitus caninus*, pulsus defectio, quibusdam oris spumatio, mors.

Art. 3. Lanis mundis ac mollibus, & non infectis, dulci atque calido oleo infusis protegendum est collum cum thorace; adhibenda est phlebotomia intra diatriton. Aqua calida pro potu ordinario præbenda est. *Curatio.*

SYDENHAM.

Art. 4. Angina inter Ver & æstatem ut plurimum aggreditur. Sequuntur febris insultum dolor & faucium inflammatio, unde a tumore uvulæ, tonsillarum & laryngis, nec deglutire queat æger, nec spiritum ducere. *Anginæ descriptio.*

Art. 5. Mittatur sanguis e brachio copiose. Tangantur partes inflammatæ *melle rosaceo*, *sp. vitrioli* vel *sp. sulphur.* ad *summum acorem permixto vel sp. vitrioli* solo. Mox Gargarisma sequens usurpetur non vulgari modo; sed ita, ut sine ulla agitatione in ore contineatur, donec incalescat; dein exspuatur & repetatur subinde. *Anginæ curatio.*

℞ *Aq. Plantag.*
—— *Rosar. rubr.*
—— *Sperm. Ranar ana* ℥iv.

Digitized by Google

Album. Ovorum in aquam agitando redact.
Num. iij.
Sacchar. Cryſtal. ℥iij
M. F. Gargarisma.

Emulſio Refrigerans ſequens in dies ſumatur.

℞ *Amygd. Dul. excort. Num.* v.
Sem. Melon.
—— *Pepon. ana* ʒß
—— *Pap. albi* ʒiij
Aq. Hordei ℔iß
Sacchar. cand. q. ſ.
M. F. S. A. Emulſio.

Sequenti mane, niſi febris & dolor inter deglutiendum remiſerint, venæ ſectio repetatur, catharſi in diem poſterum rejecta, alias catharticum lenitivum exhibeatur. Manente adhuc affectu (quod oppido rarum) repetatur adhuc Venæ ſectio, & Catharſis; Epiſpaſticum ac forte applicetur cervici poſt primam Venæ ſectionem. Omni mane, ſi diebus purgationi datis Enema refrigerans & emolliens injiciatur, Diæta tenui utatur æger, & lecto per horas aliquot quotidie abſiſtat.

BOERHAAVE.

Angina ſine tumore fere ſemper lethalis.

Art. 6. Angina duplex eſt: Species prima ſine ullo tumoris externi internive ſigno, altera cum tumore aliquo; prior in fine morborum diuturnorum, maxime poſt ingentes & repetitas evacuationes, contingit; pallorem faucium & ſiccitatem, & tenuitatem, comites habet; quare *nervos & muſculos reſolutos* plerumque habet; fere ſemper eſt ſignum imminentis mortis. „Anginæ graviſſimæ ſunt (*inquit* Hippocrates *prognoſt.*) „& celerrime interimunt, quæ neque faucibus, neque „in cervice quicquam conſpicuum faciunt, plurimum „vero doloris & *orthopnœæ* inducunt. Remedia, vaſa vacua

Digitized by Google

vacua bono ſucco vitali replentia, calefacientia & corroborantia indicantur; ſed raro curatur. Quandoque etiam oritur ſubito ſine ſignis manifeſtis prægreſſis ullius morbi; vix capit medelam: & fere ſemper poſt mortem ſuppuratum pulmonem demonſtrat. (12.)

Art. 7. Angina cum *tumore* accidens varias occupat partes, uti linguam, ejusque muſculos, palatum, tonſillas, uvulam, pharyngem, laryngemque, earumque muſculos, oſſis Hyoïdis muſculos, fiſtulam pulmonalem, Oeſophagum ejusque muſculum, &c. quo plures harum partium inflammantur, eo ſævior eſt morbus & periculoſior: decurrit enim conſuetum *inflammationis generalis* iter, easdemque facit ac patitur mutationes in *reſolutionem*, *pus*, *gangrænam*, *ſcirrhum*. *Angina cum tumore.*

Art. 8. In ſpecie hac inflammatoria omni arte tentanda eſt reſolutio; 1. *Venæ ſectione larga*, & ſi opus fuerit aliquoties repetita. 2. *Purgantibus* ore hauſtis, vel *Clyſmatibus*. 3. *Victu potuque tenuiſſimo*. 4. *Nitroſis ſubacidisque medicamentis*. 5. *Vapore tepido* aſſidue hauſto (16. 265.) *fomentis*, *epithematibus*, *epiſpaſticis*, &c. His ſucceſſu carentibus, denuntiata prius acerba prognoſi, celebranda erit *Bronchotomia*, de qua operatione conſulatur auctor, ut etiam de *Angina œdematoſa*, *catarrhoſa*, *ſcirrhoſa*, *ſuppuratoria*, *gangrænoſa*, ſingulatim. *Indicationes curativæ.*

„In illa Anginæ ſpecie, quæ *Cynanche* appellatur, „ægro ſuffocanti *Laryngotomia* reſtitui poteſt. Morbus „ipſe periculoſior eſt, quam hæc operatio, quæ hoc „tempore magis ad praxin eſſet revocanda. Circum„ſpectione nihilominus hic ſumma opus eſt, ne, ſi aliæ „quoque partes, pulmo ſcilicet, pleura, gula, &c. in„flammatæ, aut jam pure repletæ, irritus ſit labor, & „calumniandi anſam præbeat. Omnibus igitur bene „conſideratis operatio hoc modo eſt aggredienda: re„clinetur aliquantum caput, quo in conſpectu magis „prodeat trachea, annulique ejus cartilaginei a ſe invi- *Laryngotomia.*

Digitized by Google

„cem magis recedant. Incidatur deinde cutis secun„dum longitudinem laryngis usque ad foveam. Hæc „utrinque ministri digitis deducatur, quo oculis chirurgi „occurrant musculi duo longi sterno-hyoidei, cultro „ligneo vel osseo a se invicem parum removendi, mox, „larynge sese exhibente, sectio in ea fiat ope phlebotomi, loco inter annulum cartilagineum tertium & quar„tum medio, sedulo cavendo, ne cartilagines ipsæ læ„dantur. Flatu prodeunte cultellum aufer, vulneri„que fistulam argenteam infigito, bene prospiciendo, „ne, longior justo, posticam tracheæ partem attingat, „unde tussis continua. Suffocationis periculo cessante, „quod die tertio aut quarto plerumque contingit, vel „saltem contingere oportet, fistula ablata vulnus ordi„nario modo secundum artem curetur, nam ab aliis non „differt. Chirurg. Barbet. p. 498.

ETTMULLER.

Anginæ divisio.

Art. 9. Angina est faucium & colli Inflammatio; dividitur in *synanchen*, quando interni faucium seu pharyngis musculi inflammantur; *parasynanchen*, quando dicti externi afficiuntur; In *cynanchen*, quando internæ laryngis partes sunt inflammatæ; *paracynanchen*, quando dictæ externæ patiuntur. In *cynanche* pulmones quoque sæpius afficiuntur, unde insignis respirandi difficultas, tanquam in *Peripneumonia*, adeo ut ægri canum more ore hiante respirent. Tonsillarum inflammatio ex lymphæ vitio febrem habet conjunctam, sed magis lentam, & omnia symptomata sunt remissiora, quam in *Angina;* fauces rubent, & tonsillæ tumidæ insigniter prominent. Periculosus est Anginæ in *Pleuritidem* transitus. Anginosis spuma circa os apparens est lethale signum.

Tonsillarum Inflammatio.

Curatio.

Art. 10. In cura omnia ea conveniunt, quæ *pleuritide* in usu esse solent, speciatim animalium stercora, ut equinum, caninum, &c. morbum in prima herba detrun-

Digitized by Google

detruncant; externe conducit cataplasma ex *nido hirund.* (16.32.) *Venæ sectio* aliquoties repeti debet pro ratione circumstantiarum; omittenda est tamen in *Angina maligna*, in qua *sudorifera* & *specifica* sunt usurpanda, & ipse medicus caveat sibi ab habitu ægrotantium: Convenit *vomitorium* in ipso principio Anginæ malignæ, modo mature administretur. *Purgantia* locum non habent in Angina, sed *enemata & vesicatoria:* Inter gargarismata *urina propria* valde commendatur, item *succus sedi majoris cum spiritu vini & sal. Armoniac. & stercore canino.* Præ reliquis convenit gargarisma *ex decocto raparum cum pauco sal. Armoniac.* Ad rumpendum abscessum convenit gargar. *ex sem. sinap. in Hydromel. coct.*

Art. 11. In Angina notha, alias alba dicta, non opus est *venæ sectione*, nisi in plethoricis, conducunt potius in principio *sudorifera*, & post hæc *purgantia leniora cum externis resolventibus*, gargarisma *ex decoct. Origani, rad. pyrethri, sem. sinap. cum aceto*, &c. & postea *succ. sempervivi cum syr. e moris.* *Anginæ nothæ Curatio.*

Art. 12. Ad hunc morbum referri potest deglutitio impedita propter *paralysin gulæ*, in qua resolvuntur musculi ei inservientes. Est malum periculosum, & raro curabile. *Paralysis Gulæ.*

Art. 13. Epispastica sunt applicanda; antispasmodica & antiparalytica interne & externe usurpanda sunt; gargarismata & linctus in loquela amissa convenientia hic locum habent; speciatim *succus salviæ cum nuc. moschat.* castoreo frequenter & diu in ore detentus. „Cataplasmate sequent. in praxi nostra quandoque usus sum, *Curatio.*

℞ *Pulp. Raparum coct.* ℥iv.
Herb. Rut. contus. M. ij.
Sem. Sinapi ℥j.
Pulp. Alh. Græc. Euphorb. ℥ij.
Sulphur. Vivi ℥iij.
Ol. succin. gt. 100.
Ung. Nervin. q. s.
M. F. Cataplasma gulæ applicandum (4).

FARRAGO.

Digitized by Google

FARRAGO.

Sydenhami methodus.

Art. 14. Angina Temperamento ſanguineo præditos, & *rufos*, præ reliquis, invadit. *Venæ ſectio* copioſa in brachio celebranda eſt, mox in ranula; deinde tangantur partes inflammatæ *melle roſaceo ſpiritu ſulph.* ad ſummum acorem permiſto: *veſicatorium* nuchæ admoveatur. Si morbus ſit diuturnior *venæ ſectio* repeti debet & *enemata* injici, item *catharticum* propinari, &c. *Sydenham.*

Remedia ad ſalivam movendam.

Art. 15.

℞ *Ol. Amygd. dulc.*
Flor. ſulph. ana ℥j.
Cryſtal. Tartar.
Sacchar. cand. ana ʒij.
Ol. N. M. gt. iv.
Syr. de Alth. ℥iij.
M. F. Linctus.

Atque hunc præ aliis omnibus laudat Dr. *Harris* in obſerv. morb. grav. Ad ſalivam copioſiſſime educendam nihil pulv. ſequent. (inquit Author) præſtantius efficaciusve novi. ℞ *Cryſtal. mineral. ſacchar. cryſtal.* ana p. æ. miſce, teneatur in ore ℈j. donec ſaliva abundaverit, tunc exſpuatur, horæ poſt quadrantem vel dimidium repetatur; mirum quantum hinc ſalivæ, &c. *Muſgrave.* *Succus corticis viridis nucum* cum melle depuratus commendatur a *Galeno.*

Remedia varia.

Art. 16. „Venæ ſectio in *ranula* omnes fere extol„lunt, quidam in *vena jugulari*, phlebotomia vero in „*pede* alterutris præferri debet, ob majorem revulſio„nem. Angina nulla tuta eſt, quanto minus tumoris, „tanto magis periculi; ſecuriſſima eſt, ſi rubor maxime „foras vertatur. Interne *antipleuritica* fere omnia pro„ſunt, privatim *oleum lini* nunquam ſatis laudandum. „Externe *gargariſma anginoſum*, *gargariſma ad pitui-*

„*tam*,

Digitized by Google

„*tam, cataplasma anginosum, vapor ad anginam.* Fulleri. Item gargarisma sequens in Angina notha,

℞ *Auric. judaic.* ℥iß.
Rad. Pyrethr. ℥ij.
Herb. Hyssop. p. ij.
Ficuum ping. sciss. N. iv.
Coq. in aq. font. q. s. ad ℔j. *sub finem addendo mellis* ℥iv.
Colatur. add. pulv. subtilissim. alb. græc. ℈ij.
Spir. vini rectificat. ℥ij.
Spir. cochlear. ℥ß.
M.

PLEURITIS ET PERIPNEUMONIA VERA ET NOTHA.

SYDENHAM.

Pleuritidis descriptio.

Art. 17. Temperamento sanguineo præditos præ reliquis Pleuritis aggreditur cum rigore, horrore deinde calore, siti, &c. Elapsis paucis horis (licet aliquando multo serius) æger vehementi dolore punctorio in latere circa costas corripitur, qui nunc versus omoplatas, nunc versus spinam, nunc ex adverso versus anteriora pectoris se propagat; tussi etiam crebra affligitur: in initio materia pauca & tenuis ejicitur sanguineis intermista particulis, postea copiosior & magis concocta, sanguine etiam permista; aliquando ad expectorationem copiosiorum non provenit; febris pari passu incedit cum tussi, sputo sanguinis, dolore; & pro ratione liberioris expectorationis sensim imminuitur; alvus nunc nimis adstricta, nunc soluta.

Medendi methodus.

Art. 18. Est ubi *venæ sectione* omissa æger ne tussire quidem valeat, sed immani dyspnœa laborans suffocatur; interdum ad apostema res redit, quod *empyema* dicitur; per accidens (scilicet ex usu medicamentorum calido-

Digitized by Google

calidorum) aliis febribus Pleuritis interdum supervenit ex præcipitatione materiæ febrilis in pleuram. *Venæ sectio* repetenda est ad tertiam quartamve vicem, si fit indicatio; in adultis vix sanatur minori quam 40. circiter unciarum sanguinis impensa, æger e lecto quotidie eximatur ad horas aliquot, prout vires suaserint, quod multum confert ad curationem.

Peripneumoniæ veræ descriptio.

Art. 19. Peripneumoniæ nothæ insultu primo nunc incalescit, nunc friget æger, ex motu quolibet vertiginosus est, rubent & inflammantur genæ oculique, tussit, & inter tussiendum admodum dolet caput, ad vomitum proclivis est, urina turbida est, & intense rubet, sanguis pleuriticorum similis: adest anhelatio, & dolor totius thoracis, & pulmonum coarctatio. Ab *asthmate sicco* plane distinguitur, quod in isto nusquam comparent febris indicia, in hac manifesto se produnt, licet minora longe & magis obscura, quam in *Peripneumonia vera.*

Cura.

Art. 20. Curatio *venæ sectione*, *remediis pectoralibus & diæta refrigerante* perficitur. „*Mistura expecto-*„*rans Fulleri*, *vel syr. e Peto Batean.* hic quandoque „locum habere potest.„

Coelius Aurelianus.

Peripneumoniæ descriptio.

Art. 21. Peripneumoniam (uti plerosque alios morbos) optime descripsit *Cœlius Aurelianus.* Adest, inquit, febris acuta, gravedo thoracis, & sensus laborantium quadam difficultate laterum atque mediarum mammarum, decubitus supinus atque paulo erectior, supra latus jacendi difficultas, vultus rubor tanquam florens, oculorum splendor; sequitur anhelitus celeritas, tussicula sanguinolenta ac biliosa vel fumosa jactans, sputa pleuriticorum fulviora vel spumosiora, spiratio difficilis, desiderium frigidi atque plurimi aëris hausti rapiendi, frigidi potus appetitio, os siccum, lingua aspera, ac primum subalbida, dehinc rubra, pulsus vehemens & celer,

Digitized by Google

& celer, anxietas, jactatio, vigiliæ juges, ingemens atque turbulentus ſomnus; aucto morbo ſpiritus difficillime trahitur cum ſibilatu; ſequitur colli ac vultus inflatio, oculorum immobilitas, viſus nubiloſus, mentis alienatio, articulorum frigidus torpor cum livore, lingua craſſior, ſudor ſuperiorum partium, pulſus latens aut formicans; poſtremo pectoris reſonans ſtridor. [En accurata morbi deſcriptio! *erubeſcant* moderni.]

Hippocratis deſcriptio Peripneumoniæ.

„In Peripneumonia hæc adſunt (*inquit* Hippocrates *de Humoribus*) febris vehemens, crebra & calida reſpiratio, anxietudo, virium proſtratio, & corporis jactatio, doloresque ad omoplatam, claviculam & mammas, pondusque in pectore, atque delirium.„

Curatio.

Art. 22. Adhibenda eſt *phlebotomia;* potui ordinario danda eſt *aqua calida*, item cibus ſorbilis & tenuis: conducunt Eclegmata ex *lini ſemine, fœnugr. nucleis & mille decoct. & ovorum vitellis* confect.

BOERHAAVE.

Differentia inter veram & ſpuriam Pleuritidem.

Art. 23. Pleuritis aggreditur nullam non partem integumentorum interni thoracis, pleuræ, ſcilicet vel membranam; ideoque dolor punctorius in quamlibet partem thoracis incidere poteſt, ſed frequentius latera obſidere ſolet, atque hoc febre conjuncta *veram* efficit *pleuritidem;* ſi vero altius intercoſtales muſculi & his ſuperiora laborant, *ſpuria* appellatur.

Pleuritidis veræ Curatio.

Art. 24. In Pleuritide vera ſanguis mitti debet copioſe quam mature per magnum vulnus, repetique debet pro ratione ſymptomatum urgentium; cruſta alba abſens *ſanguinem* mittendi *finem* definit. Externe conveniunt *fotus, linimenta*, &c. Interne *diluentia, reſolventia, refrigerantia,* dolorem *lenientia;* omnia calide & magna copia ſorbenda ſunt. Interdum locus inflammatus ad *ſuppurationem* vergit, quod ſcitur ex pertinacia doloris, febris, &c. ultra quartum diem; *abſceſſum* jam fieri cognoſcitur ex horrore ſæpe recurrente,

Digitized by Google

te, remissione doloris, anhelatione, decubitu in unum tantum (i. e. affectum) latus tolerabili. Rupto abscessu pus stillat in cava pectoris, & incrementum capit ex ulcere depluente, unde *Empyema*, de quo postea. Interdum vero locus affectus evadit *scirrhosus* pulmonis & pleuræ adhæsione, unde *asthma* & *tussicula sicca*, malum immedicabile, nisi quod forsan aliquid levaminis a labore & equitatione multa possit recipere. Interdum loca inflammata *gangrænescunt*, unde mors cita subsequitur; *gangrænam* inceptam esse scitur ex delirio, livido thoracis colore, sputo subbilioso, doloris sine ratione remissione, &c.

Peripneumoniæ typus & cura.

Art. 25. Peripneumonia est inflammatio pulmonis totius vel unius lobi; prior immedicabilis merito censetur ob magnitudinem morbi, altera medelam quandoque admittit, eodem modo ac iisdem remediis tractanda est ac *Pleuritis*, eundemque ut plurimum habet eventum. Si non resolvatur, *abscessum vomicamve* format intra quatuordecim dies, quod fieri ostenditur ex horripilationibus, doloris remissione, pulsus debilitate, manentibus adhuc dyspnœa, siti, febricula vespertina, &c. Exinde sequitur interdum suffocatio ex subita eruptione puris in asperam arteriam; interdum evacuatur ingenti sputo purulento; vel in thoracis cavitatem delabitur, unde *empyema*, *phthisis*, &c. postremo materies purulenta interdum intra pulmonales venulas resorbetur, & cruori miscetur, & in loca quædam alia deponitur, in hepar, lienem, cerebrum, &c. hinc fiunt *abscessus peripneumonici* ad aures, crura, vel hypochondria, ubi si cito evanescant, redeunte peripneumonia, casus est lethalis.

Peripneumoniæ nothæ typus.

Art. 26. Peripneumonia notha oriri solet ex pituita lenta in toto sanguine nata, & sensim pulmones infarciente, donec in hunc morbum eat; senes, pituitosi, frigidi, catarrhosi, & gravedine laborantes huic morbo sunt obnoxiores: primo fallaci lenitate opprimit inopinantes,

Digitized by Google

antes, quippe levi fatigatione, debilitate, proſtrato fere omni animi motu, anhelitu, oppreſſione pectoris incipiens, adeo leves motus excitat, ut vix caloris, febrisve malicia moneant periculi: mox vagæ horripilationes, ſæpiuſculi febris inſultus adſunt; unde ſubito creſcente anhelitu, & debilitate, mors; cujus in urina & pulſu ne nullum adfuit præſagium.

Art. 27. Curatur *ſanguinis miſſione, clyſmatibus* Curatio.
nitro tenui, diluentibus; abſtergentibus, & leniſſime aperientibus aſſiduo propinatis. „Breviter & raptim hæc pauca decerpſi, ſed de his affectibus præ omnibus quotcunque ſcriptoribus conſulendus eſt auctor præclariſſimus, & ad illius mentem conſequendam unice incumbendum eſt, & ſumma impendenda eſt opera.

ETTMULLER.

Art. 28. Obſervatum ſemper fuit in *Pleuritide* cor- Pleuritis.
rigi quod non ſolum pleura, ſed pulmonis mediaſtinul in iſto latere inflammata fuerit. Interdum etiam cum pulmone inflammatur mediaſtinum, duplicatura nempe pleuræ ſub ſterno, quæ nomine caret.

Art. 29. Pleuritis notha eſt dolor lateris punctorius, Pleuritis notha.
ſine febre aut tuſſi; ægri ut plurimum in latus oppoſitum potius quam morboſum decumbere queunt; contrarium obſervatur in *Pleuritide vera.*

Art. 30. Si ſtatim intra triduum ſputum cruentum Prognoſis.
appareat, brevem morbum indicat, ſin vero ſerius, longum [ex *Hippocrate*] *Pleuritici* intra 14. dies ſuperne non repurgati *Empyici* fiunt *(inquit Hippocrates)* & tales, ſi in 40. diebus repurgentur a die ruptionis, liberantur, alioquin in *tabem* incidunt; in his affectibus ſputorum potius habenda eſt ratio, quam urinæ; Pleuritis in principio leviter apparens & usque ad quintum diem ſic procedens, ſexto vero die exacerbata plerumque eſt lethalis.

Digitized by Google

Curatio. *Art. 31.* In Pleuritide *benigna venæ ſectio* ſi non juvet, non noceat, in *maligna* tamen vix locum habet, ſed ſemper erit nociva. Ex omnibus auxiliis *ſudorifera* primarium obtinent locum, & præ reliquis *antimonium diaphoret.* „Antimonium diaphoreticum ſumme com-„mendatur in Pleuritide tum vera tum ſpuria: egregie „diſcutit humores congeſtos, acorem abſorbet, dolo-„res demulcet, expectorationem promovet, indicatio-„nibus fere omnibus ſatisfacit. *Wedelius.* Antimō-„nium diaphoreticum aëri aliquamdiu expoſitum „vim emeticam acquirere nemo non novit, ideo-„que uſus tempore lavari jubeo. Nobiliſſimum pectorale habemus *in liquiritia & paſſulis*; ſaccharata non conveniunt; *papaver Rhœas ejusque flores*, ceu optimum ſpecificum, in toto morbi decurſu locum habet; omnia calide ſunt bibenda; *ſuccus taraxaci ſeu dentis leonis vel decoctum ejus*, ut & *eryngii*, laudantur, item *chærefol;* ſuccus *raphani* recens expreſſ. expectorationem mirabiliter promovet. Ad dolorem lateris externe commendatur *ſtercus gall. cum ol. cham.* „Ut „& ſequens cataplaſma,

℞ *Alb. Porri in ſartagine cum q. ſ. ol. cham. frixi* ℥ij.
Furfur. frument. mj.
Fœcum vin. alb. ℥iij.
vel *q. ſ.*
M.

convenit etiam infuſ. ſeq. intus ſumptum;

℞ *Stercor. equi non caſtrat.* ℥vj.
Vin. alb. ℔iß.
Aq. flor. ſpin. alb. ℔ ß.
infund. clauſe & calide per hor. dimid. deinde colatur cum expreſſione forti, colatura cum alb. ovor. ſ. a. clarificetur, & adde
Aq. theriacal. ſtillat. ℥iv.
Syr. balſam. ℥iij.
M.

Ba-

Digitized by Google

BAGLIVUS.

Art. 32. Durities pulsus est signum fere infallibile omnium Pleuritidum, quamvis reliqua signa non adsint: durus enim pulsus omnium inflammationum partes nervos vel membraneas obsidentium est comes indivulsus. Pleuritides frequenter sunt *occultæ*, quia indolentes, unde quandoque errores in praxi; fac itaque ægrum in dextrum vel sinistrum latus decumbere, decumbenti impera, ut fortiter respiret & tussiat, & tunc pete ab illo, an dolorem aut gravedinem persentiat, quod si affirmet, res manifesta est; hoc modo plures *pleuritides* detexi-mus magno ægrotantium commodo. *Signum Pathognomonicum Pleuritidis.* *Pleuritides occultæ.*

Art. 33. Omnis prognosis a bona vel mala respiratione maxime petenda est. Perperam agitur cum *pleuriticis*, qui nihil exspuunt, nisi copiose effluant urinæ. Omnes pleuriticos sanatos vidimus, quibus in interiora auris dolor & exinde suppuratio supervenerunt. Crusta alba non apparens in superficie missi sanguinis est pessimum signum. *Pleuritides recidivantes* omnes fere sunt lethales *(ex Hippocrate)*. *Prognosis.*

Art. 34. Quando in Pleuritide viget indicatio dissolvendi, *camphora* præ reliquis opus absolvit, præsertim in *Pleuritide epidemica & maligna.* Si sputum antea suppressum superveniat, & fit flavo-rubescens, nunquam imperato *venæ sectionem;* nam post *venæ sectionem* sputum denuo supprimetur, & æger morietur. Quocunque die, secundo scilicet, aut 4to 5to 7mo &c. ante vel post missionem sanguinis spirandi difficultas, & difficultas pariter exscreandi sputi pleuritico superveniant; statim duo *vesicantia* tibiis admovenda sunt, juxta illud *Hippocratis; in pulmonicis quicunque tumores fiunt ad crura, optimi sunt, &c.* Post apposita vesicantia observavi expectorationem statim promoveri, spirandi difficultatem imminui, & alvi fluxum, si adesset, feliciter sisti, & ægrum sanari. *Regulæ de venæ sectione &c.*

Digitized by Google

WILLIS.

Horum affectuum complicatio.

Art. 35. Opinari ducor *Peripneumoniam*, & *Pleuritidem* affectus esse modo singulares & separatos, modo connatos & primitus coëxistentes, & modo invicem successivos aut succedaneos esse. *Peripneumonia* non tantum *Pleuritidi*, sed frequenter etiam *anginæ*, & aliis interdum affectibus succedit.

Pleuritidis eventus.

Art. 36. De pleuritico expectatur, vel ut morbus statim solvatur, partim crebra & libera *venæ sectione*, & partim *sudore critico* die quarto, vel octavo exorto, vel ut, his non rite succedentibus, diutius protrahatur; & tunc sæpissime huic morbo *Peripneumonia* aut *Empyema*, vel *utrique affectus* superveniunt, periculi pleni, qui ægrum e medio ut plurimum tollunt, aut in *phthisin* ægre sanabilem aut exitialem præcipitant.

Cucurbitæ.

Art. 37. Riverius & *Zacutus Lusitanus* exempla notabilia adducunt curationis Pleuritidis per *cucurbitas* cum scarificatione loco dolenti adhibitas. Pro usu externo in linimentis utiliter addatur *Album Græcum.*

FARRAGO.

Ad prognosin pertinentia.

Art. 38. Densa & exercitationi assueta corpora (inquit *Hippocrates in coac.*) citius ex *Pleuritide* & *Peripneumonia* intereunt, quam quæ sine exercitatione degunt. *Pleuritides siccæ* (inquit idem) & in quibus nihil spuitur, gravissimæ; metuenda quoque in quibus dolores ad superiora tendunt. A Pleuritide *Peripneumonia* malum; a Peripneumonia *Phrenitis* malum. *Hippocr. Aphor.* sanguis missus est remedium magni & recentis doloris; at sive levior, sive vetustior casus est, vel supervacuum, vel serum id auxilium est, confugiendumque est, ad *cucurbitulas* cum scarificatione. *Celsus.*

Polypi.

Art. 39. Pleuritides, ultra acutam febrem, sunt *polypoſæ concretiones* in pulmonibus, ut ex cadaveribus, & extracto sanguine patet. *Malpighius.*

Art. 40

Digitized by Google

Art. 40. Adverti debet *pleuram* pleuriticorum & *pulmonem* peripneumonicorum poſt mortem ſectorum ſemper exhibuiſſe ſpectandam magnam copiam *polypo-rum:* Polypus autem eſt ſanguis diutius ſtagnans dilapſa parte rubra, & raro pleura ſola absque pulmone in-flammatur. *Polypi.*

Art. 41. Dolorem externe optime leniunt linimenta *ex ol. amygd. dulc. ſp. ſal. armoniac. & camphora. Pitcarn. in MSS.* „Item linimentum ſeq. annodyn. *Linimentum.*

℞ *Balſam. Locatel.* ℥ij.
Ol. Amygd. dulc. ℥j.
Ol. mac. per expreſſ.
Ung. e flor. aurant. ana ℥ij.
M. f. liniment.

Art. 42. Quibus plurimus ex ſputo ſtrepitus in pectore ſonat, & vultus demiſſus eſt, oculusque aurigine ſuffuſus, & caligine obductus, in his mors expectanda eſt, ex *Hippocrate*, & authoris experientia. Vix datur præſtantius remedium in fine morbi, quam ſyrupus vel decoctum *nicotianæ. Barbette.* *Prognoſticon ſingulare.* *Syrupus de Peto.*

Art. 43. Lucius monitu *Æſculapii* a Pleuritide curatus fuit applicatione epithematis ex *cineribus* ab ara deſumptis & vino commiſtis. *Le Clerc.* *Cineres pro uſu externo.*

Art. 44. Vires & uſus remediorum ſequentium artis Apollineæ gnaris ſatis innoteſcunt. *Aq. omnium florum, balſamum ſulph. aniſatum, ens Veneris, decoctum coccineum, decoctum pleuriticum, emplaſtrum pleuriticum, fotus lateralis, hauſtus pleuriticus, lohoch. pleuritic. lohoch. viride, oxymel aſthmaticum, pulvis pleuriticus, ſacculus lateralis, unguentum pleuriticum.* *Remedia varia.*

EMPYEMA.

BOERHAAVE.

Art. 45. Empyema eſt collectio puris in thoracis cavo, ut plurimum ex rupto pleuritico vel peripneumonico *Empyema quid.*

Digitized by Google

nico *abſceſſu*; cognoſcitur a tempore inceptæ inflammationis xx dierum ſine purgatione, a tuſſi ſicca, gravitate ad diaphragma, decubitu in unum latus, ſtrepitu puris ad motus, febre lenta, genis rubentibus, oculis cavis, digitis in extremitate calidis, unguibus recurvis, & abdominis tumore.

Curatio. *Art.* 46. Ad curationem quod attinet, cognita vomicæ pulmonis, pleuræ, diaphragmatis, mediaſtini, vel pericardii disruptione, omni ope nitendum, ut *pus* evacuetur per os, vel per urinas, ſi natura has monſtraverit vias, vel denique per thoracis aperturam ope inſtrumenti idonei in latere affecto, inter coſtam 4 & 5, vel 5 & 6 ab inferioribus numero ducto, pus lente & per vices educendo; ex indole puris educti, & reliquis ægrotantis circumſtantiis, prognoſis de vita vel morte pronuntianda erit; ſi *Empyema* fuerit vetus, vires collapſæ, capilli cadentes, alvi fluxus colliquativus, corpus tabidum &c. *paracenteſis* facta mortem accelerare ſolet.

WILLIS.

Signa Empyematis. *Art.* 47. Empyema eſt collectio puris intra cavitatem thoracis, qua reſpirationis organa opprimuntur; illuc vero pus iſtud confluere ſolet, vel ex *Pleuritide*, vel *Peripneumonia* (& quandoque forſan ex *Angina*) ſuppuratis & disruptis; poſt morbos prædictos *Empyematis* ſecuturi major erit ſuſpicio, ſi poſt unam vel alteram ſeptimanam ſine ſputo copioſo, rigores, & febris, & ſpirituum languores, ſuperveniant, & dein poſt 14, vel 20 dies. *Empyematis* plane facti ſigna erunt reſpiratio difficilis, pectoris gravitas, materiæ fluctuatio, & moleſtiæ ſenſus, e corporis ſitu mutato, ſitis & febricula fere conſtans, genarum rubor, totius, inquietudo & vigiliæ. De *paracenteſi* vide locum, & de eventu ejusdem p. 201. Vide etiam *Mayerne*, p. 178.

ETTMUL-

Digitized by Google

ETTMULLER.

Art. 48. Cognoscitur, quando factum sit *Empyema*, quod remittat febris, quin etiam fluctuatio quædam puris hinc inde percipitur; rumpitur autem *vomica* circa diem 20, 30, aut 40, dum vero rumpitur, rigor fit, & febris intensior supervenit, adest tussis continua, quasi ex profundo, quia diaphragma gravatur ex incumbente pure, parum excernitur, febris mitior evadit, & magis lenta, respiratio est difficilis, & sentitur pectoris gravitas, si corpus inclinant, pene suffocantur, sentiunt frequentissime *evaporationes* ex pectoris cavo ad os ascendentes instar *aquæ calidæ;* ulteriori progressu percipiunt in ore *saporem tetrum* & quasi *putridum*, & pulsus intermittit. *Diagnosis.*

Art. 49. Apertio thoracis fit inter quintam & sextam costam (a supremis numerando;) mature fiat. Vide *Sculletum.* Quod ad remedia attinet, exhibenda sunt grumosum sanguinem *dissolventia* & *absorbentia*, & tunc præstat a *diureticis* incipere, in fine autem aliquod *sudoriferum* subnectere. Si moliatur aliquid natura, semper medicus sit ejus minister; V. G. quando urina purulenta redditur, dentur *diuretica;* in diarrhœa purulenta, *laxantia;* si ad sputum vergat, *expectorantia*, immo *vomitoria*, *nicotiana* est egregia; *fonticuli* etiam a quibusdam inter costas inuruntur, interne *balsamica*, *vulneraria*, decocta e *lignis*, *gelatina C. C. hedera terrestris* valde commendatur. Vide *vomicam pulmonis*, (4. 70. &c.) *Curatio per apertionem thoracis & aliter.*

PHRENITIS & PARAPHRENITIS.

WILLIS.

Art. 50. Phrenitis est desipientia continua, scilicet; principum cerebri facultatum depravatio ab inflammatione meningum orta cum febre synocha. Huic *Phrenitis quid.*

Digitized by Google

morbo affinis Paraphrenitis dictus est diaphragmatis inflammatio.

Phrenitidis causa.

Art. 51. Phrenesin potius febri succedere, &, quia sanguis effervescens recrementa sua adusta capiti transfert, produci, *Hippocrates* olim, & nunc quisquam vel e plebe observat; in quantum, scilicet, febricitantis urinâ a turbida & crassa, in tenuem & aquosam mutata Phrenesin imminentem indicat; cujus idcirco affectus causa exinde colligitur esse *materia febrilis* in cerebrum metastasis.

Quales morbi revera sunt Phrenitis & Paraphrenitis.

Art. 52. Ex dissectionibus patet, Phrenesin non a meningum inflammatione oriri; neque Paraphrenesin diaphragmatis; sed Phrenitis definiri potest *totius animæ sensitivæ sive spirituum animalium, quoad totam eorum hypostasin, phlogosis sive inflammatio*; & prout incendium vel a cerebro tantum, vel ab hoc simul & cerebello incipit, vulgo in *Phrenitida* & *Paraphrenitida* distinguitur, quod tantumdem est ac functiones animales spontaneas fere tantum & potissimum, aut una cum his vitales lædi.

Signa diagnostica.

„Phrenitis (inquit *Lommius*) his signis innotescit; „febris urget acuta, atque continua, continuusque „mentis error, modo his, modo aliis animæ vitalis „actionibus; expeditus in omnem audaciam homo est, „& vicissim tum vigiliis, tum somno difficili, turbu„lentoque impeditur, sic ut interrupta quiete protinus „cum impetu e cubili prosiliat, vociferetur, ferociat, „ac modo ploret, modo cantet, verbaque sine sensu, „sine ordine proferat, interrogatus ab alio omnia alie„na respondeat; oculi sunt mobiles, flammei, cruen„ti, squalidi, quos æger crebro perfricat, modo sic„cos, modo lacrymis perfusos; lingua aspera & nigra, „dentes strident sæpeque cruor e naribus aliquis fertur, „& interdum posteriora capitis dolent; idem manibus „tremit, digitisque floccos vellit, & festucas e stragu„lis legit; urina est tenuis flammea, interdum etiam „(quod pessimum) tenuis albaque est. *Art.*

Digitized by Google

Art. 53. Phrenitis, aut brevi tempore in ſalutem; aut mortem, cum febre terminatur; aut diu protracta & poſt febrem ſuperſtes, demum vel ſanatur, vel in alios morbos, nempe, *lethargum*, aut *maniam*, aut *melancholiam* tranſit, vel demum in *deſipientiam perpetuam*, fracto, ſcilicet, (quod aiunt) cerebro. *Prognoſis.*

Art. 54. Si Phrenitis in principio febris accidat, *venæ ſectio* locum habet, & *enemata* ſunt præcipui uſus; cataplasmata pedibus admoveri debent ex *fol. rut. cham. verben. rad. Brion. flor. papav. errat. cum ſapone*, vel eorum loco *columbæ* vel *pulli* dum calent deſciſſi; pro ſiti exſtinguenda bibat *Palmarii* potum divinum, ſcilicet *aquam fontan.* cum *ſucco limon.* & *ſacchar.* vel emulſiones; *hypnotica* ſunt caute uſurpanda; in hoc affectu *placenta roſacea* vel *flores papaveris cum aceto & muc. moſchat.* Capiti & temporibus cum fructu applicari poteſt. *Curatio.*

BOERHAAVE.

Art. 55. Phrenitis eſt vel *vera*, ubi cerebrum vel potius illius meninges utræque primario inflammatione afficiuntur cum delirio & febre acuta conjuncta vel *ſymptomatica* ex metaſtaſi materiæ febrilis in cerebrum. *Vera vel ſymptomatica.*

Art. 56. Phrenitis *vera* 3^tio^, 4to, vel 7mo, die necat, vel abit in *maniam*, *lethargum*, *coma*, *catochen:* A *Peripneumonia & Ileo* lethales, a *variolis* admodum mala. *Eventus.*

Art. 57. Hæmorrhagiæ quandoque morbum ſolvunt. In Phrenitide vera prodeſt *Venæ ſectio* larga. „Immo in hoc affectu (inquit *Dolæus*) arteriotomiam „in temporibus inſtitutam commendamus.“ Indicantur *diluentia* ex decoctis *antiphlogiſticis & nitroſis* affatim exhibitis, *laxantia* & *clysmata*, *capitis raſura*, *epiſpaſtica*, *cucurbitæ* in partibus inferioribus. *Indicationes curativæ.*

Art. 58. „Certe in Phrenitide (*inquit* D. Freind) „quæ febribus ſupervenit, ſectionem *Venæ jugularis* „quam maxime efficacem eſſe expertus ſum, cum alia *Sectio venæ jugularis.*

Digitized by Google

„remedia minus commode reſponderint: neque effi„cacem tantummodo, ſed & adeo tutam, ut valde mi„rer aliquid de efficiendi difficultate, nedum periculo „apud ſcriptores inveniri, nam hæc vena, uti nullo „fere labore ſecatur, ita & ſecta facillime omnium ſa„neſcit. [Frequentiſſime etiam in aliis capitis morbis „gravioribus in praxi mea *jugularem* ſecui.]

Paraphrenitis, quid.

Art. 59. Paraphrenitis eſt morbus *Pleuritidi* ſimilis, ubi diaphragma vel ſaltem ejusdem margo vere inflammatur, & longe frequentior eſt, quam vulgo creditur; cognoſcitur ex febre continua, dolore inflammatorio in inſpiratione maxime urgente; hinc reſpiratio ſublimis, convulſio, furor, gangræna, [ſymptomata omnia atrociora quam in *Pleuritide*]; & licet totum malum cognitum ſit; inſuperabile tamen.

ET TMULLER.

Phrenitis affectus.

Art. 60. Phrenitis moderno uſu vocabuli, eſt delirium intenſiſſimum ex membranarum cerebri inflammatione ortum cum febre peracuta, veteribus *Sphacelismus* ſeu *Sphacelus cerebri*; eſt malum ut plurimum lethale, 3^tio^, 4to, vel 7mo, die intereunt: Lethalem Phrenitidem denuntiant dyſpnœa, facies cadaveroſa, ſudor ſyncopticus, lingua & manus tremulæ; ſtridor dentium, ſtillicidium narium, &c. ſi in principio morbi acuti de dolore in bulbis oculorum conqueruntur ægri, funeſtiſſimum eſt ſignum, mox enim *delirium* & *convulſiones* aderunt, quod ſæpius obſervavi; convulſiones ſuperveniunt, quando inflammatio cerebri incipit abire in gangrænam.

Plerumque lethalis.

Cura.

Art. 61. Cura nil habet peculiare præ cura in febre acuta cum delirio; Tinctura *papav. rhœad.* effervescentiam ſanguinis compeſcit, item *camphora* & *nitrum* quando ab alio morbo pendeat, curato morbo primario delirium ceſſat; ideoque *ſudorifera* & *alexipharmaca* ſunt propinanda, ut *tinctura bezoardica* &c. In febre

Digitized by Google

febre ardente decoctum *Tamarind. Epithemata* etiam plantis pedum conducunt.

Art. 62. „*Blandiora acida & cinnabarina cum emul-* *Acida, &c.*
„*sionibus* inter interna remedia omne ferunt punctum „in Phrenitide, ex præcepto *Waldschmidii.*

INFLAMMATIO VENTRICULI.

ETTMULLER.

Art. 63. Inflammatio stomachi est affectus periculosus, &, si quis alius, peracutus; adest febris ardens, & aliqualis tumor in præcordiis, circa ventriculi regionem dolor insignis sub costis nothis, cum gravi æstu ibidem, siti inexplebili, corporis jactatione & vigiliis; superveniunt deliria, vomitus, & non raro convulsiones lethales, raro evadunt; 3^tio^, vel 4to die finiri solet; interdum, sed raro ad suppurationem tendit, & *abscessus* rumpitur, vel in ventriculi vel abdominis cavo, malum fere semper incurabile. *Inflammatio ventriculi.*

Art. 64. Distinguendum est inter *ventriculi* inflammationem & *hepatis*, in priore ardor & dolor magis in profundo sunt, in hepatitide inflammatio magis circumscripta est, & mitiora urgent symptomata. (73.) *Differentia inter ventriculi & hepatitidis Inflammationem.*

Art. 65. Curatio eadem est ac in aliis inflammationibus, videlicet per *venæ sectionem*, &c. *Sudorifera* primatum obtinent. Externe convenit cataplasma ex *stercore columbino*, *fermento*, &c. ad suppurationem promovendam, ad imitationem *Sennerti.* Vid. *Boerhaave.* *Curatio.*

INFLAMMATIO INTESTINORUM.

ETTMULLER.

Art. 66. Accidit in herniis, ileo, & ab aliis causis. In loco inflammatio tumor rotundus tactui [quandoque] percipi solet; adest vehemens dolor pulsatorius, fixus, distен- *Inflammatio intestinorum.*

Digitized by Google

distendens, &c. alvus occlusa, febris, vomitus, languor, &c. frequentius, in *ileum lethalem* terminatur. Commendatur *omentum vervecinum.* Vide *Heum* (6. 74.)

Boerhaave. *Att.* 67. Consulatur *Boerhaave* instar omnium scriptorum *de intestinorum inflammatione.*

INFLAMMATIO MESENTERII.

ETTMULLER.

Inflammatio mesenterii. *Art.* 68. Inflammationes & tumores mesenterii sæpius sunt fons & origo chronicorum & admodum latentium morborum, & fomes mirabilium turbarum ægros & medicos vexantium. Dolores adsunt nunc circa dorsum & lumbos, nunc in abdomine & circa umbilicum, tormina inferentis, lenti tamen omnes & diuturni, subinde cum febricula erratica; dolores subinde per intervalla recurrunt.

Abscessus. *Art.* 69. Quando apostema suppuratum rumpatur, horror insignis, interdum rigor quatit ægrum, cum superveniente æstu non raro insigni, quem puris præsertim per alvum excretio successive comitatur.

Diagnosis. *Art.* 70. Corpus sensim emaciatur; respiratio evadit difficilior; & subinde aliquid molesti, quod ipsi ægri satis explicare nequeunt, in profundo abdominis circa & infra umbilicum persentire affirmant, flatulentiæ ægros vexare solent. Sæpe multis annis affligunt hujusmodi tumores, in *scirrhosos* & *strumosos* abeuntes.

Curatio. *Art.* 71. Curantur hæc pathemata mesenterii, cum diuturniores fiunt, ut alii chronici affectus, *cachectici* & *hypochondriaci;* tractandi sunt tamen caute & sine violentia. Convenit externe *empl. de cicuta cum ammoniaco*, *de ranis cum mercurio*, &c. Interne *deobstruentia*, *millepedes*, *remedia ad strumas*, &c. Apertio venarum hæmorrhoidalium per *hirudines*, *purgantia* sunt nociva, *enemata* utilissima.

IN-

Digitized by Google

INFLAMMATIO PANCREATIS.

ETTMULLER.

Art. 72. Inflammatio pancreatis eſt affectus per- quam occultus, vigilias, lipothymias, aliaque gravia ſymptomata inferens, in *abſceſſu* plerumque terminans. Interdum ſuperveniente ſalutari *fluxu cruento* curantur hi morbi. *Inflammatio Pancreatis.*

INFLAMMATIO HEPATIS.

ETTMULLER.

Art. 73. Inflammatio Hepatis & ejusdem abſceſſus vocatur alias Hepatitis. In genere percipitur in omni hepatis inflammatione dolor obſcurus & tenſivus ac gravativus in dextro hypochondrio & ejus profundo, qui ſub ſuppuratione punctorius plus minus evadere ſolet; adeſt febris lenta, plus minus vero acuta, pro ratione gradus inflammationis; ægri fere ſupini jacent, præſertim ſi diaphragma afficiatur, & tuſſis arida affligit. In genere in *pleuritide vera* omnia ſymptomata ſunt acerbiora, in *hepatitide remiſſiora.* Periculoſum eſt malum, & quod ſæpius ad mortem deducit ægros; aut diſcutitur, aut ſucceſſive ſuppuratur, aut in *ſcirrhum* degenerat; *abſceſſus* nunc per alvum, nunc per urinam, interdum per tuſſim expurgatur; *ſingultus* eſt peſſimum ſignum. (62.) *Hepatitis.*

Art. 74. Convenit *venæ ſectio* in pede, proſunt *ſuderifera, & antipleuritica, antihecticum Poterii, ſperma ceti, nitrata, ſaturnina, camphorata,* & circa finem *diuretica:* externe *epithemata penetrantia & diſcutientia,* poſtremo *ſuppurantia,* rupto abſceſſu *vulneraria & balſamica* interne. *Curatio.*

Art. 75. Omnibus inflammationibus internis ſuppuratis & male curatis ſupervenire ſolet *phthiſis.* De *hepatitide* præ omnibus conſulatur *Boerhaave.* *Phthiſis ſequi ſolet.*

INFLAM-

Digitized by Google

INFLAMMATIO LIENIS.

ETTMULLER.

Inflammatio Lienis.

Art. 76. In Inflammatione *lienis* eadem fere ſunt ſymptomata in ſiniſtro hypochondrio, ac inflammatione *hepatis* in dextro; ideoque diagnoſis, prognoſis & cura fere eadem ſunt.

CAP. III.

SIVE FASCICULUS MORBORUM TERTIUS.

DE AFFECTIBUS CAPITIS ET NERVORUM IN GENERE.

Proœmium.

Clariſſimus noſter Sydenhamus a quodam interrogatus, quamobrem non de morbis Capitis, æque ac de aliis, ſcripſerat, ſumma modeſtia ac candore reſpondere dicitur, *quoniam illos nondum intellexi.* Et equidem agnoſcendum eſt, ſcientiam noſtram in hac regione valde mancam ac imperfectam eſſe; utcunque tamen in hunc oceanum propemodum ignotum deſcendendum eſt, & a juvantium & lædentium contemplatione, quoquo modo poſſumus, curſus natura & experientia ducibus dirigendus eſt.

CHEYNÆI *de natura fibræ epitome.*

Origo morborum chronicorum.

Diuturnorum morborum origines in genere ſunt tres. Primo, *Humorum lentor ſive tenacitas.* Secundo, *Eorundem acor & acrimonia.* Tertio, *Deperdita aut ſaltem imminuta fibrarum tenſio ſive elaſticitas.* Omnes Nervorum morbi ab infimo oſcitatione nempe & pandiculatione ad usque ſummum, nempe apoplecticam, diſpoſi-

Digitized by Google

ſpoſitionem, varii tantum videntur gradus unius ejusdemque morbi, *debilitatis ſcilicet, aut relaxationis defectusque elaſticæ facultatis partium ſolidarum*, quorum cauſæ ſunt, eaque comitantur *lentor & acrimonia humorum.*

Morborum Nervinorum tria ſunt genera. Primum eſt eorum, quorum ſymptoma præcipuum eſt *facultatis ſentiendi debilitas temporaria aut perpetua, vel totalis ejusdem ceſſatio*, quam ſequitur motus voluntarii ſuſpenſio; hujusmodi morbi ab humorum lentorum & viſcoſorum copia nimia tanquam cauſa principali oriri videntur. Multi ſunt hujus generis morbi ab usque gravi apoplexia, qua omnium ſimul nervorum origo comprimitur, omniumque vibratio, ne ad animæ ſentientis ſedem propagetur, intercipitur, ad ſenſuum ingenii que hebetudinem & ſtuporem. Huc etiam aliquatenus referenda ſunt *hypochondriacorum & hyſtericarum deliquia & paroxismi.* Secundum eſt eorum, quorum præcipuum ſymptoma eſt *motus voluntarius aut impeditus aut abolitus;* tales ſunt morbi generis paralytici, a paralyſi univerſali usque ad ſegnitiem, & inexpeditum inhabilemque artuum motum, membrorumque frigiditatem; atque hi fibrarum & nervorum & præcipue muſcularium debilitati, imbecillitati, aut tono amiſſo deberi videntur. Tertium denique eorum eſt, quorum præcipua ſymptomata ſunt *ſpaſmi, contractiones, & convulſiones muſculorum:* tales ſunt morbi convulſivi dicti ab epilepſia, & convulſione hypochondriacis & hyſtericis paroxysmis, usque ad oſcitatum & pandiculationem: & hi in univerſum acriori ſtimulo debentur, quorum origo eſt ſalſa quædam & erodens acrimonia fluidorum, acida præterea & ſtimulans aura, vapor, aut obſtructa perſpiratio. Hæc Nervinorum morborum per genera ſua diſtributio maxime naturalis, & latiſſime patens videtur. Fibrarum infirmitati indivulſus comes adhæret, & pro

Natura morborum Nervinorum.

ejus

Digitized by Google

ejus gradu minor majorve est omnium functionum animalium *languor & debilitas.*

Indicationes curativæ.

Ex prædictis patet, tres indicationes sive intentiones curativas oriri: scilicet, prima est *diluere, attenuare, eorumque lentorem tollere, & canales obstructos aperire & meabiles efficere.* Secunda est *humorum acrimoniam tollere, molecularum nexus dissolvere & spicula frangere.* Ultima denique & præcipua intentio est *solidis partibus tonum suum & vim elasticam reddere.* Huic enim ultimæ intentioni assequendæ minime allaborandum est, antequam duabus prioribus felicem operam tamdiu dederimus, quamdiu id postulare videtur morbi indoles. Quamdiu enim humorum lentor aut acrimonia manet, frustra, aut si succedat, magno ægri damno fibræ corrugantur, & intenduntur; & profecto hoc monitum est maximi momenti. Præmissis universalibus, primæ intentioni satisfaciunt quæcunque particularum pondere, agilitate, aut quavis proprietate, succis crassis, viscidis, lentis, incidendis, attenuandis & fluidis reddendis idonea inveniuntur: Talia sunt *calomelas, æthiops mineralis, cinnab. antimonii & nativ. antimonium diaphoreticum, bezoardicum minerale & Joviale, sal Jovis, succi antiscorbutici vina & cerevisiæ medicat. decoct. e lingn. &c.* Inter ea primum locum tribuo *cinnab. antimonii*, quæ scilicet ex omnibus una ventriculo minime molesta est, nec ita facile torminibus intestina excruciat, aut catharsin ciet, præcipue recens & artificiose elaborata. Ipse ego maximas ejus vires sæpe miratus sum, cum, nullo alio medicamento simul adhibito, laudum ejus vel minima pars communis esse posset.

Ad finem secunda intentione propositum assequendum mirabiles profecto sunt vires medicamentorum *sulphureorum;* eidem etiam proposito conducunt medicamenta *absorbentia & Alcalina dicta, gummosa & volatilia:* diligenter interim cavendum est, ne *volatilia*

Digitized by Google

lia intempestive nimiave copia ingerantur: tunc enim humoribus haud satis dilutis, eos nimia vi agitabunt & ardorem febrilem excitabunt. In *gummosis* insignis est incidendi & attenuandi vis, *saponi* æmula; medicamentorum autem smegmaticorum vires in obstructionibus referandis, & ictero speciatim domando satis notæ sunt. Sed cum eximia calefaciendi vi polleant, nunquam adhibenda sunt, antequam humores satis diluti fuerint. Ultimæ denique intentioni, quæ est fibras laxatas constringere, remissas intendere & corrogare; sequentia accommodata sunt, *cortex Peruvian. cortex Eleutherii, viscus arboreus, cinnam. calam. arom. cort. aurant. amara quæcunque, catecheu. rhabarbarum torrefactum; styptica, e ferro parata, aquæ chalybeatæ;* reliquis vero omnibus præstat *cortex Peruvianus*, ut a multiplici experientia per multos annos didici in omnibus laxæ fibræ morbis. *Tincturam Burgundicam* præscribere soleo.

CEPHALALGIA.

CELSUS.

Art. 1. In capite interdum acutus & pestifer morbus est, quem κεφαλαίαν Græci vocant, cujus notæ sunt horror validus, nervorum resolutio, oculorum caligo, mentis alienatio, vomitus sic ut vox supprimatur; vel sanguinis ex naribus cursus, sic ut corpus frigescat, anima deficiat. Præter hæc dolor intolerabilis, maxime circa tempora, vel occipitium. Interdum autem in capite longa imbecillitas, sed neque gravis, neque periculosa, per hominis ætatem est. *Descriptio Morbi.*

Art. 2. In dolore, qui acutus est, & qui supra consuetudinem intenditur, convenit *venæ sectio*, sed nisi intolerabilis sit, supervacuum erit venam secare; satiusque est abstinere *a cibo*, si fieri possit, etiam a *potione*, si non possit, *aquam* bibere, si postero die do- *Curatio.*

Digitized by Google

lor remaneat, *alvum* ducere, *ſternutamenta* evocare, nihil aſſumere, niſi *aquam*: ſæpe enim cies unus aut alter totum dolorem hac ratione diſcutit.

WILLIS.

Prognoſis. *Art. 3.* Si dolor capitis inveteratus & fere continuus fuerit, ut jure ſuſpicemur, eum a tumore *phlegmonode*, *eryſipelate*, *ſcirrho*, *abſceſſu*, aut *vermibus* oriri, curationis ſpes exigua aut nulla ſupereſt. Si dolor capitis ſit immanis, atque vertiginem, vomitionem, aliosque affectus aut convulſivos aut ſoporoſos adjunctos habuerit, frequenter in *apoplexiam* lethalem, aut *epilepſiam*, *paralyſin*, *cæcitatem*, *ſurditatem*, &c. abit. „Quum caput parte aliqua (*inquit* Lom„mius) aut circumcirca dolet, ſi pus, vel aqua, vel „ſanguis naribus, ore, aut auribus exeat, ſcire licet „malum ſolvi.

Curatio. *Art. 4.* Ad curationem hujus morbi detractio ſanguinis e venis ſedalibus *hirudinum* ſuctu locum habet, item *aquæ minerales cathartice*, *cremor Tartari* in ſero lactis ſolutus, *veſicatoria*, *opiata*, *infuſum Coffee*, *fol. ſalviæ*, *rorismarini*, &c. inſtar *Theæ* epotum. *Millepedes* quoque curandis cephalalgiis pertinacibus opem ſæpe egregiam præſtant.

Poſt Morbillos, aut Variolas. *Art. 5.* Dolor Capitis poſt *morbillos* aut *variolas* totidem horis a paſtu accedens, præmiſſis univerſalibus, *antiſcorbuticis* & *chalybeatis* curatur.

ETTMULLER.

Cephalalgia calida. *Art. 6.* Cephalalgia eſt vel calida, prout ſanguis magis fervet, tunc ſenſus caloris præſertim circa frontem percipitur; vel frigida, cum nihil tale occurrit, ſed potius frigus ſentitur, aut ſaltem adeſt gravedo capitis. Ex omni cephalalgia per conſenſum frequentiſſima eſt iſta, quæ fit ex *ſtomacho*. Cephalalgia *habitualis* inveterata eſt difficilis curatu, terminare ſolet in

Frigida.

Per conſenſum.

Habitualis.

verti-

Digitized by Google

vertigine, *apoplexia*, *epilepsia*, *paralysi*, *cæcitate*, *surditate*, &c. Ex omnibus dolor capitis *scorbuticus* est contumaciſſimus. *Scorbutica.*

Art. 7. „Cephalalgia (*juxta* Dolæum) recte divi- *Biliosa & Pituitosa. Curatio.*
„ditur in *biliosam* & *pituitosam*; in priori casu dolor „est valde acutus cum insigni ardore; particulæ biliosæ acres vel salino sulphureæ in sanguine abundant; „ideoque adhibenda est *venæ sectio*, leniter *purgantia*, „aliaque ad temperiem sanguinis alterandam temperandamque facientia. In cephalalgia *pituitosa* materia „peccans est crassa ac tenax, indeque dolor gravativus, „adest stupor mentis, segnities; hæc species *cathartica* „fortiora postulat; proficua sunt decocta *lignorum*, *salia volatilia*, *cinnabarina*, *cephalica*, potus herbæ „*Theæ*; si malum a stomacho debilitato trahat suum „ortum, tunc conveniunt *corroborantia*, *stomachica*, „*acidulæ spadenses*, &c. Ad curam cephalalgiæ in genere apprime conducit dosis *pil. cathartic. cum mercur. dulc.* ℈ß & *laudan.* gr. j. hor. somn. & aliquoties repetita, item decoctum *e lignis cum roremarin. salia volatilia*, *cinnabarina nativ. succinata*, *camphorata*, potio *Theæ* [*Coffee.*] In contumaci capitis dolore empl. de *ranis cum mercurio* capiti raso apponi potest.

Art. 8. Hemicrania (cum dolet dimidium caput) *Hemicrania.* est gravissima species cephalalgiæ; præmissis universalibus experimentum est singulare, cataplasma factum ex *rad. cucumeris asinini* vel *brion. cum verben. & absynth.* &c. Hemicraniis deploratissimis (inquit *Turner*) laborantes *Arteriotomia*, (vid. Art. 50.) aliis omnibus incassum tentatis, feliciter liberavi, idemque ab aliis præstitum novi. p. 365. vol. 1. Si dolor capitis sit in modum hemicraniæ (inquit *Chesneau*) & parvum locum occupet, etiamsi, si adsit febris continua, nihil applicatione *ranunculi* præstantius inveni, universalibus præmissis, dolorem ad miraculum tollit; ad hunc modum utor, derasis capillis, si sit locus pilosus,

Digitized by Google

parti dolenti imponatur quodvis emplaſt. adhæſivum cum foramine in medio ad amplitudinem denarii, ut in applicatione *Pyrotici* ſolet fieri; deinde ſupra foramen applicentur *folia ranunculi contuſa, multo ſucco madentia;* in tenero loco & depilato duarum horarum ſpatio cutem aperit; in capite vero, ubi pili naſcuntur, non facile aperit, ſed parte in tumorem elevata dolorem ſedat. Hoc unum advertendum, ut circa oculos ponatur parva quantitate propter palpebrarum & partium circumjacentium inflationes, quas gignit, ſtupendas, nullius tamen periculi.

BAGLIVUS.

Dolor capitis ob nimium fibrarum ſenſum.

Art. 9. Sunt qui ob nimium ſenſum, ſive fibrarum ariditatem, capitis dolore laborant; in quo caſu, quoniam dolor ſolidi vitio potius quam fluidi oritur, ad *narcotica* libenter veniendum; nam tuto applicari poſſunt, quoniam non aliud debent efficere, quam obtundere nimium fibrarum ſenſum, ter aut quater obſervavi dolores capitis pertinaciſſimos, & fere ad maniam accedentes, irritis aliis, ſolo *pulv. de Guttet.* ad ℥j. dato feliciter ceſſiſſe.

FARRAGO.

Euporiſton.

Art. 10. „Acerrimi dolores capitis *euporiſto* ſanari „poſſunt, nempe *ſtrophiolo aqua frigida madido* col„lum circumdante, & cum a nativo calore incaleſcit „linteum pro novo permutandum, unde dolor quaſi „excantatus deſinit, & rediens eodem ſtratagemate elu„ſus fugatur; [*ſed temerarium eſt experimentum.*]

Arteriotomia.

Art. 11. In hoc malo *Pariſiis* nihil frequentius, quam *ſectio arteriæ temporalis;* aliquando chirurgus transverſim ſecat, idque felicius quam ubi punctum incidit, ſic enim magis coëunt diviſæ arteriæ partes. *Trophimus Serrier.* M. *Homberg* memorat exemplum *Cephalalgiæ pertinacis* ac inveteratæ per combuſtionem accidentalem curatæ.

Art.

Digitized by Google

Art. 12. Camphora in ſpiritu quolibet cephalico, & naribus attracta cephalalgiam ſedat. *Greenfield.* *Remedia.*

Art. 13. Succus *hederæ terreſtris* naribus attractus, cephalalgiam penitus aufert, *Raii* hiſt. plant. videatur locus, p. 567. *Varia.*

Art. 14. In cephalalgia habituali & pertinaci pulvis *mari ſyriaci* eſt fere ſpecifieum doſ. 3ß. ut ab amico medico accepi. *In Cephalalgia habituali.*

VIGILIÆ NIMIÆ, SEU PERVIGILIUM;

Inter legendum & ex Obſervatione.

Art. 15. Interdum eſt morbus ſolitarius ſine alia evidente ægritudine; ita tamen, ut nonnulli iſtud ſine moleſtia ſingulari ferant; alii vero mox languorem & appetitum proſtratum inde percipiunt; ab alio morbo fere ſemper pendet. *Vigiliæ nimiæ.*

Art. 16. Quod caret alterna requie durabile non eſt. *Prognoſis.*

Art. 17. Melancholici, maniaci & ſimiles, præ aliis, moleſtiſſima patiuntur pervigilia; ita ut quidam melancholicus per quatuordecim menſes fuerit vigil & inſomnis; & tales utut per longum tempus in continuis ſint vigiliis; hoc malum tamen ſine inſigni virium debilitate perferunt. *Quibus potiſſimum accidunt.*

Art. 18. In ſenum vigiliis non *anodyna*, ſed *confortantia & aromatica*, *analeptica* ex *vino dulci*, &c. ſunt optima. *Senum vigiliæ.*

Art. 19. Per ſomnum non ſolum in ventriculo, ſed etiam in vaſis omnibus totius, & toto denique corpore, fiunt concoctiones meliores, quam in vigilia inquit *Galenus.*

Somnus naturalis eſt ſtatus corporis, in quo imminutus eſt ſpirituum influxus in organa externa, nempe reſpectu motus eorum in vigiliis, non tamen penitus abolitus eſt. In ſomno omnes ſecretiones excepto *Somnus quid & ejus commoda.*

Digitized by Google

ſudore vel inſenſibili perſpiratione, minuuntur. Somnus moderatus ad ſanitatem plurimum confert, coctiones perficiendo, & vires redintegrando.

MORBI SOPOROSI.

Inter legendum & ex Obſervatione.

Morbi ſoporoſi. *Art. 20.* Coma ſeu cataphora, lethargus & carus ſunt affectus ſoporoſi ſecundum magis & minus potius quam eſſentialiter a ſe invicem diſcrepantes; in hoc conveniunt, quod *ſudorem morbificum* inducant; fiunt ut plurimum ab una eademque cauſa, nimirum pituita in cerebro collecta.

Coma. *Art. 21.* Coma eſt ſomnus profundus, a quo tamen æger excitatur, & oculos aperit, & reſpondet, iterumque mox profunde obdormit.

Lethargus. *Art. 22.* Lethargus comati ſimilis eſt, ſed cum febre & delirio conjunctus; lethargici (*inquit Aurelianus*) leviter ſunt excitandi ſuis nominibus exclamati; etenim jugiter titillatu, vel impreſſione forti ac punctionibus hoc facere, nihil aliud erit, quam ſtricturam aſperare ob inquietudinem vexationis: blando articulorum fricamento utendum eſt, linguæ aſperitatem vel ariditatem *ſpongia infuſa aqua calida* humectemus, &c.

Carus. *Art. 23.* Carus eſt ſomnus adhuc profundior ſine febre, ex quo æger excitatus oculos vix aperit, & non reſpondet; attamen vellicatus ſentit, integra manente reſpiratione; eſt proximus ad *apoplexiam* gradus.

Curatio horum affectuum. *Art. 24.* Ex his affectibus, eorum cura, qui a febre pendent, & ſunt ejusdem ſymptomata, in capite de febribus recenſetur; & reliqui, qui febre carent, tanquam leves *apoplexiæ* gradus ſpectari poſſunt. Ubi morbi ſoporoſi aliis morbis, febribus, &c. ſupervenĭunt, non temere ſecanda eſt *vena*, ſed *Purgatio* inſtituenda, & quidem in his caſibus medicus magni nominis D. *Radcliff reſin. Jalap.* ℈j. auſus eſt exhibere ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſu mirabili. Int caro, lethargo, aliisque ſoporoſis morbis *acetum naribus inſufflatum* plus excitat quam ſpiritus quilibet volatiliſſimus Alkalinus.

Art. 25. Coma vigil eſt, quando adeſt quoad externa ſenſuum organa ſomnolentia ſumma, quoad interna perpetuae vigiliae; aeger clauſis oculis permanet, et ſomnum capere videtur, attamen dormire nequit, variis imaginibus & deliramentis impeditur; raro eſt morbus *ſolitarius*, ſed potius *ſymptoma* febricitantium; ſignum eſſe ſolet imminentis *Phrenitidis*. *Coma vigil.*

VERTIGO.

Willis.

Art. 26. Vertigo eſt affectio, in qua objecta viſibilia circumrotari videntur, ſentiuntque affecti perturbationem ſeu confuſionem ſpirituum animalium in cerebro, ut nervos non rite influant: quare facultates viſivae & locomotivae ſæpe aliquatenus vacillant, ut laborantes corruant, & non raro a tenebris obfuſcentur. *Vertigo.*

Art. 27. Quoad morbi hujus ſedem notabile diſcrimen occurrit; frequenter enim *anterius* conſita eſt, & vix omnino *caduca* eſt, & therapiam admittit; quandoque autem *poſterius* orta longe periculoſior exiſtit, & non raro in *apoplexiam* vel *paralyſin*, aut in morbum *convulſivum* tranſit. *Prognoſis.*

Art. 28. Pro vertiginoſo poſt alia incaſſum tentata hunc in modum præſcripſi; *Curatio ſingularis.*

℞ *Pulv. rad. Pæon. mar.* ℥ij.
Hor. ejusd. ℥j
Sterc. Pavon. albiſſ. ʒß
Sacchar. albiſſ. ℥ij.
M.

Doſ. circiter coch. j. bis in die ſuperbibendo hauſt. decoct. *ſalviae* aut *rorismarini*, *Coffee tinctura* impræ-

Digitized by Google

gnati; vix credibile est quantum ab hoc remedio juvamen receperit, post mensem sanus evasit.

ETTMULLER.

Tres gradus hujus morbi.

Art. 29. Vertigo a vertendo; omnia enim in hoc affectu circumrotari videntur; attamen non semper adest talis circumgyratio; sufficit enim motus *tremulus & undulatorius*. Tres sunt gradus, 1. *Vertigo simplex*, quando sit saltem circumgyratio subito evanescens. 2. *Vertigo tenebricosa* seu *scotomia*, quando oculi caligine obscurentur, aut appareant coram oculis varii colores. 3. *Vertigo caduca*, quando æger protinus concidat, atque hæc ad *epilepsiam* quam proxime accedit. (96.)

Eventus.

Art. 30. Cum res externæ gyrari videntur, hoc fit in oculo non in cerebro, non enim in cerebro videmus. [de *Ætiologia* hujus morbi ex tunicæ retinæ dimotione videatur *Bellini*.] Vertigo gravior & diuturnior ut plurimum in senibus *apoplexiam*, in junioribus *epilepsiam* prænuntiat, modo *anteriorem*, modo *posteriorem* capitis partem affligit, illa est curabilior, hæc periculosior.

Curatio.

Art. 31. Vertigo frequenter fit per *consensum* a vitio stomachi, vel primarum viarum, in hoc casu convenit *vomitorium*, remedia *stomachica specifica*, *antiepileptica*, &c. Pro cathartico *extractum hellebori nigri & mercurius dulcis*; convenit *venæ sectio* in plethoricis; *sternutatoria* sunt præcipue vitanda. Præmissis ergo præmittendis ad *stomachica & specifica* deveniendum est, *semen sinap.* omni mane comestum est egregium, item *aromatica*, *confectio alkerm. cinnab. antimon. radix Pæon. flores lilior. conval. salvia*, *rosmarinus*, *stercus Pavonis* est specificum nobile; *cinnab. nativ. spiritus & salia volat. Succinata*, &c. laudantur.

SYDENHAM.

Apoplexiæ signa.

Art. 32. Somnus est profundissimus & omnimoda sensus

ſenſus & motus privatio, excepta reſpiratione, quam habent difficilem cum ſtertore.

Art. 33. Mittatur ſanguis e brachio ad ℥xij. quam primum, ac poſtea ex venis jugularibus ad ℥viij. deinde *vomitorium* ex ℥ß vel ℥ij. *Infuſ. Croc. Metal.* propinetur ſtatim. *Emplaſt. Epiſpaſtic.* ſatis amplum ac forte cervici applicetur. Dum hæc aguntur erectus ſedeat æger in lecto, nec ſtragulis nimis obrutus. *Sp. ſal. Ammonic. optime rectificatus* admoveatur naribus. Finita vomitorii operatione, ſubinde exhibeatur Coch. iij. vel iv. ſequentis Julapii. *Curatio Apoplexiæ.*

℞ *Aq. Rutæ* ℥iv.
—— *Bryon. compoſ.*
—— *Antiepilept. Lang. ana* ℥j.
Sp. C. C. gutt. xx.
Sacchar. Cryſtal. q. ſ.
M. F. *Julapium.*

Vel *Cochleare* j. *ſp. Lavendulæ Comp.* per ſe propinari poſſit bis vel ter durante paroxysmo, hora dimidia vel integra interpoſita. Cavendum eſt, ne Cardiaca plus juſto calida ac nimis frequenter (uti mos eſt) exhibeantur; nam quacunque demum ſpecifica virtute pollere videantur, plus damni quam emolumenti ægro apportant, utpote quæ humores fundere (ac proinde malum augere) apta nata ſunt: quod etiam incommodum non minus infertur ex nimia ſtragulorum congeſtione. Paroxysmo jam finito; ad præcavendam recidivam ſequentia exhibeantur. ℞ *Pulv. Coch. maj.* ℈ij. Cap. tertia quaque die per 6. vices hora quarta matutina, ſuper dormiendo.

℞ *Conſerv. flor. Salv.*
—— *Rorismarin. ana* ℥j.
—— *flaved. Aurant.* ℥vj
Nuc. Moſchat. condit.
Zinzib. condit. ana ℥ß.
Theriac. Androm. vet. ℥ij

Digitized by Google

Pulv. Elect. Diamb.
—— *Diamosch. dulc. ana* ℥j.
Syr. conditur. Citr. q. s.
M. F. Opiata.

Capiat ad magnitudinem Castaneæ mane & sero superbibend. *Aq. Epilept. Langii Coch.* ij.

℞ *Ambr. grif.* ℈ß
Ol. destill. sem. Anisi,
—— *Cinnamomi,*
—— *Nuc. Moschat. ana gutt.* ij
—— *Caryophil. gutt.* j
Sacchar. in aq. flor. aurant. solut. ℥iv
M. F. S. A. Tabellæ,

Quarum capiat unam ad lubitum.

Ab usu potus generosioris cujusvis sibi temperet, vescatur jusculis avenaceis, hordeaceis, ut & pullis gallinaceis confectis, & quandoque etiam præcipue inter purgandum) carne pullorum, agnorum, ac id genus ciborum eupeptôn.

MAYERNE.

Methodus medendi.

Art. 34. Methodus medendi in vertigine hoc modo se habet; si adsit plethora, sanguis mittendus est; post *venæ sectionem*, (si necessaria sit) præsentibus nausea vel appetitu prostrato, vel aliis affecti ventriculi indiciis *emeticum* propinandum est: deinde *purgatio* per sedem instituenda, & postea *specifica* exhibenda. *Calamus aromaticus* quocunque modo sumptus ad vertiginem valet, imo pro secreto habetur. Medicus quidam *Germanus* multos vertiginosos curavit pil. sequent. per plures dies exhibit. (Si recte conjecturam faciam *vide locum* p. 43.)

℞ *Sacchar. saturni* q. v.
Tereb. Cypr. q. s.
M. F. Pil.
dosis una gr. iv. vel v. pendens.

D. Glisson

Digitized by Google

D. *Gliſſon* Cantabrigienſis medicinæ profeſſor, gravi vertigine per tres ſeptimanas conflictatus, irritis aliis remediis, vertici raſo appoſuit empl. ex *flor. ſulph. & album. Ovorum*, a quo ſanatus eſt, ut ipſe retulit D. *Bate*, *Pyroticum* vel *ſetum* applicetur poſteriori collo; *cauterium* bregmati poſt omnia. *Electuarium epileptic.* (16. 89.) *elect. peruv. epileptic.* (16. 94. &c.)

APOPLEXIA.

COELIUS AURELIANUS.

Art. 35. „Apoplexia eſt repentina ſuſpenſio omnis „ſenſationis, & privatio motus totius corporis excepto „cordis & pectoris, quæ frequentius motu ſolito for- „tiori ac violentiori aguntur.„ Apoplexia ita dicitur, quod tanquam ex lethali percuſſu repentinum faciat caſum. Signa præſagientia aliquando nulla; interdum vero gravedo, vel dolor capitis, aut vertigo, aut aurium tinnitus, in ſolitos uſus difficilis motus, vultus mœſtitudo, ſaltus membrorum præcipue labiorum, tremula locutio, oblivio mox dictorum, vultus plenitudo; ſed hæc ſymptomata ſunt etiam communia in *epilepſiam* vel *maniam* venturis. „Torpores & ſtupores (inquit *Hippocrates coac.*) præter conſuetudinem advenientes, fu- „turam *apoplexiam* vel *paralyſin* denuntiant. *Definitio.* *Apoplexiæ ſigna præſagientia.*

Art. 36. In paroxyſmo ægri voce privantur, & mente capti repente cadunt, immoti, reſpiratione & pulſu tantum ſuperſtitibus, color plumbeus, atque involuntaria illacrymatio; creſcente morbo, vultus adductio, ita ut longior nota videatur imago, præcordiorum prominentia, & totius corporis frigidus torpor, pectoris ſtridor, & ſuperiorum partium ſudores frigidi. *Paroxyſmus.*

BOERHAAVE.

Art. 37. Cauſæ Apoplexiæ frequentiores ſunt, 1. Polypoſæ ſanguinis concretiones. 2. Spiſſitudo inflammatoria *Cauſæ frequentiores.*

Digitized by Google

matoria cruoris. 3. Craſſa glutinoſa, pituitoſa, iners totius ſanguinis natura. 4. Simplex plethora vaſorum a quacunque cauſa. 5. Tumores intra cranium nati [quibus addi poſſunt ſanguinis vel ſeri *extravaſationes* ex *contuſionibus* vel *concuſſionibus* vi externa impreſſis, & innumeræ aliæ *cauſæ latentes.*]

Diviſio Apoplexiæ. *Art. 38.* Diviſo Apoplexiæ in *ſanguineam* & *pituitoſam* eſt utilis, ſed non perfecta diviſio; quum & *ſeroſa*, & *atrabilaria*, & *polypoſa* fit, & *alia.*

Prognoſis. *Art. 39.* Lenis Apoplexia ſolvitur ſuperveniente ſudore multo calido, æquabili, urina multa, craſſa, hæmorrhoidum, menſium vel alvi fluxu; vel febre magna. Paulo gravior ſolet mutari in *paralyſin* alicujus partis muſculoſæ; totius lateris unius, unde *hemiplegia;* vel omnium partium infra caput; unde *paraplegia*, quæ raro curatur, ſemperque memoriæ, judicii, motuumque læſiones relinquit. Exquiſita apoplexia in mortem cito finitur raro ſeptimum diem excurrens.

Curatio varia. *Art. 40.* Curatio varianda eſt pro ratione cauſarum; ſi a cauſa frigida, pituitoſa oriatur, conandum eſt ſtatim, ut preſſio lentoris glutinoſi a capite avertatur per derivationes in alia & oppoſita loca, & per *evacuationes univerſales;* in uſum veniunt *veſicantia*, *cauſtica*, *fricciones*, *ligaturæ*, *apophlegmatiſmi*, *ſternutatoria*, acerrimi uſurpandi *ſtimuli* quicunque, *vomitoria*, *purgantia valida*, *clyſmata acria*, &c. In uſu tamen horum omnium augetur ſæpe malum, materie magis mota & impacta, viribus tamen mox projiciundis per evacuantia: hinc in concilianda diſſolutione ſemper *evacuationi* & *avulſioni* ſtudendum, quantum res pati queat; inde regula [*Hippocratis*] *venæ ſectio*, ni juvet, occidit [& *Celſi* occidit vel liberat.] Si vero a cauſa calida oriatur, & morbus inflammatorius videatur, tum illico mittatur ſanguis magna copia ex *venis jugularibus*, & repetatur pro re nata, unde, ſi morbus ſit ſanabilis, levamen accipiet; diarrhœa omni arte obtineatur; *di-*

luentia.

Digitized by Google

luentia, *attenuantia*, & *diuretica* ingerantur; detineatur æger, quantum fieri potest e lecto, saltem a decubitu declivi. De reliquis lector ipse consulat auctorem.

ETTMULLER.

Art. 41. Signa Apoplexiæ aliquando probabiliter futuræ sunt dolor capitis, vertigo, tumor carotidum, memoriæ debilitas, spontaneæ oculorum illacrymationes, scotomiæ, incubus, vocis tarditas & hæsitantia, oris distortiones, dentium stridores in somno, stupor frequens brachii aut pedis, aut etiam refrigeratio extremarum partium. *Hujus affectus prodromi.*

Art. 42. In hoc affectu omnes functiones animales subito cessant, homo quasi fulmine percussus & attonitus in terram jacet, sine motu (hinc dicitur morbus *attonitus & sideratus*) respiratione ipsa plus minus imminuta cum vel sine stertore, pulsu adhuc nonnihil vegeto, & perquam duro, nisi in casu admodum periculoso, ubi deficit; color faciei & oculorum ut plurimum rubet, facies tumida; æger profunde dormit, & nequit suscitari; interdum resolvitur vesicæ & ani sphincter; supervenit tandem spuma circa os. *Paroxysmus.*

Art. 43. Hemiplegia seu hemiplexia est, quando solummodo dimidium capitis & reliqui corporis afficitur [more *Apoplexiæ*]. *Hemiplegia.*

Art. 44. Apoplexiæ causæ proximæ sunt vel impeditus spirituum animalium motus in cerebro, vel impeditus sanguinis circulus per cerebrum; Venus nimia potissimum in senibus ad Apoplexiam multum disponit, ut & animi affectus graviores, ira, &c. Contusiones & concussiones capitis, scabies retropulsa, vapores mercuriales, Gas seu halitus carbonum. *Apoplexiæ causa.*

Art. 45. Apoplexia est morbus admodum hæreditarius, omnes, qui Apoplexia moriuntur, suffocati intereunt, unde quo *liberior est respiratio*, eo major est spes salutis, & contra; spuma circa os est fere semper signum lethale. *Est morbus hæreditarius.*

Art. 46.

Digitized by Google

Curatio. *Art. 46. Barbette* in curanda Apoplexia *inunctionem mercurialem* commendat, metus est de *vomitu* exhibendo, ne suffocatio acceleretur, quod non paucos medicos deterret. In Apoplexia *sanguinea* venæ sectio est necessaria, in *pituitosa* omittenda, quoniam nociva est, sed potius exhibendum est *vomitorium antimoniale*; æger non debet in lecto decumbere, sed erectus sedere; *enemata acriora* sunt injicienda parata ex *lavend. rut. majoran. nicotian. rad. pyreth. irid. noſtr. vin. benedict. ſal. gem. pulp. colocynth. in petia ligat.* &c. In ipſo paroxyſmo non neglectis univerſalibus conducunt *ſalia volatilia*, *ſudorifera*, ſpeciatim *aurum diaphoret. Poterii*, *cinnabarina*, *ſpecies diambr. confect. alkerm. ſudorifera ex lignis* declinante paroxyſmo aliquamdiu continuata ſunt maxime proficua.

Prophylaxis. *Art. 47.* Pro præſervatione, præmiſſis rite univerſalibus præ reliquis multum laudatur frequens *ſalviæ* uſus quocunque modo; in *cubebis*, *cardamomo*, *ſem. ſinap.* & *erucæ* ſingulares latent vires maxime in ſenibus in forma pulv. vel aliter in vehiculo appropriato aſſumptis. „Item *fonticuli inter ſcapulares* hodierno uſu „comprobantur.„ *Ettmuller.*

Cole.

Cauſa Apoplexiæ ſingularis. *Art. 48.* Auctor putat acerbum frigus & gelu diutinum Anno 1683. numerum *apoplecticorum* annis ſuccedentibus adauxiſſe.

Art. 49. Potio infuſionis *rorismarini*, *ſalviæ*, *beton. lilior. conval.* &c. inſtar *Theæ*, item *Coffee*, & fumi ſuctio *nicotianæ* ad præcavendam Apoplexiam laudantur; *balſama odorifera*, Apoplectica dicta, & uſus *ptarmicorum* inordinatus damnantur. *De larga ſanguinis miſſione.* Sanguinem detrahit manu maxime liberali ad uncias ſcilicet, 30, 40, 50, imo 60, hancque praxin non modo ex propria experientia ſtabilire ſatagit, ſed etiam auctoritate Celeberrimi D. *Gibbons*, neque in junioribus tantum, verum etiam

Digitized by Google

etiam in ætate provectioribus injungit; & instantiam profert cujusdam annum 77um agentis, a quo sanguinis inter 20 & 30 uncias detraxit, & tantundem alia vice intra ejusdem septimanæ spatium ob *vertiginem* aliqualem superstitem.

CATHERWOOD.

Art. 50. Auctor pro virili conatur, & nullum non movet lapidem *arteriotomiam* introducere, tanquam *Phlebotomia* longe præstantiorem in hoc morbo curando; locum designat in arteria temporali, operationemque neque difficilem esse, neque periculosam asserit: accurate digitis detinenda est arteria, ne subvolutet, & vulnus infligendum est non punctura, sed per incisionem cum dextra mucronis lanceolæ elevatione, detracta sufficiente sanguinis quantitate, premendum est vulneris orificium in os temporale cum digito maximo, quo *thrombus*, si accidat, cito dissipabitur, & fere momento temporis fluxus sistetur. *Arteriotomia.*

Art. 51. „Verum enimvero mihi videtur Author „noster meras umbras consectari, ut Hercules strami„neus appareat; novam crepat methodum; sed quo„modo stabilitur hæc praxis? Inter paucas, quas addu„cit hoc affectu laborantium, historias, unicam tantum „per *arteriotomiam* curari affert; sed de his non libet „morari. Utcunque vero res se habeat, minime futu„rum videtur, (ut recte admonet D. *Freind*,) ut nostri „unquam homines huic Medicinæ generi assuescant. *Cui commodo adhibeatur ista praxis, dubitatur.*

FARRAGO.

Inter legendum & ex Observatione.

Art. 52. In paroxysmo apoplectico intumescunt venæ jugulares necnon pulmonum, quæ non raro rumpuntur in apoplexia demortuis. In defunctorum cadeveribus sæpissime repertum est *serum viscidum* in cerebri ventriculis *Varias mortis causas detexit anatomia defunctorum.*

Digitized by Google

ventriculis, aliquando *ſanguinis* ingens copia in ſinubus, aliquando *Tumoris* ad pugni magnitudinem juxta conarium inter cerebrum & cerebellum; talis (obſervante *Drelincurtio*) ſemeſtri ſpatio primo *cæcitatem*, dein *ſurditatem*, ſubinde ſenſuum omnium *abolitionem*, & poſtremo *necem* intulit. In cerebro apoplexia mortui *(inquit Cheſelden)* obſervavi univerſa vaſa ſanguifera plurimum diſtenta, ventriculos, ipſamque cerebri ſubſtantiam lympha ſupra modum abundantes, & duram meningem magnopere incraſſatam &c. *Vomitoria* (inquit *Dolæus*) experientia teſte, quicquid reclamet *Sylvius*, divinam afferunt opem. „Nullum eſt „potentius remedium *vino emetico* in omni ſoporoſo „affectu doſ. ʒiſs. vel ʒij. per os, ʒiij. vel iv. in ene„mate. Si injecta enemata præter rationem moram „faciunt, ſollicitanda eſt dejectio acribus ſuppoſitoriis, „ſpeciatim incidatur fruſtulum *ſaponis Venet.* in formam „Glandis.„ *Venæ ſectionem* in omni *Apoplexia*, & in omni ætate, & in ſumma quidem ſenectute admittimus; timidis, loco hujus, *hirudines* vel *cucurbitulas* concedimus.

Pulſus fortis ſæpe decipit inexpertos.

Art. 53. Rhodius obſervavit, quod in omnibus affectibus *comatoſis*, præcipue *lethargo*, & *apoplexia*, pulſus dum ex parvo fiebat magnus, & ſenſim in magnitudinem creſcebat, ægrotantes brevi moriebantur; pulſus etenim in hoc affectu eſt ut plurimum fortis & plenus, quod multos decipit.

Nota bene.

Art. 54. Apoplexia demortui ante triduum non ſunt ſepeliendi, quia omnes humores intra illud ſpatium moventur, & nonnulli ante illud tempus revixiſſe obſervati ſunt, *Barbette*. Linimentum ſequens ut ſpecificum in *Lethargo & Apoplexia* habetur.

℞ *Ol. ſuccin.*
—— *Spic.*
—— *Caſtor. ana* ʒij.
—— *Flor. hyperic.*
Succ. Rut. expreſſ. ana ʒiij.
M. F. *Linimentum.* Illinatur

Digitized by Google

Illinatur cervix, &c. Idem ſummum & fere unicum remedium in Apoplexia ſunt *cucurbitæ* capiti impoſitæ. *Riverius*, *Zacutus Luſitanus*, &c. Cum morbi vis maxima eſt, admoveatur *cauterium actuale* inter primam & ſecundam nuchæ vertebram.

Art. 55. Remedia ſequentia interdum pro re nata in uſum adduci poſſunt; *antimon. diaphoret. antihecticum Poterii*, *aurum fulminans*, *aurum moſaicum*, *cataplaſma ſuppedale*, *cataplaſma de halecibus*, *elaterium*, *elect. antiapoplecticum emplaſtr. cephalicum*, *elixir pæon. nynſicht. enema acre*, *enema apoplecticum*, *ens veneris*, *flores ſalis armoniac. martiati*, *gargariſma ad pituitam*, *infuſum cephalicum*, *pil. volat. ſternutatoria omnia* (*flores Benzoin* aliis ptarmicis adjecti illa multo efficaciora reddunt) *pulv. de gutteta*, *tinctura epileptica*, *vinum benedictum*, &c. *Remedia varia.*

HEMIPLEGIA, PARAPLEGIA, SEU PARAPLEXIA.

ETTMULLER.

Art. 56. Paraplegia ſeu paraplexia & apoplexia particularis, in altero tantum latere hemiplegia nominantur. Interdum afficitur totum corpus, excepto capite, ex obſtructione ſpinalis medullæ; frequentius eſt morbus *ſecundarius* interdum vero *primarius;* ſenſus vel motus vel alteruterque vel totaliter, abolentur, vel multum imminuuntur. *Ratio nominum.*

Art. 57. Paraplegiæ, quæ *apoplexiam*, *epilepſiam*, aliosque morbos immediate ſequuntur, vulgo *paralyſes* vocantur, ſed *paralyſis* eſt longe alius affectus, ut infra manifeſtum erit. (59.) *Paraplegia ab Apoplexia differt.*

Art. 58. *Vomitus* in omni paraplexia convenit & *purgatio* ad primarum viarum emundationem; *venæ ſectio* convenit in plethoricis; proximo loco *ſudorifera* valde conducunt, cum ſpecificis interſperſis, decoctum *ſaſſafr.* cum *roremarino* & *bacc. juniperi;* aliquando *Curatio.*

Digitized by Google

datur *aurum fulminans* ad gr. iij. vel iv. de reliquis internis medicamentis vide *apoplexiam & paralysin*; balnea ex *formicis* re vera singulare quid obtinent in *paraplegia* curandis.

PARALYSIS ET PARESIS.

ETTMULLER.

Paralysis & Paresis.

Art. 59. Paralysis est gravior, & paresis levior affectus; paralysis proprie est resolutio & relaxatio ligamentorum & membranorum motui inservientium, non ab obstructis nervis proveniens, sed a mera membranacearum & nervearum partium resolutione, & sic a *paraplegia* distinguitur, quæ ab obstructione nervorum exoritur; hæc sequitur *apoplexiam*, *epilepsiam*, *convulsiones*, *vertigines*, &c. qui affectus in se mutuo sunt permutabiles, & plerumque desinunt in *paraplegiam*; Illa vero sequitur alios morbos longe diversos; videlicet *scorbutum*, *malum hypochondriacum*, *colicam*, & frequentior est in regionibus, ubi vino & spiritibus indulgent, aut oritur etiam subinde a causis externis; ex fumis metallicis, &c.

Curatio difficilis.

Art. 60. Paralysis cæteris paribus facilius curatur quam *paraplegia*, quæ plerumque omnem medici operam eludit; motus saltem amissus, superstite sensu restituitur; *tremor* superveniens est bonum signum recuperandi motum, Atrophia vero aut frigiditas pessime ominatur.

Curatio.

Art. 61. Purgatio lenis tantum institui debet cum *mercurio dulci & extracto hellebori*, *specie diaturb. cum rhabarbaro*, *pil. fœtid.* &c. & postea *sudorifera*, remedia *apoplectica*, & *epileptica*, *viperina*, *succinata*, *lumbricalia*, ex *milleped.* & *formicis* parata, *antimonialia*, *martialia*, *bezoardica*, *aurum diaphoreticum*, *antiscorbutica*, & *specifica* in sero lactis cocta, quando a *dolore colico* ortum ducit; & externe pro abdomine illinendo

Digitized by Google

nendo *galbanetum Paracelsi.* (16. 150.) In genere *urticatio* membri resoluti est maximi usus, expertus loquor. *Thermæ naturales*, balnea ex *formicis* parata, *unguentum martiatum*, *nervinum*, *paralyticum*, &c.

WILLIS.

Art. 62. Paralysis est partium nervosarum a debita distentione resolutio, sive relaxatio; cujus ratione motus & sensus, nempe aut alter tantum, aut simul uterque, in toto corpore, vel in quibusdam partibus, debito more exerceri nequit. *Definitio paralyseos.*

Art. 63. Mentis hebetudo, oblivio & stupiditas, frequenter in paralysin mutantur. Paralysis aliis affectibus frequentius supervenit, quales præcipui sunt *carus*, *apoplexia*, *scorbutus*, *convulsio*, *colica*, *arthritis*, &c. *Unde provenit.*

Art. 64. Paralysis ab apoplexia, caro, convulsione, colica, aliisque cerebri, aut systematis nervosi affectibus supervenies, si non brevi tempore in melius alteretur, aut medicamentis cedat, plerumque insanabilis perstat; hominibus provectæ ætatis, cacochymicis, valde scorbuticis, aut intemperatis accidens, etsi affectus haud immanis fuerit, difficile tamen curatur. *Difficile curatur.*

Art. 65. *Phlebotomia* passim non omnibus convenit; & si hanc vetamus, non tamen ob eandem cum veteribus rationem, supponendo paralysin esse morbum frigidum; præmissis universalibus, scilicet *vomitorio* & *catharsi*, cerevisia medicata parari potest ex *salvia*, *beton.* *stachad.* *lign.* *sassafr.* *cortic.* *Winter.* &c. Quidam paralytici sunt frigidi, alii calidiores ex constitutione, ideoque remedia debent esse diversi generis, ut in ipso *scorbuto* evenire solet. Remedia in hoc affectu insigniora sunt *viperina*, *pulv. rad. serpent. Virgin. gum. guaiac. tinct. succin. sp. C. C. succinat. pulv. ari comp. chalybeata*, *antiscorbutica omnia*, *præcipue succi antiscorbutici cum aqua raphan. aurantiis*, &c. Externe *fotus*, *linimenta*, *cucurbitulæ*, *vesicatoria*, *urticationes*, item immissio *Curatur.*

Digitized by Google

membri resolutio in *grana hordei* post cerevisiam subductam, vel intra *ventrem* vel *thoracem bestiæ recens mactatæ*, aut denique *balneum artificiale vel naturale*. His non succurrentibus proveniendum erit ad remedia magna, videlicet *diaphoretica*, *salivantia*, *vomitoria fortiora*, &c. *sudorifica* usitatiora sunt decoctum *guaiac. spiritus & oleum ejusdem*, *mistura simplex*, *flores & spiritus salis armoniac. aurum diaphoreticum*, *sal. viper. bezoar. min. tinct. antimon.* &c. Nullum datur præstantius remedium quam *thermæ nostræ Bathonienses*; quosdam tamen deterius reddunt. „Pro pauperibus „& nimis procul a *Bathonia* degentibus *Thermæ artifi-* „*ciales* ad imitationem naturalium ad hunc modum „fieri possunt;

℞ *Calc. viv.* ℥iv.
Sulph. viv. pulv. ℥ij.

„*Coq. paulisper in aq. commun. cong.* xx. *vel* xxx. *pro semicupio.* De *salivatione* vide locum. p. 155, 157.

Inter legendum & ex Observatione.

Casus paralyseos. *Art. 66.* A spirituum inopia fit paralysis, ut in senectute valetudinaria, post immodica sanguinis, liquoris genitalis &c. dispendia; e sanguine enim effœto pauci spiritus in cerebro procreantur.

Papillæ cutaneæ tactus organum. *Art. 67.* Credibile est papillas cutaneas esse tactus organum, ideoque hic ratio reddi potest, cur superstite motu sensus potest aboleri, videlicet quia motus per nervos fit, sensus per papillas hasce.

Remedium ex formicis & ex semin. sinap. *Art. 68.* Ad membra paralytica plurimum valent fomentationes quotidianæ ex *formicis* & earum *cubilibus* in aq. font. coct. interdum præsentaneam opem & firmum constansque robur partibus affectis afferunt. eodem tempore usurpetur oleum sequens, ℞ *Sem. sinap. parum contus. q. v. sp. lavend. q. s. ut* madefiat infunde frigide per hor. 24. deinde oleum prelo exprimatur, cum quo inunge cervicis vertebras & spinam dor-

Digitized by Google

dorsi & etiam partes affectas. Si membrum paralyticum extenuetur, vix aut ne vix quidem restituitur.

Art. 69. In Paralysi linguæ solus succus *salviæ* obmutescentiam solvit; sequente gargarismate felici cum successu in praxi aliquando usus sum. *Paralysis linguæ.*

℞ *Fol. Salviæ*
—— *Rorismarin. ana* mj.
—— *Hyssop.*
—— *Puleg. ana mss.*
Sem. Staphid. agr.
—— *Sinap. ana* ʒß
Coq. in q. s. aq. font. ad ℔j
Colaturæ add. *succ. salviæ depurat.* ʒij
Oxymel. Scillit.
Aq. regin. Hungar. ana ʒj
Syr. stœchad. ʒiij
M.

Teneat coch. ij. in ore aliquamdiu & deinde exspuat, idque fiat frequenter in die.

Art. 70. D. *Harris* in observationibus de morbis gravioribus asserit *terebinthinam e Chio* in hoc affectu vires plane admirandas obtinere; atque hunc in modum præscribit. *Vires Terebinthinæ e Chio.*

℞ *Tereb. e Chio* ʒiij
Solve in vitel. ov. immiscendo
Syr. de stœchad. ʒj
Aq. lact. alex. ʒiv
M. F. haustus.

Singulis auroris capiend. ad quartam vicem. Addit præterea, se dedisse *tereb. Venet.* ʒvj. vel ʒj. in haust. similiter dissolut. non modo in *paralysi*, verum & in *arthritide*, & *rheumatismo* cum optimo successu.

Larynx, pharynx, & gula quandoque Paralysin patiuntur. Paralysis *laryngis* prohibet deglutitionem liquidorum, *Paralysis Laryngis.*

Digitized by Google

dorum, non vero ſolidorum, quoniam epiglottis non perfecte claudit rimulam laryngis. Paralyſis *pharingis* prohibet deglutitionem ſolidorum, non vero liquidorum. Paralyſis *gulæ* omnimodam deglutitionem tollit. Interdum deglutitio læditur ex contractura ſpaſmodica gulæ, quod hypochondriacis & ſcorbuticis eſt familiare.

Pharyngis & Gulæ.

Curatio. Epiſpaſtica ſunt applicanda; antiſpaſmodica & antiparalytica interne & externe uſurpanda ſunt; gargariſmata & linctus in loquela amiſſa convenientia hic locum habent; ſpeciatim *ſuccus ſalviæ cum nuc. moſchat.* caſtoreo frequenter & diu in ore detentus. „Cataplaſmate ſequenti in praxi noſtra quandoque uſus ſum:

℞ *Pulp. raparum coct.* ℥iv.
Herb. rut. contuſ. mij.
Sem. Sinap. ℥j.
Pulp. alb. Græc. Euphorb. ℥ij.
Sulph. viv. ℥iij.
Ol. Succin. gt. 100.
Ung. Nervin. q. ſ.

M. F. Cataplaſma gulæ applicandum.

FARRAGO.

Celſi obſervatio. *Art. 71.* Solent, qui per omnia membra reſoluti ſunt, celeriter rapi; at ſi correpti non ſunt, diutius quidem vivunt, ſed raro tamen ad ſanitatem perveniunt, & plerumque miſerum ſpiritum trahunt, memoria quoque amiſſa, *Celſus.*

Curandæ eſt, ut lues venerea. *Art. 72.* Cura hujus mali a curatione *luis venereæ* non abludit multum, adeoque *mercurialia, ſudorifera, decoct. e lign.* &c. proſunt. Externe *inunctiones, ſpirituoſa & penetrantia* non in parte affecta, ſed ſpina dorſi; ut *unguentum nervinum, martiatum, ol. tereb. ſal. volat.* &c. item maximo cum emolumento ſequens emplaſtrum ſpinæ dorſi admovetur.

℞ *Empl.*

Digitized by Google

℞ *Empl. de ranis cum quadruplo mercurio* ℥j.
Camphor. ℈ß.
Malaxetur cum *ol. ſuccin.* F. emplaſt. *Waldſchmid.*

Art. 73. Tinctura antiepileptica *Pitcarnii*, in cap. de *epilepſia* (104.) tradita, purgantibus, orba ab authore laudatur. *Tinctura Pitcarnii.*

Art. 74. Virtutes & uſus remediorum ſequentium lector ipſe expendat. *Cataplaſma de rapis, cinnabaris antimonii, emplaſtrum de pyrethro, enema apoplectic. enema terebinth. fotus ſpirituoſus, galbanetum Sennerti, gutta Goddartianæ, infuſum cephalicum, linimentum paralyticum, oleum lumbricorum* (per diſtillationem mira præſtat) *pulvis de gutteta, ſpiritus ſanguinis, ſucci ſcorbutici, tinctura cantharidum, tinctura epileptica, unguentum ad atrophiam, unguentum ſalino-volatile.* *Remedia alia varia.*

CATALEPSIS.

Art. 75. Catalepſis ſeu catoche, Latinis & Arabibus congelatio dicta, eſt affectus in quo ægri manent rigidi in eodem ſtatu, quo prehenſi fuerunt: interdum tamen nonnihil audiunt, vident, recordantur, & poſt narrant; ſi quid ori ingeratur deglutiunt, impulſi incedunt. Milites in obſidione Metenſi haſtam in manibus tenuerunt, equites turmam ſequebantur, non minus quam non congelati. Eſt morbus raro occurrens, ſatis acutus, intra 3 aut 4 ad ſummum dies jugulans, quandoque fit metaſtaſis in *epilepſiam*, *apoplexiam*, vel *melancholiam:* in genere pauciſſimi reſtituuntur; nemo liberatur, cui ſecundo catochus ſupervenit. *Catalepſis.* *Raro occurrit & rariſſime curatur.*

ETTMULLER.

Art. 76. Catalepſis ſeu catoche, eſt affectus rariſſimus, & ſumme mirabilis: in quo ceſſat omnis ſenſus internus, & externus, & motus, ita ut ægrorum membra rigida ſint, & inſtar ſtatuarum in ſua poſitura; impulſa tamen moventur, ſed tamen denuo in iſla per motum *Morbi deſcriptio.*

Digitized by Google

acquisita figura fixa permanent. Vulgo pro *ecstaticis* habentur. „In hoc affectu (inquit *Dolæus*) alvi ac „urinæ fit suppressio; respiratio tamen integra & illæsa „manet, ut & sanguinis circulatio: ægri vero immoti „manent instar *Marpessiæ cautis.*

Curatio. *Art.* 77. „Quoad curam, in genere ab omnibus practicis tam veteribus quam neotericis hunc morbum „ejusdem formæ medicamentis, quibus *apoplexiam* curari lectori patebit; unde jure merito *apoplexia inversa* nuncupatur. Remedia omnia prosunt, quæ „viscidum quodcunque incidere vel attenuare, & pro „ratione occasionis evacuare valent; excellunt *saliavolatilia;* conveniunt *vomitoria antimonialia, epispastica, antispasmodica, antiparalytica,* &c.

Boerhaavii *Sententia.*

Causa proxima. Hujus morbi causa proxima est immobilitas sensorii communis, prout primo momento insultus se habebat. Ergo sanguinis cerebrosi, glandularum cerebri, emissariorum ejus absoluta est quies, ut in initio. Omnes quidem in eo morbo functiones cerebri læduntur, & illæ, quæ inde pendent; soli musculi sic manent tensi, ut in initio erant; cæterum respiratio & pulsus supersunt, ac plerumque leves. Dissecta cadavera demonstraverunt arterias venasque cerebri valde turgentes fortiter impacto denso cruore; in morte plerumque finitur.

Curatio. Solvitur interdum *larga narium hæmorrhagia;* ideoque curatio tentatur hæmorrhagiæ ex naribus prolectu hæmorrhoidalis, menstruive fluxus prolectu; sternutatoriis, vomitivis; vesicatoriis; fonticulis [interscapularibus]; setaceis; victu humectante.

STUPOR SEU TORPOR, ET OBDORMITIO MEMBRORUM.

Stupor seu Torpor. *Art.* 78. Stupor est affectus, in quo deficiente in partibus sensu supersit motus. Curatur ut *paralysis.*

„Stupor

Digitized by Google

„Stupor vel torpor in genere eſt ſenſus vel motus, vel „utriusque imbecillitas, quæ quidem plerumque eſt ali„qualis paralyſis ſcorbutica inchoata; ſaltem iſtius morbi „plerumque eſt prodromus. Si plura ſimul occupet „membra, *hemiplegiam* aut *apoplexiam* minatur. Stupor „in facie *torturam oris* portendit.

„Huc quoque pertinet affectus a quibusdam *obdor-* *Obdormitio.*
„*mitio* membri unius vel plurium vocatus. Hæc ob„dormitio videtur eſſe affectus ex torpore & dolore „aliquali ſimul mixtus, qualis a cauſa externa plerum„que excitatur, compreſſione ſcilicet membri vel ner„vorum in eo, unde influxus ſpirituum animalium in„hibetur, qui poſtea laxatis nervis copioſe & ſubito in „illud recurrunt, & ſubitam alterationem faciunt, quam „dolor ille vel moleſtia ſequitur.

„Novi quendam fere ſexagenarium, qui *colica ner-* *Hiſtoria ſin-*
„*voſa diuturna* laboraſſet, nimirum triginta plus minus *gularis.*
„annos per menſes aliquot illum quotannis affligente, „in hunc affectum tandem incidentem ſilente fere co„lica, aut ſaltem leviter ac impotenter dolente, nempe „*in ſtuporem, torporem & obdormitionem brachiorum &* „*cruram, præcipueque manuum & tarſorum, & muſcu„lorum ocularium.* Huic imperavi *rhabarb.* ℈j. *vel* ℥ß. „alternis vel tertiis diebus hora aliqua antemeridiana „maſticare; opobalſami puriſſim. gt. xx. *vel* xxx. *in* „*ſacchar. cryſtal. inſtillat.* ſemel vel bis in die deglutire, „cereviſiam & ſpiritus ardentes omnimodas prorſus in„terdixi. Porro bis tantum in die victum capere con„ſului; jentaculum ſcilicet & cœnam idque ad inter„vallum *novem ad minimum horarum* omiſſo prandio; „Aquam Spadenſem inter cœnandum ad ſitim potare „loco cereviſiæ tenuis, vel aq. commun. atque ex hoc „methodo, dum hæc ſcribo, melius ſe habere videtur. „Vires *Piſſelæi Indici* nondum expertus eſt.

Digitized by Google

TREMOR.

ETTMULLER.

Tremor. *Art. 79.* Tremor est malum morbis *convulsivis* affine, in quo cum motu naturali & voluntario simul aliquid *convulsivi* concurrit; est affectus seipsum oculis prodens. Tremor supervenit animi passionibus gravioribus, speciatim iracundiæ, & crapulæ, sed hic est *accidentalis & transitorius*: metalli fossores & metalli fabri subinde tremunt; nimia Venus ad tremorem disponit; senio confecti fere semper tremore plus minus afficiuntur.

Art. 80. Tremor interdum periculosus est quoniam facile degenerat in alios graviores affectus nervinos, in *paralysin*, *apoplexiam*, *lethargum*, *spasmum*, &c. in senibus est incurabilis. Tremor qui supervenit mulieribus post partum ex retentis quibuscunque in utero, est periculosus affectus; subinde enim *epilepsias* lethales infert.

Prognosis. *Art. 81.* Tremori succurrunt omnia ea; quæ in *paralyticis*, *apoplecticis* & *convulsivis* morbis conveniunt, & quæ *nervina* dicuntur, privatim cerevisia *salviata*, proximo loco *stœchas Arabica*, *rosmarinus*, *melissa*, *majorana*, *radix & semen pæon. bacc. juniperi*, *rob ejusdem*, decoctum *e lignis*, *aromata*, *castoreum*, *stercus pavonis*, *cinnabarini*, &c. Quoad externa eadem sunt ac in *convulsione tonica*, quibus addi potest usus *thermarum* [*psychrolusia*].

CONVULSIO.

Convulsio, ejusque divisio. *Art. 82.* Convulsio sive contractura est nervorum musculorumque versus suam originem, involuntaria & perpetua retractio, & ita distinguitur a *motibus convulsivis*, qui suas habent interpolationes: Estque vel *universalis tetanus* dictus, qui dividitur in *emprosthotonum & opisthotonum*; vel *particularis*, quæ membrum quoddam vel articulum privatum respicit, hujus speciei est *spasmus cynicus*. SCHMI-

Digitized by Google

SCHMITZIUS.

Art. 83. Spasmus cynicus, qui est distortio utrumque latus oris obsidens [sin vero alterutrum tantum latus convellatur, *tortura oris* dicitur. *Ettmuller*] a risus canum ira percitorum & ad mordendum sese comparantium similitudine appellatur: Ex se turpe est malum & difficile curatu, exitialium morborum, ut *apoplexiæ*, aut *epilepsiæ*, non raro est prodromus. *Ligatura*, qua, tanquam capistro, facies ad figuram naturalem reducatur. Medicamenta *antiparalytica* & *antispasmodica* sunt usurpanda. *Spasmus cynicus.* *Tortura oris.* *Curatio.*

„Pro homine quodam octogenario sequens linimentum præscripsi, non neglectis interim appropriatis internis, quorum nunc oblitus sum; & præter spem „omnem curatus est.

℞ *Sapon. Venet.* ℥ij.
Camphor. ℈ij.
Ol. Mac. per express. aq. regin. Hungar. *ana* ℥ß.
Sp. salis Armoniac. gt. xxx.
Ol. Junip. gt. xj.
Ol. Castor. ℥iß.
M.

COELIUS AURELIANUS.

Art. 84. Interdum buccas adducit in posteriorem partem tanquam ridentibus; nunc palpebras & nares collum etiam atque humeros rapit, & ita patientes facit commoveri tanquam onus humeris bajulantes transferendi ponderis causa [sed hæc species videtur esse *emprosthotonus*]. *Aureliani descriptio.*

Aliunde.

Art. 85. „In hujusmodi spasmis particularibus post „*evacuationes* (si indicentur) factas, exhibenda sunt re- *Curatio.*

„media

Digitized by Google

„media *antiscorbutica* & *antispasmodica*: Inter hæc e„minent expressiones *millepedum*, *castoreum*, *elixir pæo„niæ* & decoctum *guaiaca*, & ultimo ad *topica* deve„niendum est; pars affecta, in artuum *contracturis*, „si fieri possit, in *intima bovis* aut *vervecis* recens cæsi „immittatur, & ibi tamdiu detineatur, quamdiu ani„mal calet; commendantur balnea præcipue *sulphurea*, „& *balsamum galbani terebinthinat. a Sennerto.*

ETTMULLER.

Convulsio tonica.

Art. 86. Convulsio *tonica* est convulsio proprie dicta, videlicet quando pars convulsa rigida manet, ac metus est, ne omnino contracta permaneat. In *India orientali* epidemicum malum est varii generis convulsio de quo eleganter scribit *Bontius.*

Curatio.

Art. 87. Inter universalia *clysmata* sunt valde proficua; remedia interna sunt *carminativa*, *cephalica*, *antiepileptica*, in pertinaciori malo decoctum *e lignis*: Externe *linimenta spirituosa & penetrantia*, speciatim *lumbrici vivi* applicati, *ol. & sp. lumbricorum camphorat. ol. succin. cum petrol. galbanetum Paracelsi cum ol. euphorb. ol. terebinth.*

Aliunde.

Spasmi sive motus convulsivi.

Art. 88. Spasmi sive motus convulsivi sunt contractiones musculorum non constantes, sed cum interjecta aliqua quiete alternatim cessantes & celeriter redeuntes ab involuntario & irregulari spirituum animalium influxu. Tales cernuntur in *epilepsia*, in *passionibus hystericis & hypochondriacis*, aliquando in *scorbuto*, in *febribus malignis* male judicatis, in *capitis vulneribus* & *contusionibus gravioribus*, &c. sed hi affectus seorsum tractantur. Motus convulsivi sive spasmi ab ataxia spirituum in summitatibus vel originibus nervorum inordinate descendentium oriuntur. *Tensio convulsiva* solidarum partium est una ex primariis causis, quæ

Digitized by Google

quæ *æquilibrium* deſtruunt inter ſolidas & fluidas. Journ. de Sav.

Art. 89. Lethalis evadit convulſio ex eo ſolum, quod ſuffocationem inducat convulſis muſculis reſpirationi dicatis. *Unde lethales.*

SINGULTUS.

ETTMULLER.

Art. 90. Singultus eſt motus diaphragmatis convulſivus. *Sternutatio* ſingultui ſuperveniens illum ſolvit, quoniam eſt motus ſpasmodicus ei contrarius. Interdum eſt malum diuturnum per plures dies, menſes, annos, affligens; aliquando penitus incurabilis, in quo caſu occultum quoddam conformationis vitium, os ventriculi aut diaphragma, aut nervos afficiens, fere ſubeſſe ſolet. *Singultus.*

Art. 91. Quoad curam [eſt morbus *primarius* vel *ſecundarius*, ſi *poſterior* habenda eſt ratio morbi, a quo pendet; in genere *antiſpasmodica* & *ſtomachica* ſunt adhibenda.] *Laudanum* cum *cardiacis*, *zinzib. condit. ſtomachica*, *carminativa*, præmiſſo *vomitorio*, vel *purgatione cum calomel.* &c. Externe cataplasma ad ſingultum Mynſicht. quod componitur *ex fermento acri cum pulv. menth. & aliis aromat. cum ol. caſtor.* &c. malaxat. Quidam cum ſpongia aut pane calido applicant ventriculo fotum humidum factum *ex aceto cum caſtoreo, pipere & ſinapi cocto.* Interne pelliculæ internæ *ventriculi gallinæ* exſiccatæ & pulveriſatæ. Ubi pertinacior perdurat [in morbo *primario*] ad ſeptimanas aliquot in corpore robuſto ſemper provocandus eſt *vomitus.* *Cura.*

Art. 92. Virgo hoc morbo laborans per longum tempus poſt permulta remedia incaſſum tentata, ſolo *ſpiritu æruginis* ab empirico exhibito curata fuit. *Bonetus.* *Spiritus æruginis.*

Art. 93. Eruditus medicus uſum remediorum ſequentium probe callet, *aurum Moſaicum*, *Cataplasm. ſtomach.* *Remedia varia.*

Digitized by Google

ſtomach. fotus ſpirituoſus, fotus ſtomachicus. Et præ reliquis *Julap. moſchatum*, quo nondum hactenus novi præſtantius remedium (inquit *Fuller*) aliquando enim divinitus ſuccurrit, & ſingultum ſuperat. Hanc veritatem teſtatur praxis noſtra. *Diaſcordium* larga doſi ad ʒij. in febribus, *Sydenham*, [imo ad ʒiij dari poteſt.]

STERNUTATIO.

Sternutatio. *Art. 94.* Sternutatio eſt motus convulſivus muſculorum exſpirationi inſervientium & diaphragmatis; nobis invitis accidit plerumque ex acrimonia humoris e glandulis narium ſponte erumpente; vel ptarmicis excitatur, immo aliquando ab aëre frigido vel radiis ſolaribus.

Cura. *Art. 95.* Sternutatio nimia eſt morbus de genere *convulſivorum*; ideoque in genere eandem curam poſtulat; *lenientia* & *mucilaginoſa* naribus attrahenda ſunt; eandem fere curam admittit, ac ſingultus. (91.)

EPILEPSIA.

ETTMULLER.

Epilepſia. *Art. 96.* Paroxysmi epileptici ſunt motus convulſivi, in quibus univerſum corpus, aut plura membra diverſimode contrahuntur, vibrantur, aut agitantur.

Tres ſunt gradus. Tres ſunt gradus hujus affectus; primus parum differt a 3^tio^ gradu *vertiginis* (29). In ſecundo gradu adſunt agitationes & geſticulationes variæ, ſenſibus externis ac internis perſtantibus, aut in delirium abreptis, ſaltant, canunt, rident, flent, ridicula narrant, vociferant, pectora percutiunt; poſt paroxysmum interdum omnium recordantur, interdum nihil ſciunt. In tertio gradu omnis tam ſenſus quam rationis uſus perit, ad humum poſternuntur, dentibus ſtridet, corpus inſigniter attollunt, ſpuma per os ejicitur, labia & linguam mordent, &c. quibus remittentibus ægri tanquam

Digitized by Google

quam ſopore oppreſſi jacent, ad ſe redeuntes nihil horum ſciunt, tantum de torpore, & gravedine quadam capitis, & artuum laſſitudine conqueruntur; qui ſecundo gradu laborant, vulgo pro *obſeſſis a dæmone* habentur.

Art. 97. Imprimis *lunæ motibus* auſcultat epilepſia, maxime ea, quæ eſt *per eſſentiam*. Epilepſia *habitualis* interdum ſine periculo vitæ ad plures annos durat, utut ſæpius recurrens ægros plus minus paralyticos, delirantes, aut ſtupidos reddat. In junioribus aliquando circa pubertatem terminatur; poſt 25^tum annum ſuperveniens fere usque ad mortem durat, *teſte Hippocrate*, ſed hoc non eſt omnino verum. In junioribus ſpes eſt circa pubertatis tempus. *Prognoſis.*

Art. 98. Cura inchoanda eſt cum *vomitorio*, maxime ſi morbus ſit *per conſenſum*, *mercurius dulcis* permiſcendus eſt cum *purgantibus*, quæ etiam debent eſſe mitiora: laudantur *abſorbentia*, *martialia*, *acidulæ*, decoct. *e lignis*, *fonticuli*; ſi *venæ ſectio* celebretur, ſit in talo. Inter ſpecifica *antiepileptica* numerantur ſequentia, *Radix pæon. mar. flor. lilior. conval. tiliæ*, *ſem. rutæ*, *viſcus quercinum*, *vel potius corylinum*, *lignum buxi*; *ſp. ceras. nigr. aq. epileptic. Langii*, *ſp. ſang. human. ſecundin. human. cranium humanum*, *dens hippopotami*, *caſtoreum*, *ſtercus pavonis*, *camphora*, *ſal. & ol. ſuccini.* *Curatio.*

Art. 99. Ad excitandum ægrum e paroxysmo infletur *fumus nicotianæ* [vel *avium pennarum*] in fauci-bus; ſuffitus *ſuccini* etiam multum confert; conveniunt *ligaturæ* communicationem ſpasmodicam inhibentes, ſi ſcilicet *ab extremitatibus convulſiones inchoentur.* *Quid agendum in paroxysmo.*

WILLIS.

Art. 100. Inſultus epilepticus univerſalis ac immanior tantum *convulſio* eſſe videtur, cujus acceſſio ut plurimum ex improviſo aggreditur: Ægrosque nihil tale cogitantes opprimit, atque ictu oculi citius, ſenſu & in- *Paroxismi deſcriptio.*

Digitized by Google

& intellectu orbos, in terram præcipitat; quippe non tam cadunt, quam cum impetu quodam prosternuntur, prostratis supervenit stridor dentium cum spuma oris, sæpe etiam capitis concussio; brachia, crura, necnon cervix & dorsum, aut statim rigida fiunt, aut variis flexionibus distorquentur; plerisque præcordia & hypochondria & venter intumescunt, post aliquod tempus ad se redeunt, superstite dolore capitis & hebetudine.

Curatio. *Art. 101.* Est morbus curationis difficillimæ, aliquando tamen medicamentorum ope profligatur, aliquando sua sponte terminatur, videlicet circa pubertatis tempus, aliter in mortem desinit, vel in alium morbum commutatur, scilicet *paralysin*, *stupiditatem*, aut *melancholiam* (incurabilia.) *Alphonsus Ferrius* plurimos epilepticos simplici *guaiac.* decocto bis in die ad ℥vj. vel viij. præscripto ejusque decocto secundario vice potus ordinarii (prout in *lue venerea* assolet) assumpto se curasse affirmat, si tali decocto *radix pæon. aliaque specifica* addita fuerint, forsan efficacius esset remedium.

Chesneauii *Sententia.*

Nota bene. Quod palpitatio est cordi, talis omnino est Epilepsia cerebro; nam cum in eosdem usus habeat utrumque principium suam *systolem & diastolem*, harum ratione, ambo ab iisdem causis, simili symptomate affici par est. Ideo Epilepsia, sive tanquam morbus sive tanquam symptoma spectetur, dicenda est cerebri, aut alterius cujusque partis alteratio, qua apta nata fit gignendæ materiæ, ichoris, aut vaporis simili, qualitatibus cerebro proprietate specifica infensis, cujus occursu totum concutitur motu *palpitationis* simili cum læsione functionum, nervosa in consensum trahens, quæ suo modo etiam *palpitant* (quemadmodum *arteriæ palpitante corde*) quousque cerebrum noxia excusserit.

Non

Digitized by Google

Non possum probare, quod omnes fere consulunt, *membra scilicet coercenda esse tempore paroxysmi*, existimantes ex illa convulsivi motus cohibitione levari musculos; sed tantum abest: cum enim cohibitio hæc sit violenta, impediatque musculi contractionem ad terminum suum pervenire, quo longius est ab illo, eo major fit fibrarum musculi contentio. *Coercio membrorum.*

BARBETTE.

Art. 102. Si Epilepsia oriatur ex cerebri *idiopathia* semper adest gravitas, & atrox dolor capitis, item sensuum debilitas, stupor, faciei pallor, & insomnia turbulenta, si ex *sympathia* ventriculi, ii in præcordiis & circa orificium ventriculi dolorem, corrosionem vel distentionem sentiunt, præsertim jejuni, & difficillime inediam tolerant; paroxysmum semper antecedit nausea, dolor & palpitatio cordis animique deliquium; solvitur autem paroxysmus cum vomitu bilioforum aut pituitosorum acidorumve humorum: Si ex *utero*, circa lumbos & pubem dolores, & simul capitis acerbi cruciatus percipiuntur. *Ratio habenda est causæ, unde oriatur.*

Art. 103. In hoc morbo curando omnibus fere antecellunt *flores salis armoniaci & ejusdem spiritus*, qui est valde volatilis & penetrantissimus, item prodest *cinnab. nativ.* præmissis universalibus, haustus sequens bis in die exhibitus puellam ab hoc malo liberavit; ℞ *Sapon. Hispan. albiss.* ʒß. coque ex *lact. vaccin.* ℥iij. bibatur tepide. *Curatio.*

PITCARN.

Art. 104. In Epilepsia vel Paralysi post *vomitum* repetitum *vesicantia*, detur tinctura antiepileptica sequens (junioribus vero exhiberi debet *mercurius* & jusculum cum *lumbricis terrestribus.*) *Pitcarnii tinctura.*

Digitized by Google

℞ *Rad. valerian. ſylv.*
—— *dictamn. alb. ana* ℥vj.
Caſtor.
Sterc. columb. ana ℥ß.
Fol. ſen. ℥ij.
Jalap.
Turpeth. ana ℥ß.

Infunde frigide per dies x. in vin. alb. Gallic. ℔viij.

colaturæ add. *Pulv. Cran. humani*,
Ungul. Alcis ana ℥ij.
Sacchar. ℥iv.
cui immiſce rite *Ol. Succin.* ℈iv.
Spir. Caſtor. ℥ij.
M. F. Tinctura.

Expedit hanc tincturam *purgantibus* orbam exhibere in *paralyticis* declinante morbo; expedit etiam ægros, poſt membra affecta ad ignem liberaliter & ſtrenue perfricta, *aquis frigidis* immergere.

HARRIS.

Pulvis ſpecificus.

Art. 105.

℞ *Lumbric. terreſt. præparat.* ℥j.
Cran. Human. præparat. ℥ij.
Cardamom. min. ℈ij.
M. F. pulvis.
in chart. xij. diſtribuend.

Sumebat epileptica unam bis in die in coch. ſequentis ſuperbibatque ejusdem coch. iij.

℞ *Aq. Ceraſ. nigror.*
—— *Flor. Tiliæ ana* ℔ß.
—— *Pæon. comp.* ℥ij.
Tinctur. Caſtor. ℥ij.
Syr. Pæon. comp. ℥ij.
M. F. Julapium.

Sed

Digitized by Google

Sed quia tantam pulveris nauseabundi quantitatem ventriculus fastidiebat, paulo post sing. doses *elix. propriet. dulc.* gt. xxx. sacchar. tantillo instillat insuper mox deglutiebat: atque hac methodo curata est puella epileptica, postquam plurima alia incassum tentata.

FARRAGO.

Epilepticus, remediis aliis minus proficientibus, *super mare naviget ad nauseam & vomitum excitandum*, idque aliquoties repetat; & deinde deambulet, horis tribus quatuorve, quotidie, per integram septimanam, vel diutius, in *sulco immediate post aratrum humum versans*, *in agello annis aliquot feriato.* Dicet aliquis authorem pro certo insomniis ludificari; quanquam hoc credat, experiri licet, nec fortasse facti pœniteat.

Ultra omnia ad morbum caducum curandum, & penitus eradicandum valet *diæta lactea* ab aliis quibuscunque obsoniis & potulentis omnino abstinentibus; ut ex insigni historia *Medici*, *Noviomagi* non multo pridem degentis, isto modo curati doceamur. Vid. *Cheynei* Tractat. de Arthritide, p. 103. &c.

Art. 106. Causa proxima omnis epilepsiæ exquisitæ semper est nimia cerebri in nervos motorios, nulla in sentientes actio. *Boerhaave. Melancholici* fiunt aliquando epileptici & contra. Epilepsia (inquit *Hippocrates*) *pituitosis* quidem contingit, minime vero *billiosis*. *Crato cinnabarim nativam* tanquam epilepsiæ *magnetem* commendat, hoc modo exhibitam; *Remedia varia.*

℞ *Cinnab. nativ. opt. subtilissime trit.* ʒß.
Coral. Rub. præparat.
Margar. præparat. ana ℈j.
Fol. Auri N°. xv.
M. F. Pulv. subtilissimus.

Dos. ℈j. cum julap. cephalic. *succus rutæ* multum laudatur ad epilepsiam; ideoque ejusdem *extractum* iis-

Digitized by Google

dem pollet viribus, & commodius ſumi poteſt. *Electuarium Peruvianum epilepticum Fulleri* (16. 94.) eſt præſtantiſſimum & certiſſimum antiepilepticum, uti experientia me docuit (inquit *Fuller*). Poſt debitas *evacuationes* adultis doſis ſit ʒj. mane & veſperi per 3 vel 4 menſes & poſtea per triduum vel quatriduum ante *novilunium* & *plenilunium*. *Morbos epilepticos, hyſtericos, & choream ſancti Viti penitus eradicat. Barbette* commendat potionem ex *ſapone Hiſpanico & lacte*, &c. In morbis hujusmodi convulſivis ægrotis *prædictum electuarium* frequenter exhibui & (libenter agnoſco) raro fruſtrata fuit ſpes mea. Eximiæ vires *radicis valerianæ ſylveſtris* a Fabio Columna prædicatæ, & a Riverio memoratæ, experientia M. Marchant denuo confirmatæ ſunt. Memoir. de l' Acad. Vol. x. p. 430. Cortex *Peruvianus* (inquit *Colebatch* in Diſſertatione de Viſco) non certius febri intermittenti, quam *viſcus arboreus* Epilepſiæ, choreæ S^ti. Viti, & morbis univerſis convulſivis, etiam aſthmati convulſivo [& ſi huic, tuſſi convulſivæ] medetur. Doſis in ſubſtantia adultis ad ʒß. vel ultra forma boli ſexta quaque hora ſuperbibendo hauſt. infuſ. fortis ejusdem plantæ. Si ſingulis unciis pulveris viſci addatur drachma *aſſæ fœtidæ*, medicamentum efficacius evadet. „Operæ pretium eſſet „procul dubio, vires *humoris mucilaginoſi baccarum* in „his affectibus tentare: Valde enim probabile eſt vim „eandem, ſi non ſuperiorem eo ineſſe; & forſan eſſet „medicamentum minus nauſeabundum.„ Præter jam dicta medicamenta ſequentia etiam quandoque præſcribentis intentioni quadrare poſſunt.

Viſcus Arboreus.

Alia medicamenta.

Art. 107. Mantiſſa. *Aurum fulminans, aurum Moſaicum, elect. cephalic. elect. epileptic. emulſio pæon. infuſum cephalicum, pulvis de guttet. ſpiritus C. C. ſuccinat. tinct. epileptic.*

CHO-

Digitized by Google

CHOREA SANCTI VITI.

SYDENHAM.

Art. 108. Chorea ſancti Viti eſt *convulſionis* quædam ſpecies pueros puellasve a decimo ætatis anno ad pubertatem invadit, prodit claudicatione, vel inſtabilitate alterutrius cruris, quod æger poſt ſe trahit fatuorum more; manum ejusdem lateris, vel pectori vel alii alicui parti applicatam nequit continere in eodem ſitu horæ momento, ſed in alium ſitum & locum convulſione diſtorquebitur, quicquid æger contra nitatur. Antequam poculum ad os poſſit adducere, mille geſticulationes, circulatorum inſtar, exhibebit: non enim recta linea ori admovet, ſed deducta a ſpasmo manu, huc illuc aliquamdiu verſat, donec tandem forte fortuna labiis propius apponens liquorem derepente in os injicit, & avide haurit; dedita tanquam opera, ut ſpectantibus riſum moveret. Chorea ſancti Viti a ſacello ſancti Viti nomen accepit, quo loco verno tempore juvenes utriusque ſexus ſaltandi gratia convenire ſolebant & ſaltare more enthuſiaſtico; atque ibidem interdum hoc morbo correpti erant. *Choreæ ſancti viti deſcriptio.*

Art. 109. Ad curam rite inſtituendam *vena eſt ſecanda*, & poſtridie exhibe *potionem purgativam communem*, & veſperi *hauſt. paregoric.* poſtea ſanguis iterum extrahatur, & ad *catharſin*, uti prius, æger revertatur, & ad tertiam, quartamve vicem ſi vires ferant; diebus purgatione vacuis ſequentia exhibeantur; *Cura.*

℞ *Conſerv. Abſynth. Rom.*
—— *Flaved. Aurant. ana* ℥j.
—— *Anthos* ℥ß.
Theriac. Androm. vet.
Nuc. moſchat. condit. ana ℥iij.
Zinzib. condit. ℥j.
Syr. è ſucco Citr. q. ſ.
M. F. Electuarium.

Digitized by Google

De quo capiat quant. NM. mane & hor. 5ta pomerid. ſuperbibendo vin. ſequent. coch. v.

℞ *Rad. Pæon.*
—— *Enul. Campan.*
—— *Imperator.*
—— *Angelic. ana* ℥j.
Fol. Rut.
—— *Salv.*
—— *Beton.*
—— *Chamædr.*
—— *Marrhub. alb.*
Summit. Centaur. Min. ana Mj.
Bacc. Junip. ℥vj.
Cort. Aurant. ij.

Infunde frigide in vin. canarin. ℔vj. coletur uſus tempore.

℞ *Aq. Rut.* ℥iv.
—— *Epileptic. Langii*
—— *Bryon. comp. ana* ℥j.
Syr. Pæon. ℥vj.
M. F. julapium.

Cap. coch. iv. ſing. nocte hora decubitus inſtillando *ſpiritus C. C.* gt. viij. applicetur plantis pedum emplaſt. e *caranna.*

Ad recidivam præcavendam.

Art. 110. Ob recidivæ metum pertundenda eſt vena, & purgandus æger aliquoties ea ipſa anni ſequentis tempeſtate (vel paulo ante) qua morbus invaſit.

Curatio ſingularis.

Art. 111. „Ipſe vidi puellas duas hoc morbo affectas „diutius ſaltitantes, tanquam lyra agitatas, cum mentis „quadam alienatione pro tempore; has curavi cum *ex-* „*preſſione millepedum & cortice Peruviano*, præmiſſis „*venæ ſectione & leni cathartico.* Exemplum hujus af- „fectus ſingulare habet *Solenander*, *conſil. med.* p. 310. „*Electuarium Peru. epilepticum.* (16. 94.) vim habet egre-

„giam

„giam ad hunc morbum domandum. Pater prædicta-„rum puellarum, qui *clericus* erat, filias suas *incanta-„mentis vel veneficarum malis artibus* re vera affici per-„suasum habuit, nec ab ista opinione abduci potuit. „Rem vero longe aliter se habere ex eventu luculenter „patuit; antedicta enim remedia *obsessionem* istam pro-„tinus comminuerunt, quæ *precibus & lacrymis* re-„spuerat obtemperare.

FASCINATIO.

„De Fascinatione in praxi mea nihil experientia *Fascinatio.* „didici, quodcunque & quotcunque de ea vulgo per-„hibentur; neque credo ullos morbos a veneficiis su-„scitari: ideoque de medicamentis & curatione eorum „sollicitum esse non est necessarium. In prodigiosis „vero quibusdam morbis, symptomatum inusitatorum „caterva stipatis, medicamenta *vermifuga*, item illa, „quæ *epilepsiæ vel suffocationi uteri* medentur, vel *flu-* *Curatio.* „*xus discutientia*, utpote etiam quæ naturaliter repu-„gnant dispositionibus illis in corpore, quibus diabolus „ad præstigias suas abuti possit, (uti credunt Theolo-„gi) semper locum habent.

HYPOCHONDRIACA ET HYSTERICA AFFECTIO.

SYDENHAM.

Art. 112. Hypochondriaca & hysterica affectio est morbus frequentissimus; pauciss imæ quidem fœminæ vel viri sedentarii ab illo penitus immunes sunt; symptomata aliorum pæne omnium morborum æmulatur; quamcunque enim corporis partem insederit, symptomata, qualia ei parti competunt, statim producit. In capite *apoplexiam* facit, quæ similiter hemiplegia solvitur. Spasmos horrendos gignit *epilepsiæ* similes, paroxysmum hystericum proprie dictum faciens, vulgo *Hypochondriaca & hysterica affectio.*

Digitized by Google

uteri ſtrangulatum. *Cephalalgiam* intolerabilem excitat, *clavus hyſtericus* nominatur, dolorem transverſo pollice poſſis contegere. *Palpitationem cordis* præcipue *chloroſi* laborantibus concitat. Aliquando (ſed rarius) pulmones obſidet, & *tuſſim* excitat fere continuam ſine expectoratione. *Dolores colicos & iliacam paſſionem* nonnunquam æmulatur, & interdum *ictero* paroxysmus ſolvitur; hoc genus in fœminis laxiori corporis habitu præditis locum habet; de ſalute plerumque deſperant. Paroxysmum *nephriticum* aliquando mentitur. In ventriculo *vomitum*, in inteſtinis *diarrhœam* efficit, ſine dolore tamen. Partes externas non raro occupat dolore, præcipue in dorſo, & aliquando tumore, maxime cruribus & tibiis tumores ab *Hydropicis* diſcriminantur in eo, quod majores ſint tempore matutino, & veſtigium digiti impreſſi non retineant. *Dentes* etiam interdum afficit. Dolorem in dorſo certo certius perſentiſcunt, quotquot hoc affectu tanguntur. Externarum partium *refrigeratio* his omnibus quaſi viam ſternit, & plerumque non niſi finito paroxysmo diſpellitur. Adſunt in fere omnibus ſpirituum dejectiones & ſubſidentiæ, riſus & lacrymæ ſine ulla προφάσει. Et poſtremo (quod triſtiſſimum eſt) magis *animo* ægrotant quam *corpore* hoc morbo afflicti. Urina limpida & magna quantitate excernitur, quod ſignum eſt *pathognomonicum.* Ptyalismus nonnunquam eo gradu laborantes afficit, ut mercurio delibutos facile crederes. *Flatus nidoroſos*, nunc *acidos* eructant, atrociſſima *animi pathemata* in ſinu fovent.

Cauſa. *Art. 113.* Cauſæ *procatarcticæ* ſunt vel vehementiores corporis motus, vel etiam multo ſæpius violentæ quædam *animi commotiones* a repentino aliquo ſive iræ, ſive doloris, ſive timoris, & ſimilium paſſionum inſultu. Cauſa efficiens eſt ἀταξία ſpirituum animalium. „Secundum mentem quorundam pathemata, „*vapores* vulgo dicta alterutro, tanquam cauſa imme-

„diata,

Digitized by Google

„diata, fundamento niti, ſcilicet *nimis titillante, vel „moleſtiore quadam ineffabili ſenſatione* præter modum „partes illinc irritante, vel hinc vellicante; unde ſe„cretiones evadunt valde impares & male comparatæ.„

Art. 114. Præcipua indicatio curativa ſanguinis corroborationem indigitat; ideoque poſt debitas *evacuationes* (ubi indicantur) *chalybeatis, amaris, corroborantibus & volatilibus* cura perficienda eſt. Chalybeata fœminis quandoque magnas tum animi tum corporis perturbationes inducunt; in hoc caſu exhibe *laudan. liquid.* guttas aliquot ſing. nocte in *aq. aliqua hyſterica. Aquæ minerales* omnes chalybis præparationes longe ſuperant. *Limaturæ ferri crudæ* in robuſtis corporibus cum majori fructu exhibentur, quam quævis præparatio. Aqua communis impregnata *ferreis clavis & calcis equinis*, &c. medicamentoſa evadit æque ac *aquæ minerales*. Inter bibendum *aquas ferreas*, ſi aliquod ſymptoma gravius acciderit, quod potationi aquarum tribui poteſt, tunc ab iis abſtinendum, donec ſymptoma illud evanuerit: in earum uſu ad ſex ſeptimanas ad minimum perſeverandum eſt; *zingiber conditum*, & *ſemina carvi ſaccharata* ad ventriculum calefaciendum ſunt ſubinde ſumenda, dum *aquas* bibant. *Theriaca Andromach.* & *vinum Hiſpanicum* multum laudantur. *Cortex Peruvianus* in hoc morbo eximias vires obtinet, præſertim fœminis, quæ ſpasmis afficiuntur, ut & *diæta lactea in colica hyſterica*. *Equitatio* uſus eſt eximii. In paroxysmo ad fœtida confugiendum eſt, quæ ſpiritus in ordines compellunt; quæcunque fœtent huic intentioni inſerviunt. In doloribus vehementioribus, vomitionibus, & diarrhœis ad laudanum tanquam ad ſacram anchoram confugiendum eſt.

Indicatio curativa.

WILLIS.

Art. 115. Hyſtericæ affectionis ſigna ſunt motus in imo ventre, ibidemque velut *globi* cujusdam aſcenſus, dein

Paroxysmi hyſterici deſcriptio.

Digitized by Google

dein rugitus, aut vomendi nisus, hypochondriorum distentio & murmur cum flatuum eructatione, respiratio inæqualis ac ut plurimum impedita, præfocatio in gutture, vertigo, oculorum inversio aut rotatio, sæpe risus aut fletus, fabulatio absurda, quandoque ἀφωνία & ἀκινησία cum pulsu obscuro aut nullo & aspectu cadaveroso, interdum motus convulsivi in facie & artubus, & nonnunquam in toto corpore.

Symptomata in viris.

Art. 116. Symptomata hujus morbi in viris sunt, quæ sequuntur, cardialgia, flatuum ingens proventus, rugitus ac crebra vomitio, in sinistro hypochondrio distentio, ac subtus *ventriculum* pulsatio immanis sentitur, borborygmi & murmura. In *thorace* constrictio & angustia, respiratio difficilis, cordis tremor & palpitatio, spirituum deliquia. In *capite* dolores atrociſſimi, scotomiæ, vertigines, vigiliæ pertinaces, cogitationum æstus & fluctuatio, animi incertitudo, phantasia perturbata, rei cujusque formido & suspicio, morborum, quibus immunes sunt, possessio imaginaria, melancholia & mania, dolores vagi, spasmi, stupores, sudores nocturni, febres erraticæ &c. sputatio vere continua. *Highmorus* supponit præcipuam hujus morbi causam esse in vitiosa ventriculi constitutione.

Curatio.

Art. 117. Ad therapiam quod attinet, quoniam quamplurima symptomata sunt *convulsiva*, ideo constat remedia *antispasmodica* potissimum indicari. In paroxysmo *fœtida* interne atque externe valde prosunt: nonnullis convenit in medio paroxysmo *aq. frigidæ* hausum, in qua *camphora* deflagravit, propinare. Extra paroxysmum *evacuationibus* necessariis factis, medicamenta vulgo *digestiva*, quæ ventriculi tonum ac fermentum spectant, locum habent; talia sunt *tinctura sacra, elixir propriet. pulv. ari comp. sal. absynth. cremor tartar. tartar. vitriolat. vitriolum martis*, &c. „Inter digestiva & chalybeata pro certo eminent virtu„tes *entis Veneris;* utcunque tamen an sit re vera *anodynum*,

Digitized by Google

„dynum, ut a quibusdam perhibetur, dubius hæreo; „nondum enim satis compertum habui.„ *Externe fotus stomachici;* postremo ex medicamentis *chalybeatis* maximum juvamen sperandum est. Potus assiduus *Coffee* aut *Theæ* paratus nonnullis emolumento fuit; *acidulæ* fere semper cum fructu sumuntur, *Pil. nostr. hyster.* in paroxysmo & extra. (16. 222.)

PURCELL.

Art. 118. Hysterica passio (inquit *Galenus*) unum quidem est nomen, varia tamen & innumera accidentia sub se comprehendit. Inter alia symptomata hoc morbo occurrentia perquam notabilis sensus *frigoris;* quem percipiunt ægrotæ per dorsum assurgentem & mox per universum corpus diffusum; sequitur cephalalgia, & nonnunquam cordis palpitatio, & animi deliquium, & deinde brevi sensim ad se redeunt: in aliis præterlapso frigore succedit insignis calor, qui pleraque symptomata antedicta cum aliquot novis accersit; interdum in initio paroxysmi frigus est vix perceptibile, & tunc symptomata graviora non nisi post accessum caloris tragœdiam agunt. Propter diaphragmatis & musculorum respirationi infervientium violentum ac perpetuum spasmum fœminæ hystericæ quandoque diutissime procumbunt instar mortuarum sine [sensibili] respiratione, immo interdum per integrum diem & diutius. Probe animadvertendum est, hunc morbum ire & redire, & suos habere paroxysmos, etiamsi non certis ac statis periodis recurrentes, sicut febrium intermittentium. *Hic affectus est morborum legio.*

Art. 119. Causa primaria hujus affectus sunt *crudi-tates & coctiones vitiosæ*, quæ plerumque ante adventum paroxysmi in ventriculo gravedinem ac perturbationem, in intestinis murmura ac borborygmos pariunt, unde producitur spirituum ἀταξία, quæ est *causa proxima* *Causæ.*

Digitized by Google

xima reliquorum ſymptomatum; *cauſæ remotiores* ex errore circa ſex res non naturales ſuboriuntur.

Methodus therapeutica.

Art. 120. Ad therapiam rite inſtituendam accurate diſtinguendum eſt medico de conſtitutione patientis, an ſit ſanguinea & bilioſa, vel pituitoſa ac melancholica, & etiam de cruditatis peculiari genio, utrum ſanguinis craſin nimis viſcidam & glutinoſam reddit, aut nimis laxam ebullitionibus proclivem. Affectionum hyſtericarum cura *huic fundamento* maxime innititur: ex his etenim inter ſe plane diſcrepantibus oriuntur indicationes longe a ſe invicem diverſæ. Senſatio frigoris in dorſo, item pulſus debilis & tardus ſanguinis lentorem arguunt; pulſus celerior, calor ingens excipiens, odor moſchi, zibethi, ambræ, paroxyſmum accerſens, & ſtatum ſanguinis eſſe laxiorem et fermenteſcibilem indicant.

Curatio.

Art. 121. E paroxyſmo excitandæ ſunt, naribus *volatilia & fœtida* admovendo, *plantas pedum titillando* (experimentum eſt *Dolæi*) & in graviori caſu, *apoplectico* ſcilicet, *punctionibus, ſcarificationibus, veſicantibus, uſtionibus, ſartagine calefacta*, &c. ſunt ſuſcitandæ. Iis, quarum ſanguis eſt viſcoſus & nimis tenax, convenit *venæ ſectio*, & poſtridie vel die ſequenti *emeticum*, vel, ſi minus congruum judicatur, *catharticum*; his ita præmiſſis, ad *attenuantia* & *aperitiva* accedendum eſt; & hic apprime conducunt juſcula ovin. vel gallin. cum *radicibus & herbis aperitivis, & rubigine ferri* (in nodul. ligat.) incoct. [vel, ſi ob ferrum incoctum ventriculus nauſeat, forſan non erit minus efficax, ſi ſingulis auroris poſt medicamentum aliquod *chalybeatum* aſſumptum ſuperhauriatur catillus iſtiusmodi juſculi]. Potus quotidianus ſit *vinum Gallicum* aqua dilutum cum gt. xxv. vel xxx. ſp. ſequent.

Juſcula chalybeata.

℞ *Sal. volat. oleoſ.* ʒiij.
Sp. lavend. ʒj.
M.

In

In hoc affectu nullum remedium efficacius datur quam *radix hellebori nigri* vel ejus *extractum*. Constat ex solo usu *elect. chalybeat.* (16. 86.) fœminas quamplurimas hystericas curatas esse. In *altera craſi*, ubi sanguis est nimis laxus & ebulliens, indicantur remedia potiorem *temperantia*, *venæ sectio*, *emulsiones*, *cortex peruvianus*, *aq. Tunbrigenses*, *Bathonienses*, *jusculum cancrorum fluviatilium*, &c. Accuratam sane horum affectuum historiam & symptomatum *ætiologiam* nobis dedit laudatus auctor in tractatu suo eleganti *de hysteria*, idiomate vernaculo conscripto.

E T T M U L L E R.

Art. 122. Malum hypochondriacum est affectus ex multis symptomatibus diversimode complicatus, a cruditate acida plus minus viscida in primis viis natus; cujus eminentior gradus vocari solet *scorbutus*. Inter signa primaria sequentia sunt eminentiora, videlicet cum adsint pathemata stomachi non rite digerentis cum symptomatibus circa abdomen, cum torminibus & flatibus intestinorum, alvi obstructione, corporis perturbatione, &c. Sed non omnia in omnibus; ordinario motiones, & plus minus dolores, murmurationes, distentiones, & aliæ abdominis affectiones, cum præcordiorum angustia, & respirationis difficultate rationem formalem constituunt. Est affectus quidem complicatissimus; tres fere gradus paroxysmi statuuntur, videlicet primo dum *respiratio est libera*. 2°. Quando *hæc impedita*, & *pulsus* fere cessat. 3°. Quando etiam *convulsiones* superveniunt. *Mali hypochondriaci symptomata præcipua.*

Art. 123. Emplastrum e *galbano* cum aliquot granis *zibethi* umbilico apponi debet; *zibethum* enim umbilico illitum suffocationes hystericas insigniter alleviat, modo non nares nimium feriat. *Enemata* conducunt ex *carminantibus* cum *ol. succini* & *salibus volatilibus*, item ex *urina*, ut & *clysmata terebinthinata*. Misturæ ex *Curatio.*

salibus

Digitized by Google

ſalibus volat. cum *caſtor.* & *opiatis* optime paroxyſmum ſedant, conducunt etiam *trochiſci de myrrh. ſtercus equinum maris* eſt remedium nulli cedens, *ſuccus ejus cum vino*, vel *decoctum* propinatum expectando ſudorem eſt incomparabile in vel extra paroxyſmum; *fuligo furni ſplendens* eſt medicamentum pro pauperibus, item *flores ſulph. cum N. M. & theriaca* in vino ſolut. cum additione *caſtor.* In graviori malo exhibere ſoleo potionem ſq. deterrimi quidem ſaporis, ſed præſentanei effectus.

℞ *Aq. Menthæ*
—— *Flor. Sambuc.*
—— *Matricar. ana* ℥j.
Eſſent. Caſtor. ℥iſs *ad* ℥iij.
Sal. volat. C. C. gr. xij.
—— *Succin.* gr. viij.
Laudan. hyſter. ℈ſs.
Syr. e cort. Aurant. ℥ſs.
M.

Capiatur expectando ſudorem. In ſpecie *ſclareæ* (horminum hortenſe) vel ejus decoctum eſt experimentum ſingulare paucis notum in ſuffocatione uterina.

LOWER.

Boulimia. *Art.* 124. Melancholia hypochondriaca affecti humore ſalino in ventriculo depoſito magna *boulimia* ſæpiſſime tentantur, & quamdiu appetitus iſte durat, ab omni dolore corporis immunes ſunt, humore vero iſto acri & ferino, metaſtaſi quaſi facta, in alias corporis partes depoſito, cruciatus & ſpaſmi ciuntur, interea etiam ut ventriculi appetitus & digeſtio propter defectum ejus penitus flacceſcat, quod hypochondriacis fere omnibus ſolenne eſt, atque malæ ſanguinis diatheſi, potius quam lienis vitio, proxime imputari debet. De corde p. (147.)

FARRAGO.

Digitized by Google

FARRAGO.

Art. 125. Morbi longi, teſte *Platone in Timæo* blandiſſime tractari expetunt, non vehementioribus irritari. *Prudentia opus eſt in Medico.* „Mens ipſa ægroti frequentiſſime adeo inſigniter afficitur in hoc morbo, ut ſæpius cogatur medicus aliquid „admittere, quod jubet *conſuetudo, opinio vulgi, ſuperſtitio præjudiciaria*, quod tamen ſana ratio e contra vetat.

Art. 126. Mulieres hyſtericæ ſenſum quendam *frigoris in vertice capitis* pati ſolent, eſtque hoc præcipuum hyſteriæ diagnoſticon. *Baglivus.* *Diagnoſticon ſingulare.*

Art. 127. Bezoardicum joviale eſt præſtantiſſimum remedium & infallibile in affectibus hyſtericis, ut pluries mirati ſumus. *Idem.* *Bezoardicum joviale.*

Art. 128. In affectionibus hypochondriacis *vomitus* eſt ante omnia provocandus; ſic enim fomes ſubtrahitur morbo, & re vera eſt baſis curæ. *Pitcarn. in M. S.* In hoc conſentientem habemus doctiſſimum D. *Woodward*, mihi amiciſſimum. *Emeticorum efficacia.*

Art. 129. Remedia ſequentia quamplurimis indicationibus ſatisfaciunt, ſi quis cognoverit uti. *Aurum muſaicum, cereviſia hyſteric. chalybs ſine acido, decoctum nigrum* (remedium optimum) *Elect. hyſteric. elect. peruv. epileptic. enema hyſteric. ens Veneris flores ſalis armon. martiat. infuſum amarum, infuſum Boerhaave, infuſum chalybeat. amar. miſtura ecphratica, miſturæ hyſteric. ſpirituoſ. nodul. hyſteric. 1. & 2. pil. hyſter. 1. & 2. pulv. de guttet. pulv. hyſteric. ſal. jovis tinct. aſſ. fetid. tinct. epileptic. tinct. C. C. ſuccinat. vinum medicatum Boerhaave, vitriolum martis, tartarum emeticum, radix aſari, ipecacoannæ*, &c. *Remedia varia.*

MEMORIA LÆSA.

Inter omnes animæ humanæ facultates ne una quidem tanta difficultate & moleſtia Philoſophorum animos exercuit ac *Memoriæ ætiologia.* Non pauci ſunt, *Memoriæ ætiologia.*

qui

Digitized by Google

qui opinantur istam facultatem constrúi ex repositorio variarum idearum, sensibus oblata occasione primitus collectarum & cerebro cum signaturis quibusdam ordinate depositarum, unde ad usus futuros tanquam ex promptuario ad libitum evocantur: sed duæ admodum graves obtrudunt difficultates, nimirum, in tanta rerum accumulatione quomodo fieri potest, ut aliæ aliis minus obliterentur & confundantur; & quo artificio mens ipsa ex adeo grandi idearum multitudine illas præcise expergefacere & compellare potest cæteris silentibus, quas singularis usque usus pro varia rerum exigentia exquisite postulat. Exclamandum sit necesse est cum Psalmista, *Plasmatio nostra mira est, & mirabile opificium corporis nostri!* Prodigiosæ fuerunt in omni ævo quorundam hominum *memoriæ*, *v. g. Senecæ*, *Portii*, *Latronis*, *Cyri Regis*; *nostratium quoque Reynoldi Episcopi*, *Wallisii* &c.

SENNERTUS.

Memoriæ læsæ.

Art. 130. Memoriæ læsæ exempla notabilia apud authores passim occurrunt. *Christophorus a Vega* refert *Franciscanum quendam* ex acuta febre ita memoriam amisisse, ut, etsi prius peritus esset *theologus*, postea nec *literas* agnosceret, neque *nomina rerum*, quæ sibi assidue in usu erant, memoria teneret.

Intemperies cerebri.

Art. 131. Si intemperies cerebri sit frigida & humida, somnus est longus & profundus; si humida tantum, est longus sed non profundus; si frigida tantum, moderate somnolenti sunt, si frigida & sicca, non sunt somnolenti. Si absque causa externa memoria subito lædatur, imminentis *apoplexiæ*, *epilepsiæ*, aut *paralyseos* est indicium, si homini alias salvo id accidat. Difficulter curatur, quæ a *malignis morbis*, *venenis*, aut *philtris* ortum habet.

Curatio.

Art. 132. Anacardium tanquam specificum decantatur, & re vera interdum egregios edidit effectus, sed ejus

Digitized by Google

ejus usus periculo haud vacat. [vid. locum, item *Raii hist. plant.*] Abstinendum est a carne porcina, anatina, anserina, & piscibus, præsertim mollioribus, lacte, caseo, leguminibus, brassica, lactuca, papavere, fructibus horæis, & quæ vaporosa sunt, crassæ substantiæ, & coctu difficilia; vinum moderate sumatur, aër sit tenuis, cerevisia pura, corpus exerceatur moderatis laboribus, somnus non mox a cibis ineatur, vitetur diurnus, nocturnus sit moderatus, fugiat mœstitiam & animi solicitudinem, & ad lætitiam disponatur, a Venere abstineat. Hoc in casu in usum revocantur hæc & similia; *Rad. pæon. mar. zedoar. valerian. maj. flores tiliæ, lilior. conval. primul. veris, rad. calam. aromat. sem. sinap. spec. diambr. sine odoratis, sp. lavendul. castor. ambra grisea, ol. cinnamomi*, &c.

ETTMULLER.

Art. 133. Tantum saltem scimus, quantum memoria comprehendimus, & cum judicio ponderamus, & applicamus. Certum est cerebrum esse memoriæ subjectum radicale, quomodo autem fiat, nescio. Venus nimia memoriam debilitat, maxime in senibus. *Tantum scimus, quantum memoria tenemus.*

Art. 134. *Cubebæ* No. iij. mane jejuno stomacho *Curatio.* sumtæ insigniter acuunt ingenium & memoriam; *ambra* est omnium optima medicina in firmandis viribus animalibus, & roborandæ memoriæ omnibusque mentis actionibus, adeo ut nihil æque fulciat senes labescentes; elegantissima est, tinctura cephalica ex granis *chermes* & *ambra cum spiritu lilior. conval.* &c. Sed notandum est, quod ex crebriori usu, *ambra* plus nocet quam prodest præmaturam *stupiditatem* inferens; prosunt *masticatoria*, & *capitis lotiones*, *theæ*, *salviæ*, *rosmarinus*, &c.

Art. 135. „In praxi nostra tabellas sequentes, præ- *Vires radicis Cassummuniar.*
„missis rite universalibus, hoc laboranti cum fructu
„maximo, multis abhinc annis exhibui;

℞ *Rad. cassummuniar, subtilissime pulv.* ℥j.
Spec. diambr. fine odoratis ℥ij.
Sacchar. albiss. duplo pondere.
M. F. *Tabellæ.*

„Frequenter in die, maxime vesperi & mane co-„medend.„

ANIMI MORBI.

Animi morbi.

Art. 136. Qui laborant animi pathemate corripi potissimum solent morbis *ventriculi*, ut inter cæteros observare licet in mœrentibus, qui conqueruntur primo de languore ventriculi, mox vero de *inappetentia*, oris amaritie, & siti circa horas matutinas, cruditatibus acidis & nidorosis, flatibus & tensionibus hypochondriorum, aliisque læsæ chylosis malis.

Morbus durante passione vix curabilis.

Art. 137. Si quis morbus durante animi passione ægrum corripuerit, solet interdum tamdiu durare, quamdiu ipsa animi passio, & potius in alienæ speciei morbum mutabitur, quam ægrotantem liberum relinquet.

Quomodo tractandi sunt.

Art. 138. Morbi ab animi pathemate pedentes blande ac leniter tractandi sunt, a nimia remediorum copia & vehementia quam maxime abstinendum.

Symptomata anomala ab animi passionibus.

Art. 139. Quando morbus aliquis remediis debite præscriptis cedere nolit, insolitisque quibusdam modis, atque a sui natura valde remotis progreditur, suspicandum erit de *occultis animi passionibus*. Inter solatia ægrotorum animo laborantium magnam vim obtinet *musica* (inquit *Baglivus*).

MANIA ET MELANCHOLIA.

Mania & Melancholia.

Art. 140. „Mania cum melancholia talem habet affi-„nitatem, ut non raro mania in melancholiam transeat, „& initia melancholiæ frequenter maniacum quid ha-„bent, ut observavit *Dodonæus*; ideoque in eodem ca-„pite tractandi sunt hi duo affectus.

Coelius

Digitized by Google

Coelius Aurelianus.

Art. 141. In Melancholia adeſt animi anxietas atque difficultas, mœſtitia cum ſilentio & odio conviventium, nunc vivendi nunc moriendi cupido; cum ſuſpicionibus velut inſidiarum ſibi paratarum, item inanes fletus, atque murmura vacua, & rurſus hilaritas magis poſt cibum cum inflatione præcordiorum, capitis gravedo, color luridus cum nigrore, aut ſublividus, corporis tenuitas, virium debilitas, indigeſtio cum ructationibus odoris tetri, inteſtinorum tormina, vomitus humorum diverſicolorum & ſimilium per podicem egeſtio. „Qui „gravius laborant, ſeſe vel pecudes eſſe, vel teſtaceos, „vel etiam vita defunctos credunt; quare alii gallinacei „cantum voce imitantur, alii occurrentibus cedunt, veriti „ne (teſtacei cum ſint) diffringantur, alii cibum per„tinaciſſime recuſant, amiſſam eſſe vitam rati.

Melancholiæ deſcriptio accurata.

Riverius.

Art. 142. Melancholia eſt delirium ſine febre cum timore & mœſtitia, & ſic diſtinguitur a *mania*, quæ eſt cum furore & audacia. Ex varia melancholici humoris diſpoſitione maxima deliriorum varietas emergit; unde alii putant ſe eſſe reges, vates, alii grana tritici, alii vitreos, ceram, alii ſe eſſe canes, feles, gallos, &c. exiſtimant, indeque voces horum animalium imitantur, &c.

Mania & melancholia quomodo diſtinguuntur.

Art. 143. Varia ſunt deliria in variis ægrotantibus pro majori vel minori cauſæ vehementia, alii enim feroci iracundia rapiuntur, & obvios quosque invadunt, & proprias veſtes dilacerant, ſibique ipſis interdum violentas manus inferunt. Alii vero mitiores & pacatiores ſunt, nullamque aſtantibus noxam inferunt, ſed tantum varios ſermones & ridiculos proferunt; interdum canunt & rident, & ſymptomata patiuntur, quæ in melancholia & ſtultitia ſolent contingere. Melancholia errabunda *menſe Februario* homines potiſſimum infeſtat;

Varia ſunt deliria pro varietate conſtitutionum.

Digitized by Google

infestat; ægri ne horam in uno loco manere possunt, sed continuo vagantur, quo vadant nescientes.

Difficile curatur.

Art. 144. Humor melancholicus *flagellum*, *crux* aut *opprobrium* medicorum appellatur, quoniam vim remediorum eludit, solvitur interdum melancholia per fluxum *hæmorrhoidum* vel per *scabiem*, aliosve morbos *cutaneos*.

Quibus remediis tentanda est.

Remedia in affectus hypochondriaci curatione proposita hic locum habent.

℞ *Aq. Nymph.* ℥j.
Sal. Prunel. ʒj.
Camphor. ϑj.
M.

Et cum linteis complicatis admoveatur tepide sinciputi in maniacis; utilissimum quoque est *epithema ex sacchar. saturn. aq. spermat. ranarum.*

Lucanthropia.

„Admirandam melancholiæ, vel maniæ speciem „apud *Oribasium*, descriptam legimus, quam λυκαν„θρωπίαν vocat. Hujusmodi delirio affecti foras noctu „vagantur, lupos quodammodo æmulantes, aspectu „pallidi, luridi, os oculosque valde sicci, crura contu„sionum ac vulnerum plena; circa defunctorum mo„numenta, ad instar *Dæmoniaci Evangelici*, plerumque „versantur. Vide *Freind. Hist. Med. p. 18.*

WILLIS.

Melancholici cogitabundi.

Art. 145. Melancholici in cogitando fere continuo occupantur, & inter cogitandum res pauciores quam antea solebant, animo comprehendunt, ita quidem, ut sæpe dies & noctes idem objectum animo volutent, de rebus aliis, quæ interdum sunt longe majoris momenti, nihil soliciti; & etiam objecta fere omnia iis deformia & velut sub larva apparent.

Quomodo se habent maniaci.

Art. 146. Hæc tria fere omnibus maniacis accidunt, videlicet 1. eorum *phantasiæ*, sive *imaginationes* cogitationum impetuosarum æstu perpetuo occupantur, ita, ut varia

Digitized by Google

ut varia sibi obmurmurent, aut clamando & ejulando proferant. 2. *Notiones* sive *conceptus*, aut incongrui sunt, aut sub specie falsa sive erronea repræsentantur. 3. Illorum delirio *audacia* & *furor* adjunguntur, contra ac in *melancholicis*.

Art. 147. Helleborus ab *Hippocrate* ita crebro præscribitur, quoniam tunc temporis alia *cathartica* saltem infrequenti usu, vix innotuere; jam vero longe præstat *lenioribus* & *mitioribus* humores subducere. *Emetica* sequentia sunt maxime utilia; *Curatio.*

℞ *Sulph. Antimon.* a gr. vij. ad x.
Crem. Tart. ʒß.
M.

℞ *Mercur. Vitæ* gr. vj. vel vij.
Tart. Vitriolat. ʒß.
M.

℞ *Extract. Hellebor. nigr.*
—— *Calomel. ana* ʒj.
M. F. Pilulæ. Cathartic.

ETTMULLER.

Art. 148. Affectus melancholicus seu melancholia differt a delirio melancholico; prior est quando homo est nonnihil mœstus & morosus, facile subinde irascitur, ipsi nihil arridet, cogitabundus est; ubi vero taliter affectis supervenit *phantasma*, constituit *delirium melancholicum*, in quo ægri sunt timidi, anxiosi, & quasi in angustiis constituti videntur, adeoque quæcunque vident vel audiunt, sibi pejora & periculosiora persuadent, & licet interdum rident, & læti videntur, quando putant se esse divites, &c. nihilominus non est re vera hilaritas; non verum gaudium, sed potius apparens, & cum risu *sardonico* conjunctum, transitorium, & facile succedit novus mœror, & præcordiorum anxietas, *Differentia melancholiæ a delirio melancholico.*

Digitized by Google

sine causa iterum rident, & parum aut nihil omnino dormiunt; sed cum terrore evigilant.

Fundamentum melancholiæ.

149. Mores animi sequuntur temperamentum corporis. Fundamentum melancholiæ semper circa hypochondria consistet, utut remotior causa interna subinde aliunde oriatur, in quo puncto lien & uterus incusari solent.

Origo mali expiscanda est.

Art. 150. In melancholicis imprimis *acidum vitiosum* in primis viis abundat, hinc frequenter sunt voraces. Expiscanda est mali origo, an ex tristitia & animi affectibus, vel ex sanguine melancholico, in priori casu *pulsus* est valde obscurus, inæqualis & pene deficiens & vermicularis.

Curatio melancholiæ.

Art. 151. In *vomitoriis* consistit radix curæ melancholiæ, & *antimonialia vomitoria* exhibenda sunt in larga dosi. Melancholici & maniaci odio suum habent medicum, etiam curati licet. Alvus servanda est lubrica cum *extracto hellebori & mercurio dulci*, quod est *alterativum* æque *ac laxativum*, ut etiam est *lapis lazuli*, in usum revocanda sunt remedia *antiscorbutica*, *martiata*, *acidulæ*; *saccharum saturni* specificum habetur; *tinctura coral. confect. alkerm. ambra*, *fumaria*, *anagallis*, *hypericum*, *crocus*, *camphora*, *vinum generosum* &c. laudantur. Emplast. ex *tacamahac.* capiti raso applicetur. In delirio melancholico *opium* nullum sortitur effectum, licet dupla aut tripla dosi propinetur, ægri *agrypni* manent, & ferociores fere evadunt.

Maniæ definitio.

Art. 152. Mania sive insania est delirium sine febre cum insigni furore & audacia, exuta quasi omni ratione; ægri pertinacissime vigilant, interdum per aliquot menses. Tres circumstantiæ sunt maxime notandæ, nempe, *furor insignis*, *robur stupendum*, & *frigoris tolerantia* plane mirabilis.

Curatio maniæ.

Art. 153. Radix curationis consistit in validis *vomitoriis* sæpe repetitis, convenit etiam *venæ sectio*, præ reliquis *radix hellebori albi* est *vomitorium* maxime proficuum,

Digitized by Google

cuum, ſequenti modo præparata tuto propinari poteſt; ℞ *Rad. hellebor. alb. ana* ʒß. ad ʒj. coque in vino donec molleſcat, tunc abjiciatur vinum iſtud, & radix in vinum aliud injiciatur, & ita per noctem relinquatur in loco calido ſine coctione tamen, poſtea coletur cum expreſſione levi vel forti, prout magis vel minus validum poſtuletur, vires ſunt optimæ, nec unquam ſatis laudatæ; *nitrum crudum* & omnia *nitrata* ſumme conveniunt, remedia pro cura *melancholiæ* hic quoque locum habent. Immerſio ſubitanea in *aqua frigida* quandoque prodeſt.

FARRAGO.

Art. 154. De horum affectuum *origine*, *incremento*, & *ætiologia* videatur *Boerhaave*. In ſectis cadaveribus Mania demortuis (inquit D. *Shaw*) nihil alienum a ſanorum corporibus invenitur, niſi forſan *induratio meningis cerebri exterioris*, quæ probabiliter ejusdem oſcillationes liberas plurimum immutat, & interturbat, unde ſpirituum animalium diſtributio valde enormis ac perturbata evadit. *Boerhaave.*

Art. 155. Cum melancholici plus juſto lætentur, indicium eſt ac præludium inſtantis *maniæ*. *Lætitia.*

Art. 156. Succus *hederæ terreſtris* intus ſumptus ad ʒij. vel iij. ſingulis diebus valde commendatur ad hunc morbum vincendum, item linimentum ex *eodem ſucco* confectum pro capite raſo inungendo curam promovere creditur. Specifica duo ſimplicia adeo deprædicata ſunt *hypericon* (*Fuga Dæmonum* dictum) & *anagallis*. *Angelus Sala* pro arcano habuit tincturam *hyperici*, & aliquando cum careret tinctura, decoxit *ſummitates* ejusdem in vino Rhenano & cereviſia tenui, atque utiliter propinavit. Decoctum *anagallidis flore purpureo* (doſ. ʒiv. ter in die) præmiſſo plus ſemel *vomitorio* tanquam ſpecificum commendatur ab *Ettmullero*, *Hartmanno*, *Williſio*, *Sennerto*, *Quercetano*, &c. *Remedia varia.*

Digitized by Google

Alia. Sequens emeticum, quod fortiſſimum eſt, in hoſpitio mente captorum frequenter propinatur.

℞ *Succ. fol. Aſari* ℥vj.
vel ℥j. *aq. Car. Ben.* ℥ij.
Oxymel ſcillitic. ℥ß.
M. f. potio. Pharm. pauper.

Art. 157. Pil. de lapide lazuli, flores ſalis armoniaei martiati, cereviſia ad melancholiam, ereviſia melanagoga, &c. ſunt remedia proficua. Neſcio an vires camphoræ, Regiæ ſocietati a D^re^. Kenneir ſesquianno abhinc communicatæ, ad hos contumaciſſimos affectus expugnandos ulterius tentatæ fuerunt, necne. Doſis in his caſibus eſt ad ſemidrachmam omni nocte, præmiſſis univerſalibus, & aliis remediis cephalicis & alterantibus non penitus neglectis. Philoſoph. tranſact. N°. 400.

DELIRIUM RABIOSUM SIVE HYDROPHOBIA.

Coelius Aurelianus.

Hydrophobia. *Art. 158.* Ex morſu animalis rabidi homines in delirium rabioſum ſive hydrophobiam incidunt, quidam celerius, quidam tardius, poſt annum vel eo amplius, ſed frequentius poſt dies quadraginta.

Signa hydrophobiæ præſagientia, & præſentis. *Art. 159.* Signa præſagientia ſunt anxietas quædam, iracundia, ſomnus ſuſpenſus & turbatus, ſtomachi gravedo, oſcitatio, & extenſio frequens membrorum, inſueta querela de aëre quamvis ſereno, parva bibendi voluntas. Signum præſentis mali ad apicem provecti eſt omnium potulentorum timor & abhorrentia.

Mead.

Morbi progreſſus. *Art. 160.* Morſus canis rabidi hoc habet in ſe ſingulare & ſtupendum, quod interdum malum non prius dete-

Digitized by Google

detegatur, quam memoria illius cauſæ penitus obliterata ſit; *vulnus* enim eſt *æque medicabile* ac communes morſus ſanorum animalium: Sed quandoque longo poſt dira ſymptomata exſurgunt, poſt duos vel ſex menſes; interdum poſt annum integrum vel diutius, ſed frequentius poſt quadraginta dies ſentiuntur dolores vagi per univerſum corpus, maxime circa partem læſam; æger evadit anxius ac triſtis, & ad iracundiam proclivis; pulſus intermittit cum tremore aliquali & tendinum ac nervorum ſpasmis; adeſt inſignis calor internus, & ſitis, & poſtremo aquæ timor & abhorrentia [quod *eſſentiam* morbi conſtituit] adeo ut ne quidem conſpectum potulentorum ſine maxima conſternatione ferre poſſit, multo minus unam guttulam deglutire valeat; atque hoc eſt ſignum *pathognomonicum* morbi conſummati, quod tamen non accidit niſi ſub finem & ultimam *cataſtrophen*, nempe diebus duobus vel tribus ante obitum, cum morbus ſit prorſus inſanabilis.

Quid faciendum eſt in recens vulnerato.

Art. 161. Sicut in aliis morſibus venenatis ita ſpecialim hoc in caſu *Galenus* prudenter admonuit vulnus amplificare per *inciſionem circularem*, *cauterio* inurere, & ulcus *apertum* ſervare per dies 40. ad minimum; ſin vero hæc methodus nimis dura & inhumana videatur, ſufficere licet *cucurbitula* applicata virus extrahere, prægreſſa prius profunda ſcarificatione. Sola applicatione *unguenti ægyptiaci* quam calidiſſimi recens vulneratum feliciter ſervatum novi.

Cura interna.

Art. 162. Si quando remedia externa omnino omittantur, vel ſaltem haud recte vel tempeſtive adhibeantur, cura internis magna ex parte tentanda eſt; *alexipharmaca* ſunt propinanda, inter quæ præ reliquis omnibus *cineres cancrorum fluviatilium* veteres medici uno ore magnopere extollunt, *Galenus* ait neminem periiſſe, qui hoc remedium propinavit; ſumendi ſunt cineres ad quantitatem coch. j. vel ij. ſingulis diebus ad dies quadraginta, vel ſoli vel potius cum pulv. rad. gentian. & thur. in vino.

Digitized by Google

Immersio in aquam maritimam.

Art. 163. Frequens immersio demorsi in *aquam salsam marinam* optimum & certissimum omnium prophylacticorum merito perhibetur ad hydrophobiam præcavendam.

ETTMULLER.

Delirium rabiosum.

Art. 164. Delirium rabiosum a morsu rabidorum animalium, in specie canis, oritur, unde hydrophobia; demorsi plane rabiosi redduntur, & omnino in mores brutales transmutari videntur, nihil fere humani apud se retinentes. Præter canes, etiam *feles*, *galli gallinacei*, *equi*, *muli*, *lupi*, *boves* & similia animalia fiunt rabida, & morsus eorum sunt venenati, ut & hominis irati. Notandum est, quod etiam morsus levissimus, immo tantillus salivæ contactus in homine, ab animali rabido receptus, suo tempore rabiem inferre possit, adeo penetrans & malignum est istud seminium. In decursu morbi hydrophobia est symptoma semper conjunctum. Extant exempla quædam, licet rariora hydrophobiæ, nullo morsu animalis rabiosi prægresso, sed dubium est, an in talibus, præcesserit aliqualis infectio, nec ne: contagium etenim subinde ad biennium, immo ad plures annos absconditum latet, antequam in actum erumpit.

Signa Rabiei incipientis.

Art. 165. Signa rabiei incipientis in demorso sunt anxietas præcordiorum, iracundia sine causa, querelæ de molestia aëris ambientis, de corporis gravitate, & ineptitudine ad motum; æger melancholicus evadit, lucem fugit, a potu abstinet, in parte olim vulnerata morsicationem & titillationem, interdum dolorem sentit.

Hydrophobici intra triduum vel quatriduum moriuntur.

Art. 166. In morbo perfecto ægri sunt anxii, spumant circa os, oculos horridos habent, quidam latrant instar canum, collum & fauces ringunt, liquida omnia abhorrent, insomnes permanent; in his extremis

mis raro curantur, sed ut plurimum moriuntur inter triduum vel quatriduum post inceptam hydrophobiam.

Art. 167. Ex vulnere facto, quantocyus fieri potest, *malignum virus* extrahendum est, ideoque sanatio non cito perficienda est, sed vulnus potius ampliandum. Interne conducunt *cardiaca & alexipharmaca*, *tinctura bezoardica*, *spiritus theriacalis camphoratus*, &c. sed omnia dupla dosi danda sunt, & diutissime insistendum est his remediis super locum morsum, allium, ruta, & sal, contusa & mista apponenda sunt more cataplasmatis. Præ cæteris optima cura fit per improvisam in *aqua frigida* immersionem, convenit *purgatio* cum *helleboro* & *mercurio dulci*; *diuretica* prosunt; vis *cantharidum* est quasi specifica. Post scarificationem vulneris applicetur, *cepa* sub cineribus assata, vel sequens; *Intentiones curativæ.*

℞ *Cepam acrem No. 1.*
Alliorum Capita No. v.
Theriac. ℥vj.
Ferment. ℥ß.
M. F. Cataplasma.

Sunt qui adduut, *herb. rut. sem. sinap. ol. scorpion.* &c. verum promptissimum remedium est *ustia* loci affecti cum *ferro candente:* hæc omnem malignitatem destruit. Si vero advocandus est medicus, applicanda est *cucurbitula* cum multa flamma; conducit etiam *fomiculus* prope locum affectum excitatus.

LISTER.

Art. 168. Præter signa ab aliis commemorata futuræ hydrophobiæ unum se [*Salium*], quod præcipuum & infallibile appellat, animadvertisse ait omnibus ignotum, videlicet *dolor quidam in loco commorso*, licet ulcus antea per dies & menses integre fuerit sanatum, accedens, qui intensus esse non consuevit, nisi morsus *Dolor in loco demorso diu post vulnus sanatum signum futuræ hydrophobiæ.*

partem

partem nervosam petierit: hic dolor a loco jam commorso incipiens leviterque patientem affligens per partem, post partem, spatio 3 aut 4 dierum plus minus ascendit ad cerebrum, ubi quasi *vertiginem* causat, & *confusionem*, indeque statim homo in *rabiem* deducitur.

Omnes hydrophobici moriuntur.

Art. 169. Huic prognostico (nempe *neminem aquæ metu oppressum servatum esse*) consentiunt fere omnes antiqui.

Virus in saliva maxime consistit.

Art. 170. Ex nostra observatione ipsam *salivam* præcipue vitiari atque in ea unicum esse virus, experimentis credo: etenim hæc fere vulnera infestare solet, & etiam sine vulnere communicari potest malum. „Huic conje„cturæ adstipulatur historia duorum hominum hoc ma„lo affectorum, *solo salivæ tactu* sine recepto vulnere, „itemque duorum puerorum in *Hibernia sola tracta„tione vulneris* in capite canis ab altero rabioso demorsi „pariter infectorum; historiæ prostant actis Philoso„phicis. Plures canibus rabiosis demorsi curæ meæ „commissi fuerunt, sed ne unum quidem *Hydrophobia* „laborantem mihi unquam contigit videre; suppedita„mur exemplis in Gallic. Hist. Acad. Scient. quorun„dam curatorum, etiam ubi aquarum pavores aderant, „maxime *phlebotomiis* usque ad deliquia iteratis vicibus „celebratis; *immersionibus in aquas salsas* tantum non „mortem inferentibus, & *perfusionibus* earundem us„que ad extremas vitæ oras provectis. Quidam medicus hydrophobici cujusdam oculis mappam crassam superinjecit, manibusque ligatis, potionem bibere invitum aliquoties cogebat; at prorsus siniſtro eventu; nam statim vehementer convulsus obiit. „Qui plura velit „adeat authorem, qui elegantissimum tractatum de hoc „affectu conscripsit. Admiranda profecto est historia „*Jacobi Corton* apud illum ab omnibus lectu dignissima.

Low-

Digitized by Google

Lowthorp. Philoſ. Tranſact. Vol. iij. p. 283.

Art. 171. *Remedium ſingulare.*

℞ *Rad. ſerpent. virgin.*
Flor. Hyperic. an. p. æ.
M. F. Pulvis doſis ʒß. *vel* ℈ij.

Julap. cephalic.
℞ *Fol. Rut.* ʒvj.
Theriac. Venet.
Allii
Rament. Jovis ana ʒiv.

Infund. in vin. canarienſ. vel alb. digere in balneo per horas 4. coletur cum expreſſione forti, doſis ʒij. *vel iij. ſingulis auroris ad dies novem, maneatque æger jejunus per tres horas;* magna reſiduum *parti vulneratæ circumligetur & ſingulis diebus renovetur.* Remedium hoc me nunquam fefellit. *Mayerne.*

Art. 172. Loco vulnerato quamprimum applicetur *anus galli veteris* plumis prius divulſis; & ſi canis rabioſus eſſet, gallus ſtatim intumeſcet, & mox morietur, & demorſus ſanabitur; ſi vulnus ſit exiguum ampliari debet. *Remedium topicum.*

Art. 173. Aliter, homo morſus *in mare* quamprimum novies immergatur, & locus vulneratus cum lixivio *e cineribus quercinis & urina* eluatur, applicetur cataplasma ex *theriaca Londinenſi, alliaria, ruta, & ſale.* *Alia methodus.*

Art. 174. *Electuarium.*

℞ *Fol. Rut. ſicc.*
—— *Scordii ana* ʒij.
Rad. Serpent. Virgin. ʒß.
Flor. Hyperici ʒiij.
Theriac. Lond. ʒj.
Syr. e Cort. Limon. q. ſ.
M. F. Electuarium.

Pro

Digitized by Google

Pro dos. ix. una singulis auroris sumenda.

Lichen cinereus, &c.

Art. 175. Lichen cinereus terrestris (Raii p. 117.) cum æquali quantitate *piperis* est remedium infallibile ad rabiem præcavendam in homine ac jumento.

Decoctum ad morsum canis rabidi.

Art. 176. „Aliquando expertum vidimus *decoctum* „*ad morsum canis rabidi pharm. bat.* cum felici suc„cessu. Postremo quoniam hoc malum a morsu ani„malis (& ut plurimum canis) rabiosi omnino pendet, „operæ pretium esse videtur, ut accurate animadver„tamus, quænam sint signa *diagnostica* canis vere rabi„di, ut futurum morbum, si fieri possit, præcave„mus. Sequentia itaque habemus apud *Lommium*; ca„nis rabiosus esurit, sitit, nihil tamen cibi vel potionis sumit, oculos flammeos trucesque habet, auriculas demittit, linguam exerit, multum umbræ suæ oblatrat, sæpe sine omni latratu tristis atque anxius discurrit, crebro tanquam cursu fatigatus spirat, caudam gestat intortam, nullo discrimine in quosque obvios animantes impetu ac morsu fertur, præcipiti atque incerto oberrans cursu. Integri canes & conspectum & latratum ejus, qui furit, exhorescunt, ac fugiunt. „Pri„mum symptoma rabiei in canibus est *inusitatus tremor* „*seu trepidatio.*

Signa diagnostica canis rabiosi.

TARANTISMUS.

Tarantismus.

Art. 177. Tarantismus est rabies eorum, qui a *tarantulis* sunt morsi. *In Apulia, Italiæ regione*, frequenter occurrit; apud nos nusquam invenitur. Spiritus animales primario afficiuntur. Cura per *musicam* peragitur. *Clarissimus Baglivus* de hoc affectu tractatum emisit; & de eodem etiam scripsit *celeberrimus noster D. Mead.* quibus remittendus est lector eruditus. Vid. etiam *Hist. de l' Acad.* Vol. VI. p. 29.

INCU-

Digitized by Google

INCUBUS SIVE EPHIALTES.

WILLIS.

Art. 178. Incubi paroxismus fere tantum inter dormiendum ingruit, & plerumque post stomachum cibis dyspeptis aggravatum, & decubitum in lecto supinum excitari solet: eo laborantes potissimum in pectore & circa præcordia noxiam sentire videntur; nam respiratione plurimum impedita, se a pondere; thoraci graviter incumbente, opprimi putant, quod pondus nunc hac nunc illa *spectri* aut *larvæ* specie ipsorum imaginationes illudit, nec excutere possunt, nec corpus dimovere; verum post diutinam, ac interdum fere ad vitæ deliquium, in præcordiis luctam tandem evigilant, & moles imaginaria evanescit; superstite vero ut plurimum cordis tremore, & non raro diaphragmatis vibratione celerrima & violenta. Hic affectus raro ex se periculosus est. *Incubus.*

Art. 179. Præmissis universalibus *cephalicis* & *antispasmodicis* curatur. *Curatio.*

ETTMULLER.

Art. 180. Raro hoc malo afficiuntur, qui laudabili utuntur diæta, aut qui *sobriam* amant *cœnam;* si dormiatur in latere, elevato capite, præcavetur incubus. Ab Arabibus appellatur *epilepsia nocturna*, quia incubus habitualis & diuturnus in *epilepsiam* tandem degenerare solet, & est ejusdem prodromus in junioribus, uti in senibus *apoplexiæ.* *Quomodo præcaveatur.*

Art. 181. Incubus habitualis curandus est, præmissis præmittendis; *antiepilepticis*, *martialibus*, &c. cum sobrietate conjuncta. *Lapis lazuli* laudatur. *Curatio.*

Inter legendum.

Art. 182. Antonius Monjoitius hunc affectum eleganter describit; quod sit nocturna spirandi difficultas absurda *Elegans morbi descriptio.*

Digitized by Google

absurda superinjectæ molis opinione somniantem eludens. Pueros frequenter exercet; quia voraces plus comedunt, quam digerunt. Cum vehementior impresserit præfocatio, quosdam interfici testatur *Aurelianus*; additque ex *Silimacho contagiosum* quoddam & *epidemicum incubum Romæ* grassantem multos pestis instar jugulasse.

Quandoque lethalis est.

CAP. IV.

SIVE FASCICULUS MORBORUM QUARTUS.

AFFECTUS CATARRHALES IN GENERE.

Affectus catarrhales.

Affectus Catarrhales, nimirum, Catarrhus, branchus, seu raucedo, & coryza, a se invicem juxta distichon antiquum distinguuntur.

Differentia.

Si fluit ad pectus dicatur rheuma Catarrhus,
Ad fauces Branchus, ad nares esto Coryza.

Diæta sudorifica.

„Cum fluxiones sunt pertinaces, aliis auxiliis haud „cedentes, ad *diætam sudorificam*, tamquam ad sum„mum præsidium & raro fallax accedendum est, eam„demque 15, 20, vel 40 dierum spatio imperandam, „vivendo toto hoc tempore pane biscocto, amygdalis „torrefactis, & carnibus assatis cum decocto Guaiaci „in frigidis & pituitosis, rusticeque viventibus; Sarsa„parillæ & Chinæ in mollioribus & delicatulis. *Ches„neau.*

RAUCEDO.

ETTMULLER.

Raucedinis sedes & causa.

Art. 1. Raucedo seu raucitas est vocis diminutio; pars affecta est aspera arteria ejusque larynx; larynx enim

Digitized by Google

enim primario formát vocem; causa proxima est nimia effusio lymphæ tenuis. Est affectus *catharralis* a lympha acriori, salsiori, aut acidiori.

Art. 2. In raucedine contumaciſſima *ſperm. ceti* est expertum remedium, item decoctum *raparum*, *rob paſſularum.* In raucedine inveterata, ubi mucus viſcidus aut lympha craſſa peccat, *incidentia* & *expectorantia* conveniunt, & præ cæteris *ſyrupus de eryſimo*, & *oxymel ſcilliticum*, & *balſ. ſulph. venæ ſectio* vitanda; nam morbum diuturnum reddit. *Curatio.*

Art. 3. „Interdum *vermes in inteſtinis* (6. 83.) sunt „causæ *aphoniæ* vel raucedinis, ut in praxi vidimus. *Vermes.*
„*Extractum pectorale lohoch. ad raucedinem. Lohoch vitellinum.* Lac. ebutyratum, &c. *Remedia.*

CATARRHUS SUFFOCATIVUS.

ET MULIER.

Art. 4. Catarrhus suffocativus est affectus laryngis, in quo hæc & caput aſperæ arteriæ, in ſpecie epiglottis, afficiuntur primario ab irritatione ibidem excitata arcturam & quaſi ſtricturam efficiente; certum est sedem mali esse in isto loco; respirationem subito difficillimam reddit, & suffocationem minatur; incipit cum raucedine subitanea, deinde irritatur larynx, ſtringitur epiglottis, unde metus suffocationis; est quaſi complicatio *tuſſis ferinæ & raucedinis* gravioris: oritur a lymphæ acore vel salsedine. *Catarrhus suffocativus.*

Art. 5. Conducunt *vomitoria*, *opiata*, & *incraſſantia*, *ut paſſulæ*, *radix glycyrrhizæ*, *gum. Arab. tragacanth. venæ ſectio* nil facit ad curam; in paroxysmo vero graviori celebrari licet ob metum suffocationis. *Curatio.*
„Catarrhus suffocativus est morbus, siquis alius, plerum„que re vera peracutiſſimus hominem fere dicto citius „jugulans; propterea omni arte properanda est cura, „ſeſtinanter inſtituendo multiplicem humorum divari-

„cationem, per venæ sectionem, cucurbitulas cum scari-„ficatione, enematum acrium injectionem, vesican-„tium applicationem, artuum fortem deligationem, „*quam magni facio*, & sequens cataplasma plantis pe-„dum apponendum suaderem;

℞ *Herb. Ranunculi flammei minoris contus. p.* iij.
Fimi Colum. p. j.
Pulv. Euphorb. p. ß.
Sapon. nigr. q. s.
Acet. parum.

„*contundantur*, &c. Author noster *Ettmullerus vo-„mitoria & opiata* proponit; sed in paroxysmi articu-„lo ambo suspecta habeo. Usui interno conducunt „medicamenta *volatilia & nervina dicta, item oleosa „& mucilaginosa, privatim albumen ovorum cum syrup. „de Althæa conquassatum & cum tantilla aqua nephrit. „dilutum.* Extra paroxysmum *remediis antiasthmati-„cis, & ad catarrhum proprie dictum usitatis recidiva-„tio præcavenda est.*

Historia. „Medicus quidam juvenis, athleticus, oppido vi-„cino degens, præeunte per biennium raucedine, in „hunc morbum subito lapsus intra spatium 24. horarum „mortuus est. Ipse & adstantes *Angina* laborasse exi-„stimabant, etiamsi nullus tumor gutturis aderat, intus „aut extrorsum, deglutitio neutiquam impedita &c. „Hora extrema implorabat meum auxilium, morbum „fuisse *catarrhum suffocativum* admonui; statim ac lo-„cutus fueram, ægrotus ipse, qui adhuc mente consta-„bat, agnovit morbum. Cucurbitulas illico affigen-„das imperavi; sed prius quam Chirurgus officium „inchoare poterat, intra horæ quadrantem animam ex-„flavit. Quatuor alios hoc morbo exitiali tentatos no-„vi, quorum duos tantum servatos vidi.

Art.

Digitized by Google

Art. 6. Est etiam alia species catarrhi suffocativi, ubi sanguis in pulmonibus stagnat, & moriuntur ægri ex syncope [est forsan *polypus cordis* vel in vasis sanguineis majoribus] ejicitur spuma ex ore: catarrhus hic suffocativus cognoscitur ex dolore pectoris gravativo, difficultate respirationis, & suffocationis metu, voce fere intercepta, anxietate ægri, interdum tussi, non semper, screatu non multum emittitur; appellatur etiam *syncope cardiaca* (5. 9.) *Alia species.*

Art. 7. Convenit *venæ sectio* quam ociſſime, *sperm. cet.* a ℥ß. ad ℥j. in appropriato vehiculo, insigne levamen adfert, *sal. succini*, *antimon. diaphoret.* & alia *sudorifera*, item *gum. ammoniac. crocus* est summarum virium in hoc casu. *Curatio.*

AFFECTUS CATARRHALES.

ET TMULLER.

Art. 8. Catarrhus proprie dictus est præternaturalis a sero plus minus vitiato in quacunque parte facta alteratio seu functionum læsio. In genere frequentius præcedunt catarrhos capitis gravitas, sensuum & actionum torpor, artuum lassitudo; supervenit successive refrigeratio quædam in superficie corporis, horripilatio dorsi levis, in catarrho graviori febricula lenta. Intensiora sunt omnia symptomata in *calido catarrho*, adest ardor, dolor, corporis quasi phlogosis, materia excreta est tenuis & corrosiva; remissiora vero sunt omnia in *catarrho frigido*, ubi lympha est mitis, & excernuntur mucosa viscida & crassa. *Catarrhus.*

Art. 9. Conveniunt *diuretica*, & imprimis *sudorifera ex salibus volatilibus*, decoct. *e lignis*, speciatim *sassafr. & junip. rosmarinus*, *succinum*, *serpillum*, &c. In *catarrhis calidis*, ubi lympha est tenuis, acris aut salsa, prosunt *opiata* cum *aromaticis* & *volatilibus*. In catarrhis diuturnis conveniunt *vesicatoria* & *fonticuli*. In affectibus catarrhalibus vix habetur par remedium *fumo tabaci*; omnibus enim satisfacit scopis. *Curatio.*

Digitized by Google

Ventus Borealis.

Art. 10. „Ventum borealem producendis catarrhis „aptissimum esse, præter *Hippocratis* testimonium, „experientia communis suffragatur. *Willis.*

CORYZA.

ETTMULLER.

Coryzæ descriptio & causa.

Art. 11. Coryza, sive narium catharrhus; est quando copiosa lympha tenuis & acris in principio per nares defluit, & postea materia crassa, tenax, varie colorata cum dolore capitis gravativo, ab aëre inclementiore ut plurimum ducens originem, rarissime a causa interna. Frequentissime recurrens periculum est, ne *ozænam* vel *polypum* producat.

Curatio.

Art. 12. Coryzam inchoantem curant *naribus applicanda*, in ore *masticanda*, *suffitus*, *odoramenta*, *illinitio narium cum ol. anisi* ante excoriationem, item *oleum succin.* vertici illitum *ol. garyophil.* cum bombyce naribus intrusum *balsam. apoplecticum*, &c. quandoque in usum veniunt. Ad coryzam præcavendum suffitus ex *fumo succini*, *mastich. oliban. gum. animi* &c. multum juvant, sed hæc in principio, si morbus ulterius progrediatur, conducunt *sternutatoria* cum *ol. chym. cinnamom.* vel *garyoph.* vel *ol. majoranæ.*

Remedia varia.

Art. 13. Decoct. *catechu compositum* (in catarrho tenui præ aliis fere omnibus) *decoct. rosar. lohoch japonicum. lohoch vitellinum. suffitus ad catarrhum* (fumus, pallio similive tegumento capite prius tecto, naribus attrahatur,) *tabulæ domesticæ* &c. sunt remedia in coryza usitata.

TUSSIS.

ETTMULLER.

Tussis. Distinguendum est an sit a pectore vel ventriculo, &c.

Art. 14. Probe distinguendum est, an tussis humida sit ex *pectore*, an ex *stomacho*, an a *nervis*. Per cunctandum est, ubi ægri percipiunt tussiendi stimulum

lum; an in larynge seu aspera arteria, vel pectore, vel inferius circa scrobiculum cordis: nam posterior locus *tussim stomachalem*, priores *pectoralem* innuunt; jubeatur æger profundius respirare; sic enim tussire incipiet, si vitium sit in pulmonibus; secus si in stomacho. Sonus in tussiendo ex profundo quasi raucus pulmones affectos indicat, superficialis asperam arteriam.

Art. 15. Nullus practicorum aliquid habet de *tussi stomachali* præter *Lindanum;* mihi (inquit) est compertum pluribus observationibus, plerumque tussim esse ex ventriculo: ubi autem materia latitet, & unde procedat, ex sono dicere possum, qui variatur pro materiæ & loci conditionibus; si materia sit tenuis, & in ventriculo delitescit, furibunda tussis est, in qua vix aliquid egeritur, licet cum summo conatu tussiant [omnis tussis in principio *sicca* progressu temporis evadit *humida*]. *Tussis stomachalis.*

Art. 16. Ad expectorationem promovendam convenit succus *raphan.* recens expressus cum *pauco sacchar.* temperatus, tussis humida stomachalis cum *vomitoriis* & *stomachicis* curatur; sancte testor, quod ex usu *vomitoriorum* ne minimum noxæ observaverim; *purgantia* non conducunt, *mercurius dulcis* vero primum obtinet. *Elixir proprietatis & balsam. peruv.* laudantur. Tussis sicca, nocturna, pectoralis, catarrhalis dicta, ex lymphæ vitio, & exinde irritatione, optime curatur per *volatilia sudorifera* & *opiata*, etiamsi febris conjuncta fuerit. *Flores benzoes*, *sperma ceti*, decoctum *raparum*, succus *glycyrrhizæ*, &c. laudantur. In tussi sicca chronica *phthisin* minitante, ubi peccat lympha, egregium est decoctum *e lignis cum passulis*, &c. Decoctum *raparum* in omni tussi sicca, vel catarrhali vel pectorali vel stomachali est nobile remedium, quod aliis irritis vidi optimum. *Curatio.*

Digitized by Google

SYDENHAM.

Tussis epidemica. *Art. 17.* Tusses aliquando sunt *epidemicæ*, neminis fere parcentes, hæ pendent plerumque a febre aliqua constitutionis prægressæ, tanquam a morbo primario, ideoque quando cum febre implicentur, respiciendum est ad istius morbi genium; cum vero tusses sine febre contingant, curandæ sunt sola a *carnibus* abstinentia, moderato *exercitio* & *ptisana pectorali refrigerante*: quandoque vero tusses *epidemicæ* ad tussim puerorum *convulsivam* quam proxime accedere videntur, & tunc eandem fere postulant medelam, videlicet *venæ sectionem & catharsin.*

Curatio. *Art. 18.* Tussis recens (*phthisi* nondum confirmata) sola abstinentia a *vino & carnibus*, & usu lohoch *ex ol. amygd. dulc.* &c. & tab. domestic. (16. 255.) ordinario subigitur; sin vero, his tentatis, superstes maneat (præcipue si febrem comitem habeat, vel a *peripneumonia* vel *pleuritide* originem ducat) ineptum fuerit *pectoralibus* fidere; sed *venæ sectione* & *catharsi* debellanda est: si autem denique huic methodo non cesserit, tum capiat æger *balsam. peruv.* gt. x. in coch. j. *syr. heder. terr. rest.* ter in die superbibendo ʒiij. *decoct. amar. sine purgantibus*; sed in tussi diuturna vel phthisi omnibus aliis præsidiis *equitatio* (21.) palmam facile præripit.

FARRAGO.

Terra catechu & alia remedia. *Art. 19.* Si tussis a catarrho oriatur, curatur *catarrhus*,

℞ *Terr. Catechu* ℈iv.
Sacchar. Penid. in Aq. Ros. solut. ʒvj.
Mucilagin. Gum. Tragacanth. q. s.
M. F. Trochisci.

Si sub linguam teneantur, tussim curant; (inquit *Bonetus*) viscidam & tenacem pituitam bene solvunt eamque commode expectorari reddunt, quare in hi affecti-

Digitized by Google

affectibus pulmoniacis mihi in frequenti est usu, semperque meo desiderio respondet hoc remedium *Balsf. sulph. anisat. Terebinthinat. lohoch album. Infus. hispanicum. Tabulæ domesticæ*, &c. in recenti tussi conveniunt. Remedia nonnulla alia melioris notæ sunt, quæ sequuntur, scilicet.

Syrupus ex Allio sequens:

℞ *Rad. Enul. Campan. incis.* ʒiv.
—— *Zinzib.* ʒvj.
—— *Liquirit.* ʒvj.
Coq. in Aq. font. ℔vj. *ad* ℔iv. *sub finem add. lobul. Allii tenuiter incis.* ʒiv.
Sem. Anis. contus. ʒiß.
Colatur. add. Sacchar. q. s.
Ut F. S. A. Syr. Pharm. paup.

Trochisci balsamic.

℞ *Balsam. Tolutan.* ʒß.
Pulv. Rad. irid.
—— *Enul. Camp. ana* ʒij.
Gum. Arab.
—— *Trag. ana* ʒj.
Flor. Benzoin. ℈ij.
Sacchar. Cand. ℔ß.

omnibus in pulv. subtil. redactis cum q. s. mucilag. Gum. Tragacanth. f. s. a. Trochisci.

Item. *Balsam. Sulphuris Anisat. & extractum pectorale, Lohoch rub. & Lohoch myrrhisat. præcipue* Fulleri *in recenti Tussi conveniunt.*

Discant ægroti Tussi laborantes, tempore idoneo, & cum morbus altas nondum egit radices, validisque adhuc viribus, remedia adhibere. *Admonitio.*

Principiis obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Digitized by Google

PHTHISIS PULMONALIS.

SYDENHAM.

Phthisis pulmonalis.

Art. 20. Phthisis pulmonalis a frigore hyemali plerumque ortum ducit, & gradatim crescit, videlicet ab humore in pulmones delapso, unde *catarrhi* ritu eos ita jugiter irritat, ut *tussis* inde excitetur tantum non continua; & progressu temporis symptomata reliqua succedunt, & morbus frequenter evadit incurabilis.

Curatio.

Art. 21. Tentandum est tamen defluxionem in pulmones minuere *venæ sectione & catharsi* leni, tum *pectoralibus* ad varios morbi status accommodatis, scilicet *incrassantibus* vel *attenuantibus*, & febrem *hecticam temperantibus* cum *emulsionibus*, *lacte asinino*, &c. & postremo *ulcus sanantibus* cum *balsamicis*, *opobals. dos.* gt. xx. sed hoc non est sumendum nisi prægressis *evacuationibus* debitis; sed palmarium hujusque morbi præsidium est, ut æger quotidie *equo* vehatur; & qui se huic corporis exercitio sanandum tradit, nullis jam diætæ legibus adstrictus, nullo cibi potusve genere privandus est; cum in hoc uno omnis rei cardo vertatur: hoc solummodo observando, ut si æger juvenilem ætatem prætergressus fuerit, plus temporis huic exercitio impendere debet, quam si puer aut juvenis esset, & sane haud multo certius *cortex peruvianus* febri intermittenti, quam in hac ætate *equitatio* phthisi medetur.

Equitationis beneficium.

Tumor in collo.

Quibusdam eorum, qui ex hac methodo convaluere, *tumor* in collo exortus est non multum a *scrophulis* abludens.

Prognosis.

Art. 22. In phthisi materia purulenta per tussim excreta in ignem conjecta tetrum spirat odorem, & immissa in vas aqua repletum fundum petit. Sudores nocturni, genæ livescentes, faciei pallor, nares exacutæ, temporum collapsus, unguium incurvatio, capillorum defluxio, & alvi profluvium colliquativum, mortem statim

Digitized by Google

statim subsecuturam denuntiant. Inter chronicos phthisis *duos fere trientes* jugulat. „Nasus acutus, oculi „concavi, collapsa tempora, aures frigidæ & contractæ, „cutis circa frontem dura, intenta & reficcata, totius„que faciei color subviridis, niger aut lividus, lethale. „Hæc est illa *facies Hippocratica* vulgo dicta, ob tradi„tam ab *Hippocrate* descriptionem, quæ humidi calidi„que nativi consumptionem, adeoque mox futuram „mortem indicat.

MORTON.

Phthiseos causa & Diagnosis.

Art. 23. Phthisis pulmonalis pendet aliquando a mala conformatione pectoris, estque illa vel *naturalis*, quando pectus sit nimis angustum, cervix longior quam par est, omoplatæ tanquam alæ videntur; vel *accidentalis*, ubi curvitas vel pectoris distortio. Signum phthiseos appropinquantis primum est *tussis arida*, quæ per menses aliquot durat; catarrhus vero simplex est, humorosus & brevis. Vomitio vel vomendi dispositio post pastum tussi prædicta concitata est signum phthiseos certissimum. Signum secundum est *febris hectica* cum calore in volis manuum, & rubore genarum præcipue post pastum. Tertium *extenuatio* partium solidarum in extremis digitorum maxime conspicua, unde incurvatio unguium; & postremo febris *putrida* hectica supervenien̄s.

Phthiseos signa pathognomonica.

Art. 24. Inter signa *pathognomonica* phthiseos confirmatæ, primum est febris *inflammatoria*, inflammatis pulmonum tuberculis, quæ febris tanquam febres aliæ inflammatoriæ tractanda est, scilicet *victu tenui*, medicamentis *pectoralibus*, & *expectorantibus*, *linimentis*, & præcipue *venæ sectione*, utcunque emaciatus sit æger, (est enim *peripneumonia* cum pulsu serrato) *ol. lini* est remedium in hoc casu nunquam satis laudandum. Febrem hanc inflammatoriam sequitur *putrida intermittens*, quæ sit a suppuratione tubercularum ob venæ sectionem omissam, vel nimis parce celebratam, vel

Digitized by Google

aliter; hoc autem est signum pulmonum corruptorum certissimum. *Cortice peruviano* non profligatur, neque *antihectic. Poterii*, aut ullo alio remedio, nisi ulcere prius curato; hanc autem comitantur insignes aliquot evacuationes, seu corporis colliquationes (& hoc est signum *pathognomonicum secundum*), expectoratio materiæ purulentæ (pus phthiseos confirmatæ est graveolens, etiamsi sit spissum, non tamen glutinosum seu tenax, sed fluidum, variorum colorum videlicet flavi, viridis, sed frequentius cinerei). Sudores colliquativi, quos si arte obstruentur, insequuntur tumores hydropici in pectore vel cruribus, sive dysenteria vel diarrhœa. Signum ultimum est *salivatio*, unde calor gutturis præternaturalis, & aphthæ pertinaces, incurabiles, [mortem non procul abesse pleruinque nunciantes].

Curatio. *Art. 25.* Ad therapiam quod attinet, in principio *venæ sectio lenis purgatio* cum *pil. stomach. ruffi tinctur. sacr. (calomel.)* &c. conveniunt *diuretica*, *millepedes viv.* & præparat. *balsf. sulph. terebinth. acidulæ. Diaphoretica*, *antimon. diaphoret. cerusf. antimon.* privatim decoctum *lignorum (in aq. calc.)* si adsit catarrhus & calor hecticus, catharticis *opiata* sunt admiscenda, reliquis antecellit *pil. cynoglos.* seu *styrac.* Radatur caput & aperiantur *fonticuli.* (Atque hæc est summa curæ *rationalis & radicalis phthiseos pulmonalis.* In confesso est phthisicos confirmatos rarissime curari; non tamen idcirco plane sunt deserendi; cum *palliativa cura* debeatur illis, qui non possunt curari perfecte).

Diarrhœa. *Art. 26.* In diarrhœa, *decoctum album* pro potu communi; sed *opium* est unicum præsidium [*elect. ad diarrhœam* (16. 88.) in praxi nostra maxime efficax expertus sum]. Ad acrimoniam humorum obtundendam injiciatur quandoque enema ex *jusculo ovin.* cum *diascord.* ℥ß. *opiata* bene ferunt hoc in casu ob metathesin materiæ morbificæ a pulmonibus ad intestina: diarrhœa tamen non est temere aut nimis cito sistenda, ne gravius malum

Digitized by Google

malum accideret, quod optime præcavetur *expectorantia & lubricantia* certis intervallis propinando, & diarrhœam moderando, potius quam penitus vincendo.

Art. 27. Ad tussim importunam & vigilias pertinaces levamen vix procurandum est ab *opio;* cum cautela tamen exhibendum est, parce, & non sine maxima necessitate; ne languores, dyspnœam, extremarum frigus, &c. inferat, & mortem properet, & medico dedecus pariat. Hic in usum veniunt *linctus, trochisci*, &c. *Tussis.*

Art. 28. Sudores colliquativi, nisi sunt valde immodici, sunt tolerandi; sin vero sint maxime profusi, ita, ut languores usque ad deliquium fere inducant, *adstringentibus* & aliis propriis adminiculis moderari debent. Sequente julap. uti soleo. *Sudores colliquativi.*

℞ *Aq. Tormentil. Germ.*
—— *Querc.*
—— *Plantagin. ana* ℥iij.
—— *Cinnam. ten.* ℥iv.
—— *Mirab.* ℥j.
Margarit. præparat.
Corall. Rubr. præparat. ana ℈ij.
Bol. Ver.
Sang. Dracon. ana ʒß.
Syr. Myrt. ℥ß.
Spirit. Vitriol. dulc. q. s. ad gratam aciditatem.
M. F. Julapium.

Sumat ℥ij. vel iij. omnino bihorio vel trihorio phiala bene agitata.

BAYNARD.

Art. 29. „Si calor hecticus sit insignis, & phthisis „celeri cursu progrediatur, convenit *diæta lactea*, & „*lac asininum* (si comparari possit) eligendum est; quo„niam est minus crassum: huic vero *succedaneum* adinvenit, *Ad febrem hecticam.*

Digitized by Google

„venit, quod etiam valde commendat *clarissimus Bay-*
„*nard* in *appendice* ad *psychroluſiam*, nimirum *ſerum*
„ſive *lac butyraceum*; quamplurimis (inquit) indica-
„tionibus ſatisfacit; refrigerat, humectat, nutrit, &c.
& deinde inferius pergit laudatus author fidenter affir-
mans, & expertus loquens ſe compertum habuiſſe,
quod plures ex continuato uſu *hujuſce lactis* a caloribus
præternaturalibus & etiam hecticis liberati fuiſſent; iis-
que quibus calor eſt ingens & ſitis importuna leviter
acidulum præberi debuiſſet, recens vero & dulce magis
nutriat. „Et re vera hæc omnia merito dicta eſſe arbi-
„tror: Ego etenim plus ſemel *raucedinem* pertinacem
„& *catarrhum* mediante hoc remedio, utcunque vul-
„gari, feliciter ſuſtuli; & in febre *hectica* magno fuiſſe
„commodo pro certo deprehendi.

ETTMULLER.

Phthiſes variæ. *Art. 30.* Phthiſici dicuntur κατ' ἐξοχήν ii, qui ul-
cere pulmonum laborant, & habent febrem hecticam
conjunctam; eandem etiam habent ii, qui phthiſi renali
jecorali, a vitio meſenterii, &c. laborant, tabidi evadunt.
Tabes a glandularum meſenterii vitio ſolet habere ab-
domen inflatum ac tumidum cum dolore in ejus pro-
fundo obtuſo, ac plus minus gravativo, itemque cum
renitente hinc inde ſparſa duritie circa umbilicum ob-
ſervabili.

Curatio. *Art. 31.* Tuſſis phthiſicorum non ſtatim eſt *pulmo-*
nalis, ſed *ſtomachalis*, (14.) cui tandem acrioris lym-
phæ occaſione per glandulas aſperæ arteriæ, aut pul-
monum excretæ tuſſis pulmonalis ſupervenit. Materia
viſcida in aquam exſputa ſupernatat, pus vero fundum
petit. Materia pinguis phthiſicorum urinæ innatat.

Art. 32. *Vomitoria* ſunt optima in omni phthiſi in-
cipiente, maxime ſi malum ſit a vitio ſtomachi; *pur-*
gantia ſunt omnino vitanda; *ſyrupi* & *ſaccharata* omni-
no plus nocent, quam proſunt. *Lindanus* refert ſe
curaſſe

Digitized by Google

curasse quendam domesticum atrophia laborantem solo decocto ex *radice helenii* cum *passulis* & *glycyrrhiza, adjecta* 10ma *parte vini hispanici*, nam & hoc nutrit egregie: laudatur *rob passularum.*

Art. 33. Febris hecticæ hæc tria sunt quasi signa *pathognomonica*, 1. *calor* ipsi ægro fere occultus vix sensibilis, ab omni pastu post aliquot horas acutus. 2. Adest *absumptio & extenuatio* corporis successiva. 3. *Pulsus celer, parvus, frequens, debilis & subinde durus;* efflorescit plerumque *facies* colore plus minus rubicundo, & *sudores* nocturni infestant; accidit etiam frequenter *capillorum* defluvium, totius corporis lassitudo, frequens lipothymia; somnus horis matutinis est rarus; ægri conqueruntur de æstu interno. Hectica incipiens *difficillime* cognoscitur *facillime* curatur; confirmata e contra. In statu morbi urina in summitate pellem habet quasi oleaginosam, aranearum telis similem. In *saturno* singulare quid latet contra febrem hecticam, & internas viscerum exulcerationes & corcorruptelas. Laudantur *antim. diaphor. & antihectic. Poterii*, & decoct. *e lignis* præ reliquis in lymphæ acrimonia, ut & *sperma ceti.* Ad ulcus pulmonum abstergendum, & sordes nimis hærentes eliminandas optima sunt ex *tabaco* remedia, utpote quæ præter vim expectorandi *vulnerariam* quoque possident. Potus ordinarius phthisicorum commodissime conditus sit *fumo sulphuris* ad imitationem *Helmontii.* Immo & *fumus sulphuris* cum aliis per os attractus singulare est experimentum cujusdam *medici Hiberni*, quo aliquot desperatos phthisicos curavit, uti refert *Boyle.*

Willis.

Art. 34. Communis observatio est, regiones istas, sive in *Anglia*, sive in *Belgia*, ubi *cespite* ignes nutriuntur, & odorem valde sulphureum spirant, tabem rarius infestare; quinimo loca ista phthisi obnoxiis, aut ea laboran- *De virtutibus cespitis cremati & aliorum remediorum.*

Digitized by Google

laborantibus maxime salubria, & non raro sanativa existere; cui accidit quod suffumigium ex *sulphure* & *arsenico* (quod sulphure copioso refertum est) pro curandis pulmonum ulceribus pene deploratis remedium licet ultimum, efficacissimum tamen habetur. Haud novi præstantius remedium in tussi quacunque, modo febris absit, quam tinct. *sulph.* (sine empyreumate) *dos.* a gr. vj. ad x. mane & vesperi in coch. syr. idonei.

SYLVIUS.

Laus balsami sulphuris anisati.

Art. 35. Nullum hactenus reperi medicamentum, quod vel externe vel interne usurpatum citius tutiusve non tantum mundaverit, sed insuper consolidaverit recentia ulcera, atque *sulphuris balsamum;* cæteris vero omnibus imprimis præfero istud cum *oleo anisi* paratum, modo lente paretur; ita enim longe gratior fiet, & convenientior, alias empyreuma redolet & acrior existit. Insuper pus ipsum tenuius fluidiusque reddit; adeoque ipsius excretionem promovet, ac facilitat. Ad mundati ulceris consolidationem quoque multum laudari solent *rosæ rubræ, conservæ;* & aliis præparationibus præfero decoctum *rosarum rub.* cum forti expressione pauco *saccharo* edulcoratum.

FARRAGO.

Quibus potissimum tales accidere solet.

Art. 36. Tabes maxime fit ætatibus ab anno 18. usque ad 35. *Hippocr. Aphor.* In aliis ætatibus evenire potest; at in isto vitæ stadio multo periculosior existit.

Phthisis est morbus contagiosus.

Art. 37. Phthisis est morbus *contagiosus*, per insensia, per vestes, per lintea, per lectos, phthisin communicatam fuisse mille docent exempla (inquit *Bonetus*). „Extant quidem hujusce *contagii* nonnulla exempla, „sed, pace viri, non sunt adeo frequentia.

Usus mercurii dulcis.

Art. 38. Quamdiu tabes est in primo gradu, & probabile est sanguinem non esse extravasatum, ulcusve nondum factum, debet ante usum decoct. *ex lignis*, & dum

Digitized by Google

dum *purgantibus* utimur adhiberi *mercurius dulc.* non quidem cum purgantibus simul eodem die, sed sine purgantibus post aliquot dies *Pitcarn. in* MS.

Art. 39. Hoc constanter affirmo, me contra omnium fere scriptorum practicorum sententiam *acidis* temperatis feliciſſime usum in curatione phthiseos (in hoc convenit authori cum *Colebatch.*) *Barbette.* *Acida in phthisi.*

Art. 40. Quæro cum in hydrope tussis vehemens moveri soleat, & elaterio sedari, an non eadem in phthisicis etiam elaterio, parce dato, tollatur? *Lister. de hydrope*, p. 20. „Atque hic liceat mihi obiter tan„tum mentionem facere *coaguli vitulini*, quo utuntur „caseo conficiendo, tanquam fere unici acidi animalis, „non solum in hoc morbo, (maximi in Hæmoptisi); „sed in nonnullis aliis, de quibus hic non est dicendi „locus, opem ferentis.„ *Dubitatio.* *Coagulum vitulinum.*

Art. 41. Remediorum sequentium vires & usus lector ipse expendat. *Antihecticum Poterii, Balsf. sulph. anisat. nitrum saturnisatum. Syrupus de peto. Saccharum saturni. Aqua balsamica. Aqua limac. scorbut. aq. limac. pectoral. decoct. phthisic. express. milleped. simplex. Jusculum galli. Jusculum cancrorum fluviat. Jusculum consummatum. Lixivium de calce. Lohoch myrrhisatum.* (Phthisicis primo adhuc stadio optatissimum est, præstantissimum profecto remedium. *Fuller*) *Tinctura antiphthisica. Decoctum flor. bellidis major.* Specificum habetur *Decoct. phthisicum*, *linimentum anodynum.* *Remedia varia.*

PHTHISIS NERVOSA.

Morton.

Art. 42. Phthisis nervosa est absumptio corporis tabida sine febre, tussi, vel anhelatione insigni, appetitu tamen dejecto, & concoctione depravata, languent vires exhaustis carnibus & robore; aliquando *indigenis* *Phthisis Nervosa.*

Digitized by Google

indigenis accidit (immo nuperis annis sæpissime,) ratio in propatulo est, scilicet, ex nimia spirituosorum liquorum indulgentia; sed frequentius huc revertentibus ab insulis nostris in *India occidentali*. In principio habitus corporis œdematosus apparet, & quasi chylo spiritibus destituto distentus turget; facies pallet, ventriculus fastidit omnia, exceptis liquidis; urina est pauca, & plerumque rubicunda; aliquando tamen, ut in aliis nervosis affectibus, pallida & copiosa; nulla adest febris aut dyspnœa, nisi in ultimo morbi stadio. Constat luculenter genus nervosum affici (& primario *ventriculum*.)

Causæ procatarcticæ.

Art. 43. Causæ *procatarcticæ* ut plurimum sunt graviores animi affectus, liquorum spirituosorum nimis libera ingurgitatio, aër insalubris, &c. (omnia etiam quæ cruditates, affectus *hypochondriacos* & *scorbutum* parere solent,)

Curatu difficilis.

Art. 44. Est morbus re vera *chronicus*, &, nisi in ipso principio, curatu difficillimus; terminare solet in tumore *hydropico* incurabili.

Curatio.

Art. 45. Quod ad therapiam attinet, in usum revocanda sunt medicamenta *stomachica* interna & externa, *chalybeata*, *antiscorbutica*, *cephalica* & *amara*. Instituatur *purgatio* cum *spec. hier. in aq. rut. cerasi nigr. & pæon. comp.* externe *empl. stomach. magistral.* cum gt. aliquot *cinnam.* & *absynth.* ventriculo. In æstate *aq. minerales chalyb. dictæ*; inter chalybis præparationes *extractum Mynsicht.* anteponendum est.

Atrophia scorbutica.

Art. 46. „Huic malo quoque affinis est iste, qui à „Willisio *atrophia scorbutica* appellatur. p. 116.

Animi affectus sæpissime hujus mali causa.

Art. 47. „Mœror qui est animi dolor, & lucu„bratio nimia, quæ est ejusdem labor, ambo phthisi „plerumque viam sternunt, ast omnium, quæ mihi „hactenus nota sunt, nihil corpus adeo velociter ab„sumit, ac *insanus amor*, quando *ambit* & non *exambit*.

Tabes

Digitized by Google

Tabes reliquæ ab aliis morbis ortum ducentes, aut ab iis quodammodo pendentes.

MORTON.

Art. 48. In phthisi ab hæmorrhagia, hæmorrhagia suppressa, vescatur æger jusculâ & gelatinas, & alios cibos bonum nutrimentum præbentes. Convenit *diæta lactea;* incidit plerumque æger in febrem hecticam, quæ *cort. peruv.* profliganda est, ne in phthisi pulmonari incurabili desinat. *Phthisis ab hæmorrhagia.*

Art. 49. Phthisis a gonorrhœa vel fluore albo exorta, confirmata cum sit, est prorsus immedicabilis; si recens fuerit, fluxus est sistendus, & æger cum euchymis nutriendus, & calor hecticus, modo adsit, *diæta lactea*, aut aq. *chalybeata* extinguendus. *Phthisis a gonorrhœa vel fluore albo.*

Art. 50. In phthisi ab apostematibus & ulceribus, ulcus tempestive sanandum est ope externorum & internorum aq. calcis seq. sit pro potu ordinario; *Phthisis ab apostematibus & ulceribus.*

℞ *Rad. Salsaparill. incis.* ℥vj
Uvarum Corinth. ℔ß
Infund. in Aq. font. ℔ßxiij
Coq. ad dimidium in Colatura
Extingue Calcis vivi ℔ß *per residentiam depurat. sit pro usu.*

Nisi habitus sit jamjam hecticus *cathartica mercurialia* sunt usurpanda ad accelerandam ulceris curationem; immo excitare licet levem *ptyalismum* cum fructu; in usum veniunt *balsamica*, ut *syr. balsam. balsam. Lucatelli*, *Tolutan.* &c. suprema cura adhibenda est, ne phthisis pulmonaris sequatur; quamobrem a curato ulcere fiant *fontanellæ*, continuetur usus *balsamicorum*, *diætæ lact. acidularum*, &c.

Art. 51. Phthiseos a lactatu signa præsagientia sunt 1. Appetitus diminutio; 2. Spirituum languor & imbecillitas corporis. 3. Oppressio hypochondriorum *Phthisis a lactatu.*

orum. Tempestive ablactandus est infantulus, & nutrix *diæta lact.* committenda.

Phthisis a diarrhœa &c.

Art. 52. „Phthisis a diarrhœa vel dysenteria, a „diabete, a salivatione, ab hydrope, & a fœtore nimio „nihil habent peculiare a morbis primariis & phthisi „in genere dicendum.

Phthisis scrophularis.

Art. 53. Phthiseos scrophularis signa diagnostica sunt plerumque tumores scrophulares & crudi in externo corporis habitu, accomitantes vel præcedentes ophthalmiæ, aut scabies, & similes affectus scrophulares. (12. 57.)

Curatio.

Art. 54. Vitanda est *diæta lactea*, utpote obstructiones pariens. *Radices scrophulariæ, filipendulæ, millepedes*, &c. cum *ingred. pulmonar.* & *balsamicis* conveniunt. *Opium* rarissime usurpandum est („Anim„adversum est a *Sculteto* mesenterium hoc malo sem„per primo esse affectum, & frequenter tumoribus „strumaticis obsideri, sanis adhuc partibus externis; „& in hoc casu difficile est quidem, nisi conjectura „sola, morbum invenire, priusquam ægrum pene in„terfecerit. Convenit *emplast*, *de sapone* toti abdo„mini, &c.

Art. 55. „Est aliquid singulare in decocto *fol.* „*tussilaginis* ad hunc morbum curandum; etiam in „ægris maxime deploratis, & fere desperatis. *Fulleri* „*medicina gymnastica*, (vide locum p. 92. &c.)

Phthisis scorbutica.

Art. 56. Phthiseos scorbuticæ signa diagnostica præcipua sunt eruptio macularum hinc inde sparsarum per universam cutem, screatio fere perpetua puris viscidi salsi a glandulis jugularibus præcipue tempore matutino, exulceratio & extenuatio maxillarum.

Curatio.

Art. 57. Conveniunt *pectoralia incidentia* cum *antiscorbuticis*, ut summit. *pini*, *rad. oxylapath.* authoris *pil. balsamic.* (16. 214.) *chalybeata*, *acidulæ*, &c. *opium* omnino vitandum est, ut & *diæta lactea*, & immodica *fumisuctio*.

Art. 58.

Digitized by Google

Art. 58. Phthiseos asthmaticæ signa diagnostica sunt anhelatio, & spirandi difficultas; hæc autem phthisis est valde chronica, & est phthisis senectutis. *Phthisis asthmatica.*

Art. 59. Omnia incrassantia sunt vitanda; prosunt medicamenta *expectorantia*, *incidentia*, &c. ut *syrupus de eryssimo*, e 5 *rad. millepedes*, *pil. balsam. nostr.* &c. *venæ sectio* in paroxysmo, *oxymel. scillit.* & *aq. cinnam. fort. ana p. æ.* *Curatio.*

Art. 60. Phthisis ab affectu hypochondriaco vel hysterico a cæteris distinguitur symptomatibus his affectibus peculiaribus. *Phthisis hypochondriaca.*

Art. 61. Curatio est fere ejusmodi cum aliis (præcipue cum phthisi *sorbutica*) conducunt *volatilia*, *chalybeata*, &c. *Curatio.*

HARVEY.

Art. 62. In phthisi ab hæmoptysi sanguinis a pulmonibus ejectus sine dolore per tussim exantlatur; & si rupta fuerit vena, ut plurimum prima eruptione magna copia egeritur, & postea minori quantitate: in principio apparet tenuis, sincerus & floridus cum spuma flavescente; progressu temporis pallidior & aquosior evadit cum bullulis, & postremo cum pure commistus excernitur. Qui per *diapèdesin* expectorantur, dilutior est, & minus copiosus cum humore seroso vel purulento confusus. *Phthisis ab hæmoptysi.*

ETTMULLER.

Art. 63. Hæmoptysis est quando sanguis ex pulmonibus per os tussiendo ejicitur, aliquando sed rarius sine tussi; sanguis rejicitur vel floridus vel semigrumosus, facile vel difficulter, cum vel sine dolore, spumosus, vel non. Si ex pulmonibus provenit, sæpius *vomicam*, *empyema*, aut *peripneumoniam*, & hinc *phthisin* post se trahit. *Hæmoptysis.*

Art. 64. Convenit *venæ sectio*, *purgatio* vitetur; *diuretica* & *diaphoretica* locum habent; *opiata* sunt *Curatio.*

Digitized by Google

perquam proficua, in ſpecie ſemen *hyoſcyami* eſt nobile ſpecificum tam veteribus quam modernis commendatum; cavendum eſt tamen in ejus uſu ob vim narcoticam, ne exhibeatur in nimia doſi, ſed tutius eſt propinari repetitis vicibus; maniam etenim inducit nimis larga doſis. Reſpiciendum eſt ad acrimoniam ſanguinis in hujus mali cura, hoc facto, quæ in capite de *hæmorrhagia* tradita ſunt, hic locum habent. *Hedera terreſtris* eſt plane mirabilis, item ſuccus *urticæ, catechu, trochiſc. de carabe, oleum lini* cochleatim ſumptum mira præſtat *ol. vitriol. ſucc. cydon. decoct. hord. cum paſſul. min.*

Accidentalis vel habitualis.

Art. 65. „ Hæmoptyſis eſt vel *accidentalis* vel „ *habitualis*; poſterior eſt phthiſeos ſignum: *cortice* „ *peruv.* optime & tutiſſime curatur, & *aſtringenti-* „ *bus* ſiſtitur, ut *bol. Armen. ſang. dracon. lapid. hæ-* „ *matit.* &c. *Morton.*

Remedia varia.

Art. 66. Mantiſſa *Elect. boylean. elect. peruv. aſtring. elect. ſtyptic. emulſio ſtyptic. hauſt. japon. lohoch. japon. pulv. hæmoptoicus, ſtypticum regis. Syrupus boylean. ſuccus urtic. menth.* ſed præ reliquis *heder. terreſt.* „ In „ hæmoptoe *accidentali* deſperata, cæteris incaſſum tenta- „ tis, (ſicut in aliis omnibus hæmorrhagiis) medici ex- „ pectationem rariſſime fruſtratur ſequens remedium;

℞ *Aq. Plantag.*
Vini Rub. Aſtring. ana ℥ß
Syr. Pap. errat. ℥ij
Ol. Vitrioli quantum lingua ferre poteſt.
M. F. Julapium.

Suffitus *ex calce viv. & acet.* in extremis eximie confert.

MORTON.

Phthiſis a chloroſi vel menſibus obſtructis.

Art. 67. In phthiſi a chloroſi vel menſium obſtructione non niſi in principio *chalybeata* tentanda ſunt

Digitized by Google

sunt; calorem enim hecticum adaugent, & sanguinem exagitant: sed potius *pulmonaria*, &c. sunt usurpanda.

Art. 68. Phthisis a pleuritide vel peripneumonia male tractata, julapiis contemperantibus, expectorantibus, venæ sectione, acidulis, &c. tractanda est, vel si sit empyema *paracentesi*. *Millepedes*, decoct. *sarsaparill. succin. diuretica*, &c. Historia prima hoc morbo laborantis est insignis & notatu dignissima, vide locum. *Phthisis a pleuritide, &c.*

Art. 69. Phthisis ab ictero non curatur nisi sublato morbo primario; ideoque remediis *antiictericis* oppugnanda est. *Phthisis ab Ictero.*

VOMICA PULMONIS.

WILLIS.

Art. 70. Rara est mentio hujus affectus apud authores. Vomica pulmonis plerumque accidit sine febre aut phlegmone, immo sine tussi immani, aut sputo, tacite ac velut improviso in pulmone generatur, & non raro non prius se prodit, quam patientem interimit. Latet (inquit *Tulpius*) inter initia ita clanculum, ut vix ulla sui proferat indicia, præter tussiculam, primo siccam, mox humidam, qua aliquamdiu continuante, trahitur difficulter spiritus, deficit anima, & emarcescit paulatim corpus, licet interim nec sanguinem præ se ferunt sputa; sed si rumpatur nec opinanti vomica, occiditur (dictum ac factum) homo. Ita interdum solet contingere; verum novi plures, qui ex pulmonis vomica sensim orta, maturate, & demum rupta, pus copiosum & fœtidum exspuissent; cumque tale sputum per multas hebdomadas, immo menses quotidie excernentes debiles adeo & velut tabidi evaserint, tandem medicamentorum ope, cum ulcus detergeretur & siccaretur, integre convaluisse. Ab abscessu in pulmone exoritur, & pus sæpissime insigniter fœtet, eoque differt a sputo, quod in peripneumonia & phthisi ejici- *Vomica pulmonis.*

Digitized by Google

tur. Causæ remotiores latent, neque per signa ulla *pathognomonica* dignosci queat hicce morbus, neque prognosis institui potest, antequam ictu ferali se prodit.

Curatio. *Art. 71.* Post vomicam disruptam medendi methodus fere eadem est ac post sectionem *empyematis*, aut in *phthisi* incipiente; in hoc casu *lac asininum* sæpe prodest; observavi quoque *fontanellam* in latere excitatam non raro insigniter profuisse. Historias quasdam adducit author, de quibus consulendus est. p. 205.

BAGLIVUS.

Baglivus vomicam accurate describit. *Art. 72.* Tuberculo pulmonum laborantes, de cætero bene se habentes, difficulter spirare incipiunt, inter spirandum non stertunt, & nihil exspuunt, dolorem quoque in pectore sentiunt continuum, & dolentem in locum decumbere non possunt, sicca tussi laborant, tandem genæ rubent, febricula supervenit; & negotio ad suppurationem vergente alia suppurationis symptomata accedunt. Duo tamen tanquam *pathognomonica* crudi & adhuc incipientis tuberculi signa sunt, *tussis dolor*, & *dolor lenis* in alterutro pectoris loco; & quamdiu quidem tuberculum adhuc crudius fuerit, dolorem exilem & tussim siccam inducit. Qui tuberculo pulmonum laborant, sæpissime derepente moriuntur; nam suppurato tuberculo pus erumpit in trachæam, & suffocat: hinc quo longius a trachæa, & pulmonum centro distat, eo minus periclitantur de suffocatione; pus enim in cavitatem pectoris erumpet, aut per urinas eliminabitur.

ETTMULLER.

Differentia inter vomicam & phthisin. *Art. 73.* Vomica pulmonum & phthisis in eo saltem differunt, quod vomica sit *ulcus pulmonum clausum* seu *abscessus*: phthisis *ulcus sordidum ex abscessu jam aperto:* nam in vomica interdum pus est laudabile; quod suis membranis inclusum citra exeretionem

in

Digitized by Google

in pulmonibus, & etiam ſine tuſſi aliquando exiſtere queat. A tumoris intus ruptione exſolutio, vomitus, & animi deliquium fit. *Hippocratis Aphorism.*

ASTHMA.

SYDENHAM.

Art. 74. Dividitur in tres Species; Dyſpnœam, quæ difficilis eſt reſpiratio, in qua crebrior denſiorque eſt ſpiritus tractio ex infarctu pulmonum ſine ſtertore oriunda: Aſthma, ubi frequens & magna reſpiratio, in qua diaphragma, muſculi intercoſtales, tum etiam abdominis violenter moventur, cum ſtertore & ſibilo. In priore ſpecie ſubſtantia pulmonum in poſteriore bronchia oppilantur: & Orthopnœam, quæ eſt maxima ſpirandi difficultas, ſub qua ægrotantes non niſi ſedentes, & erecta cervice reſpirare poſſunt. Muſculi etiam pectoris & ſcapularum vehementer exagitantur. *Aſthmatis deſcriptio.*

Art. 75. Mittatur ſanguis e brachio dextro ad ℥x. Die ſequenti ſumat *potionem purgativam communem*, quæ repetatur tertia quaque die per duas alias vices. Diebus a purgatione vacuis ſumat ſequentia. *Curatio.*

℞ *Sem. Aniſi ſubtiliſſime pulv.* ℥ij.
Balſam. Lucatell. q. ſ.
M. F. Pil. ex ſingulis drachmis vj.

Cape tres mane & quinta promeridiana, ſuperbibendo Decocti amari ſine purgantibus ℥iv. calide.

FLOYER.

Art. 76. Aſthma eſt reſpiratio difficilis & laborioſa cum ſcapularum elevatione & ſibilo, a compreſſione, coarctatione, vel obſtructione vaſorum pulmonalium. Eſtque vel *continuum* vel *periodicum*. Aſthma *continuum* pendet a compreſſione venarum & vaſorum bronchialium & veſicularum pulmonalium vel nervorum, *Aſthmatis definitio.* *Aſthmatis continui cauſæ.*

Digitized by Google

1. Propter pectoris hydropem. 2. Empyema, plegmoniam, abſceſſum vel tuberculum. 3. Polypum in vaſis ſanguiferis, ſanguinis ipſius coagulationem, varicem, plethoram, obſtructiones, catameniorum, hæmorrhoidum, fonticulorum, ulcerum, pſoræ, &c. 4. Lapides in trachæa generatos. 5. Obeſitatem nimiam, vel intumeſcentiam thymi. 6. Gibbam. 7. Pulmonum adhæſionem. 8. Nimiam pulmonum intenſionem a curſu (vociferatione,) &c. 9. Hydropes, tumores viſceris alicujus inſignioris. 10. Coli vel ventriculi inflationem. 11. Paroxysmos apoplexiæ, vertiginis, lethargi, ſerum extravaſatum nervos opprimens, 12. Tumores pulmonum flatuloſos, quemadmodum accidit in *equis illâ ducentibus*. Vulgo *broken-winded Horſes*.

Periodici cauſæ.

Art. 77. Aſthma *periodicum* pendet a compreſſione vaſorum & veſicularum bronchialium mediante halitu flatulento, & morbis ſequentibus plerumque ſuccedit; 1. Febribus intermittentibus, variolis, peripneumoniis. 2. Catarrho. 3. Affectionibus hyſtericis. 4 Ephemeræ, a ſex rebus non naturalibus, maxime aëris mutationibus ſubitaneis, pendenti. 5. Cacochymiæ glutinoſæ, flatulentæ, in ventriculo prognatæ, ibique inflationes excitanti, & denique inflationem in pulmonum veſiculis producenti. Atque hoc eſt *verum aſthma flatulentum periodicum*.

Aſthmatis periodici paroxysmi plerumque ſunt regulares; continui non ita.

Art. 78. Obſervandum eſt aſthmatis *continui* paroxysmos frequentes eſſe, a nimio corporis motu, vel errore in diæta inductos, vel noctu recurrentes; ſed hi recurſus non ſunt adeo regulares, ac in aſthmate *periodico*, ubi decimo quoque die redeunt paroxysmi. Circa horam ſecundam vel tertiam pomeridianam a prandio aſthmatici ſentire ſolent coarctationem vel inflationem circa ſcrobiculum cordis vel os ventriculi, quod tunc temporis flatibus diſtenditur, & ructus inſipidos copioſe emittit; atque hæc ventriculi inflatio eſt primum ſignum appropinquantis paroxysmi, hanc ſequi-

tur

Digitized by Google

tur ſanguinis effervescentia, & huic proxima ſpirituum in pulmonum nervis & membranis expanſi ſeu rarefactio, quippe rigidi & inflati ſentiuntur.

Art. 79. Hora prima vel ſecunda matutina paroxysmus ſenſim obrepit; reſpiratio evadit lenta, & mox anguſta; ſi paroxysmus futurus ſit brevis, nempe duarum vel trium horarum, & æger e lecto ſurgat, dyſpnœa brevi faceſſit, & exſpuit *crudum* quendam & *glutinoſum* ſcreatum, inſtar *albuminis ovi*, vel ſolutionis *gum. tragacanth.* tam in aſthmate *humido* quam in *hyſterico* [*ſicco* vel *convulſivo*]; hæc autem materies lineis nigris ſeu filamentis diſcriminatur: ſi vero diuturnior futurus ſit paroxysmus, videlicet duarum, trium vel quatuor dierum, primis diebus parum aut nihil expectoratur; ſed tertio vel qvarto die materia purulenta, magis cocta, & non adeo glutinoſa, coloris albicantis, virideſcentis, vel flaveſcentis, & in morbo inveterato ſaporis dulcis, inſtar ſanguinis aut glycyrrhizæ, vel etiam ſaporis putridi, ſalſi, aut acidi, & frequenter cum filamentis ſanguineis. Intra ſpatium 3, 4, aut 5, dierum paroxysmus prorſus finitur, & exinde parum aut nihil exſpuitur ante novi paroxysmi exorſum. *Paroxysmi deſcriptio.*

Art. 80. Plures & diuturniores occurrunt paroxysmi in *æſtate* quam in *hyeme*; ego ipſe viginti in æſtate, & tantum ſedecim in hyeme ſuſtinui; in *Auguſto* ſeveriores ſemper; quanto diuturniores paroxysmi, tanto majora intervalla, & vice verſa: Intervalla breviora mecum fuerunt 2, 3, 4, 5, 6, vel 7 dierum; longiora 8, 9, 10, vel 14 dierum calor lecti morbum exaſperat; extremum frigus eſt tolerabile ſine injuria. Magna pallidæ urinæ copia in paroxysmo excernitur, ſed ſub finem rubicundior evadit cum ſedimento craſſiore. Quanto parcior & tenuior ſit victus in paroxysmo, maxime in principio, tanto melius; minor erit quantitas chyli ad pulmones miſſi, & materia purulenta citius coquetur & evacuabitur, carnes itaque ſunt *Paroxysmi deſcriptio.*

Digitized by Google

omnino prohibendæ. De victu convenienti & improprio *vide locum* p. 90.

De paroxysmis observationes variæ.

Art. 81. Ad unum ſcopum potiſſimum dirigenda eſt cura, nempe ad *temperandam efferveſcentiam:* malum etenim ipſum eſt quaſi *catarrhus*, ideoque propinanda ſunt remedia *incidentia minus calida. Venæ ſectio* quotieſcunque repetita ſolummodo levamen præſentaneum affert, ſenibus aſthmaticis maxime perniciosa eſt; ad *cachexiam* enim & *leucophlegmatiam viam munit.*

Remedia varia ab authore comprobata.

Art. 82. Acetum ſcilliticum ad omnes flatulentias a *Galeno* valde commendatur; ſenſus acuit, reſpirationem facilem reddit, coctionem juvat, alvum laxat, urinam movet, flatus diſſipat; & præ omnibus contra aſthma egregia præſtat. Sequens eſt ſyrupus aſthmaticus declinante paroxysmo ſumendus doſ. coch. j. mane & veſperi;

℞ *Syr. de Eryſim.*
—— *Praſſ.*
—— *Balſam. ana* ℥ij.
Oxymel. ſcillit.
Aq. Bryon. ana ℥j.
Balſ. Peruv. ℈ß.
M.

Cortex peruvianus ad avertendum paroxysmum multum laudatur. *Aqua ſimplex* cum *pane toſto*, additis pauco *nitro & ſal. ammoniaco*, copioſe epota, & hor. decubitus *acet. ſcillit.* ℥ij. mecum frequentiſſime adventum paroxysmi eluſerunt. Et *oxymel. noſtr. cum rad. zedoar.* &c. (16. 212.) eundem ad plures menſes protelavit. *Hypnotica* ad compeſcendam inflationem multum valent [in aſthmate *convulſivo*] teſtibus *Riverio* & modernis plerisque, inter quos clariſſimus *Gibbons.* Mihi in frequenti uſu fuit hauſtus ſeq.

℞ *Aq.*

Digitized by Google

℞ *Aq. Papav.* ℥iij.
Sal. Prunel. ʒß.
Syr. Papav. ʒvj.
M.

In paroxysmo omnia *calida* sunt maxime pernicio-sa, *acida* blanda sunt magis proficua, ut *mala aurantia*, *limonia*, *citria*, *fructus berber. acetum*, *ol. sulphuris per campan.* &c.

℞ *Conserv. Acetos.*
—— *Cynosbat.*
Rob Berber. ana ℥j.
Cremor. Tartari vel potius Tartari Vitriol. ʒiij.
Syr. Limon. q. s.
M. F. Electuarium.

Pro pauperibus *posca*, *gas sulph.* [i. e. aqua fumo *sulph.* saturata], quod remedium est maxime efficax. Semel atque iterum exhibui medicamenta *mercurialia* in hoc morbo cum felici eventu, sed hoc fuit in *lepro-sis*. De virtutibus *aceti* vide locum p. 183.

WILLIS.

Asthma convulsivum.

Art. 83. Observari licet graves asthmatis paroxysmos sine quavis notabili pulmonum labe accidisse, re vera ut putaverim, hunc morbum aliquando esse mere *convulsivum*: paroxysmo etenim finito, quin etiam priusquam incipitur, respiratio libera & æqualis satis recte ducitur, nullaque tussis, aut valetudinariæ pulmonum dispositionis signa apparent. Hujusce morbi varias adducit *historias*. Ad hujus generis asthma curandum medicamenta *antispasmodica*, potius quam *bechica* vel *pneumonica* adhibenda sunt. p. 92. *Millepedes* in hoc affectu egregia præstant.

Prognosis & Curatio.

Art. 84. Asthma inveteratum difficillime aut vix unquam curatur, magnum tamen a medicamentis juvamen

Digitized by Google

vamen accipit, in deterius vergens, aut *phthiſin* aut *hydropem*, aut affectum quendam *ſoporoſum* vel *convulſivum* minatur. Extra paroxysmum *pectoralia* cum *antiſpasmodicis* conjungantur. Laudantur *ſpiritus gum. ammoniac. cum ſal. ammoniaco* diſtillat. doſ. a gt. xv. ad xx. tinctur. *ſulph.* &c. ſed maxime *ſp. gum. ammoniac.* vires extolluntur. p. 213.

ETTMULLER.

Aſthma humidum & ſiccum.

Art. 85. Adeſt in omni aſthmate reſpiratio frequens, laborioſa & difficilis cum anxietate circa præcordia; adeſt ſæpe tuſſis, interdum crebra & moleſta, interdum non, interdum adeſt ſtertor, interdum ſine ſtertore *orthopnœa* laborant. Aſthma dividitur in *humidum* & *ſiccum*, ſive in manifeſtum & occultum; prius expectorationem materiæ purulentæ conjunctam habet, alterum eſt mere *convulſivum;* verum interdum hi aſthmatici, in fine paroxyſmi, aliquid, licet parum muci emittunt, quod non cauſa peccans eſt, ſed ex conatu reſpirationis circa laryngem & fauces aliquid colligitur, quod evacuatur: cauſa materialis aſthmatis *humidi* aut in pulmonibus eſt mucus viſcidus, vel pus in vomica, empyema, phthiſis; &c. vel ſerum pulmones copioſius inundans, vel ſanguis in motu impeditus; aut in ſtomacho & primis viis ex cruditatibus, cachexia, &c.

Curatio.

Art. 86. Probe obſervandum eſt, an aſthma ſit morbus *primarius* vel *ſecundarius*, ſi *poſterior*, reſpiciendum eſt ad morbum a quo pendet. In paroxyſmo aſthmatis *humidi* optima omnium ſunt *vomitoria;* nec eſt quod exinde metuatur ſuffocatio; dyſpnœam inſigniter tollunt, in aſthmate *ſicco* quoque extra paroxyſmum cum fructu propinantur *cathartica*, in paroxyſmo neutiquam conveniunt; malum etenim exaſperant. *Venæ ſectio* locum habet ſolummodo in aſthmate ex vitio ſanguinis orto. *Opiata* in aſthmate *ſicco* multum conferunt, in *humido*, ſuſpecta ſunt. In aſthmate *humido*, præſertim in

Digitized by Google

tim in senibus laudatur *syr. nicotianæ.* Succus *raphani* est potentissimum expectorans. *Gum. ammoniacum* est optimum remedium. *Sperm. ceti* a ʒß. ad ʒj. in paroxysmo multum levamen adfert. Denique *millepedes* in utroque asthmate est remedium omnem laudem exsuperans. Pro curando asthmate *sicco* sive *convulsivo* conducunt in genere *antiepileptica, antihysterica, antispasmodica* & *opiata, cinnabarina, sal. succin. castor.* &c.

FARRAGO.

Art. 87. Potio *Coffeæ* omnium maxime certissimeque inflationem mirum in modum curat & compescit in ipso paroxysmo. *Musgrave.* *Coffee.*

Art. 88. „In paroxysmo diuturniori & periculoso „conveniunt *vesicatoria* præcipue tibiis applicata, ex „*Hippocratis* præcepto. *Epispastica.*

Art. 89. Remedia sequentia judicio prudentis medici permittuntur. *Flor. benzoin.* dos. a gt. 5. ad xij. *nitrum saturnisatum. Serum sinapinum, Sp. nitr. dulc. decoct. expectorans. Emulsio asthmatica. Emulsio Bruneri. Expressio asthmatic. expressio milleped. hydromel. Joelis* (in asthmate *humido*) *lohoch viride* (in moribundis) *mistura expectorans. Oxymel. asthmatic. Floyeri.* *Remedia varia.*

CAP. V.

SIVE FASCICULUS MORBORUM QUINTUS.

MORBI CORDIS.

Cor variis Morbis gravioribus obnoxium esse, & re vera affici ex defunctorum sectione satis patet. In Historia Medica occurrunt exempla *vermium* in ipsis ventriculis latitantium, item *calculorum* ibidem repertorum. *Cordis Morbi.*

Digitized by Google

torum. *Tumores ſcirrhoſi* & id genus alii Cor occuparunt; *apoſtemata, abſceſſus, & exinde ſordida ulcera* ipſam Cordis ſubſtantiam & auriculas obſederunt. Omnes Cordis Morbos abſolute lethales non ſtatim exiſtimandum eſt; contrarium etenim ex *Bartholomæi Cabrollii* obſervatione conſtat. Ipſe ego (inquit) præſente *Rondeletio* duo mirabilia ſatis in duobus cadaveribus exhibui; in uno in baſi Cordis ad coronariam *cicatricem* duos latos digitos longam detexi; in altero *ulcus* in Corde latitudine folii myrtini ſat profundum *Obſerv. Anatom. 26.* In adoleſcentis cadavere (*inquit Cheſelden Anat.* p. 160.) magnam vim puris in pericardio; & Cor ipſum exulceratum inveni. Et in homine tabide mortuo pericardium undiquaque Cordi adhærens, & portio ipſius Cordis oſſifacta, fere unius digiti lata, reperta ſunt.

Inflammatio Cordis. Veriſimillimum eſt medicos interdum hallucinari inflammationem Cordis cum peripneumonia confundentes: æquum eſt enim, ut ſupponamus, cordem inflammatione tentari, ſecus vix credibile eſt ſuppurationes & ulcera ibidem exiſtere niſi præeunte inflammatione. Dies melius docebit.

Quocirca quoties propria Cordis ſubſtantia conſtitutione aliqua præternaturali afficitur, æque ſolliciti debent eſſe medici ac in morbis hepatis cerebrive, neque negligenda ſunt media, quæ aliarum partium Morbis ſimilibus ſubvenire ſolent.

Remedia ad Vermes. Vermiculos & in corde & in capſulis ejus gigni extra dubium eſt; & Morbus hic virginibus familiaris eſt. Noſcitur ex puncturis & doloribus Cordis, & convulſio plerumque eſt ſignum diagnoſticum. *Remedia mercurialia* hic præ cæteris proſunt, immo *argentum vivum* in ſubſtantia exhibitum eſt maxime efficax. *Hartman.*

PALPITATIO

Digitized by Google

PALPITATIO CORDIS.

WILLIS.

Art. 1. Palpitatio cordis eſt motus ejus [*convulſivus*] adeo vehemens & immanis, ut non ſolum tactu manifeſtius percipi, verum & oculis conſpici, immo interdum ad diſtans quoddam audiri poſſit. Porro ab authoribus fide dignis narratur ipſas coſtas interdum effringi, aut in junioribus foras propelli, p. 102. &c. de hoc morbo egregie ſcripſit *Williſius*. *Palpitatio cordis, eſt morbus convulſivus.*

ETTMULLER.

Art. 2. Cauſæ ſunt variæ, aliquando excreſcentiæ verrucales cordi adnatæ, oſſificatio arteriæ magnæ prope cor, vermes in ipſo corde, aut pericardio, abſceſſus in corde, ſtatus ſanguinis præternaturales, polypoſæ concreſcentiæ, calculi, flatus, ataxia ſpirituum animalium affectum ſpaſmodicum faciens, [chloroſis ſeu pallidi virginum morbi, catameniorum obſtructio]. *Cauſæ ſunt variæ.*

Art. 3. Quæ a ſcorbuto aut affectione hyſterica ortum ducit, eſt curabilis, quæ a reliquis cauſis ut plurimum incurabilis. Cavendum eſt ab *opio*, *venæ ſectio* in dubium vocatur (*Galenus* vero de locis affect. capitis, inſtat, urgente paroxyſmo *venæ ſectionem* omnibus remediis præferendam eſſe). Cura aggredienda eſt *martialibus*, *coralliatis*, *cinnabarinis*, *volatilibus* & *ſuccinatis*. *Ol. cinnam.* laudatur a *Lindano*. *Rosmarinus*, *crocus*, *camphora*, *ambra*, *moſchus*, *ſal volat. viperin.* [& alia *viperina*] *caſtoreum*, verbo uno *antiſpaſmodica*. „Si diutius protrahatur, periculum oſtendit repentinæ mortis. *Curatio eſt difficilis.*

Art. 4. „Medicus peritus de uſu ſequentium quomodo & quando bene novit; *aurum moſaic. cataplaſm. ſtomach. empl. ſtomach. fotus ſpirituoſ. julap. moſchat. miſtur. hyſter. ſpirituoſ. pulv. de guttet. pulv. pæon. comp. ſaccul. ſtomach. tinctur. epileptic. tinct. C. C. ſuccinat. remed. ad ſingultum.* (3. 91.) TRE- *Remedia varia.*

Digitized by Google

TREMOR CORDIS.

WILLIS.

Tremoris cordis descriptio.

Art. 5. Tremor cordis est carnium ejus *convulsio spasmodica*, seu potius *trepidatio*, qua fibræ motrices celerrime, ac tantum semicontractæ vices ocissimas verum abruptas, & quasi dimidiatas efficiunt.

Curatio.

Art. 6. Ad curam quod attinet, tria remediorum genera maxime proficua esse solent, videlicet *testacea, chalybeata*, & *sale volatili* prædita.

ETTMULLER.

Cum palpitatione cordis frequenter confunditur.

Art. 7. In tremore cordis pulsus inæqualis est, & languidus, subinde virium ingens prostratio & imbecillitas juncta esse solet, & cor tremulo motu vibratur, adeo ut tremor cordis pertinet quodammodo ad *lipothymias;* pulsus aliquando est vermicularis, pauca apud authores prostant de hoc affectu seorsim, quoniam ordinario cum *palpitatione cordis* confunditur.

Plerumque est morbus secundarius.

Art. 8. „Est potius plerumque *symptoma* alterius „morbi, quam morbus *primarius;* ideoque causa ex„quirenda est diligenter, & morbus *primarius* inveni„endus, & cura pariter instituenda.

LIPOTHYMIA, SYNCOPE, ET ASPHIXIA.

ETTMULLER.

Horum affectuum differentia.

Art. 9. Hi affectus differunt saltem gradualiter non essentialiter. *Lipothymia* est [gravis languor] cum insigni spirituum defectione. *Syncope* est gravius animi deliquium, non multum ab *apoplexia* distans; atrociora adsunt symptomata, ægri inopinato concidunt, sensus & motus abolentur, respiratio vix ulla, aut pulsus, partes corporis frigent & pallent cum sudore frigido. In *asphixia* omnia hæc sunt adhuc graviora, ita ut cum pulsu plane abolito, & aliquamdiu ad sensum cessante, ægri instar mortuorum jaceant. *Art. 10.*

Digitized by Google

Art. 10. Horum affectuum cauſæ reliquæ, præter evidentes, quales ſunt evacuationes nimiæ, balneationes nimis longæ, potus frigidus poſt corporis incaleſcentiam, animi pathemata, &c. ſunt ut plurimum obſcuriſſimæ, ut ſunt *cordis abſceſſus*, *polypi*, *vermes*, &c. *Cauſæ.*

Art. 11. Indicantur *ſpirituoſa*, *volatilia*, & *aromatica*, *ol. cinnam. ambra*, præ omnibus *ſal volat. viperarum*, *aq. cordial. citr. croc. caſtor.* (*ſpir. carmin. Sylv.*) externe *ſp. ſal. ammoniac. ol. ſuccini*, *fumus ſuccini*; aliquando confert *venæ ſectio*. *Indicationes curativæ.*

Art. 12. „In ſyncope facies in colorem cadaverosum mutatur, dentes os atque manus tam arcte clau„duntur, ut vix recludi poſſint; pulſus fere nullus & „vix ulla manifeſta reſpiratio, ſudor frigidus erumpit, „& externa frigent: atque his ſignis diagnoſticis ab „*apoplexia* facile diſtinguitur. *Syncope.*

Art. 13. „Frequenter ex *polypo* cordis ortum du„cit. *Wepferus* crurum fibroſorum ramos ulnæ lon„gitudinem ſuperantes extraxit a fœmina cardiaca *ſyn„cope* interempta: talem in juvene cavitatem venæ „cavæ fere implentem reperit, & in aliis quamplurimis. *Cauſa.*

Art. 14. „*Sternutatoria* naribus immittenda ſunt, „*cardiacis* & *volatilibus* imprimis incumbendum eſt, „*cucurbitulæ* ſunt affigendæ. *Quid agendum ſit.*

POLYPVS CORDIS.

MALPIGHIUS.

Art. 15. Polypi nomen a ſubſtantiæ *piſcis* ſimilitudine ortum, peculiari cuidam tumori in naribus excitato adaptari cœpit, donec obſervata quadam in præcordiis luxuriante materia, novus hic cordis & vaſorum morbus jam nunc audit. Figuram ſortitur loci in quo generatur. Moles polypi major eſt ut plurimum in dextro cordis ventriculo, quam in ſiniſtro; in dextro autem color eſt ſubalbidus, lardi inſtar, ſeu excreti ſucci, quem vulgo pituitam appellamus, & in- *Polypus cordis.* *Eiusdem accurata deſcriptio.*

Digitized by Google

terdum rubra quædam vel subnigra stigmata conspersa habet: in sinistro autem colorem plerumque atrum, & densiorem obtinet substantiam. Morbosa hæc excrescentia suam structuram habere videtur, etenim præ se fert congeriem superpositarum extensarumque pellicularum, quæ substantiæ modo nervosum corpus cum aliquali tamen mucositate referunt, & si eadem laceretur, solvi videtur in oblonga & solida filamenta, hæc manifestiora redduntur in ejus appendicibus, quæ fasciculi instar in fibras quasi nerveas resolvuntur. Ex tota concreti sanguinis mole, grumosa pars appellata, affusa licet purpura, multiplicibus lotionibus aq. com. factis rubicundæ illæ particulæ deturbentur, & sanguis concretus tractu temporis albescet, & ejus contexturam plane fibrosam & reticularem oculis certe armatis videre licet; & hæc est materia procul omni dubio, ex qua generantur polypi. *Malpighius de polypo cordis*, p. 158. &c. consulendus est author, qui hujus morbi *Ætiologiam* & descriptionem longe optimam literis mandavit.

Causa est frequenter mortis repentina.

Art. 16. „Concrescentiæ polyposæ in *apoplexia* „demortuis frequenter inveniuntur; & procul omni „dubio plerumque sunt causæ plurimorum *symptoma-* „*tum* atrocissimorum, nec non *mortis inopinatæ*; raro „deprehenduntur ante ægrum jugulant.

CAPVT VI.

SIVE FASCICVLVS MORBORVM SEXTVS.

CRVDITAS ACIDA ET NIDOROSA.

ET T MULLER.

Chylificatio læsa.

Art. 1. Morbi plerique, præcipue chronici, a depravata coctione originem ducunt; *chylificationis læsæ* duo sunt vitia insigniora, cruditates in coctione,

Digitized by Google

coctione, videlicet *cruditas acida* & *nidorosa*; *cruditas acida* est, quando alimenta abeunt in liquamen acidum fixum plus minus viscidum, nec sufficienter attenuatum, & volatilisatum, fundamentum & origo morborum chronicorum. Cruditas *acida* cognoscitur ex pfoda, ructibus acidis & copiosioribus; quæ rejiciuntur per vomitum vel natura vel arte, sunt admodum crassa, viscida, ac pituitosa; alvus plerumque adstricta est. *Cruditas acida.* *Signa cruditatis acidæ.*

Cruditas acida corrigitur *per absorbentia & acidum destruentia, ac aromatica volatilia, nucem moschatam, zinziber, sp. C. C. &c.* Destructo in hunc modum acido *purgantia* demum adhibenda sunt: nisi enim hæc methodus observetur, nihil per purgantia evacuabitur, sed tormina & motus convulsivi excitabuntur. Usus *cancrorum fluviatilium* mire proficuus est, ut & *Gelatina, C. C.* &c. *Curatio.*

Art. 2. Cruditas *nidorosa* est, quando alimenta corrumpuntur ita, ut abeant in liquamen putrilaginosum horridi saporis & odoris, & omnino nutritioni ineptum, quod vocatur *nidor;* exhalant ructus graveolentes *nidorosi.* Appetitus est index, qui loquitur, & monstrat quasi, quæ sunt assumenda, hinc nobis inculcat *Hippocrates in aphorism.* quod appetita facilius longe digerantur, quam non appetita. Verum est proverbium; *quod sapit, nutrit.* *Cruditas nidorosa.*

Art. 3. Ingestio variorum alimentorum ad cruditatem *nidorosam* disponit. Masticationem qui negligit, *Arabibus* animam suam odisse dicitur. Conqueruntur ægri de dolore gravativo stomachi duobus horis post pastum, item de ructibus 5 vel 6 hor. post alimentorum assumptionem, iisque non acidis, sed nunc insipidis, nunc putridis, nunc sulphureis, nunc genuinum saporem & odorem assumptorum repræsentantibus; mox post pastum adest rubor faciei, quasi essent ebrii (5.) *Diagnosis cruditatis nidorosæ.*

Digitized by Google

Signa cruditatis nidorosæ.

Art. 4. Cruditas *nidorosa* ructus habet fœtidos, aut saltem horridos instar ovorum frixorum, aut piscium putridorum; percipiunt imprimis mane saporem peregrinum & abominabilem, quasi cinereum, seu ligni putridi, quem sufficienter exprimere nequeunt. Subinde amaror cum *cardialgia* & aliquali *nausea* percipitur, ex ore & stomacho; quæ vomitu rejiciuntur, sunt liquida, flava, & omnino insipida, aut quodammodo amaricantia, aut insipido-dulcia, aut ex amarore dulcentia; præterea habent alvum sæpius plus solito apertam. (8.) „Cruditas nidorosa juxta veterum prin-

Intemperies ventriculi calida.

„cipia est *intemperies ventriculi calida*, in qua omnia „assumpta mutantur in bilem; signum hujus est sapor „tetricus in ore, incipiente vel peracta chylificatione.

Curatio.

Quoad curam convenit *vomitus* aut saltem evacuatio *per rhabarbarum & tamarindum;* post horum exhibitionem mire conducunt *julapia acidulata*, *succus aurantiorum*, *citrorum*, *elixir proprietatis acid. sp. salis dulcis*, *vitriolata*, &c.

Nota bene.

„Probe notandum est (ut therapia rite instituatur) „ægroto incumbere non modo remediorum sibi præ„scriptorum usui, ut decet, insistere, sed quoque ca„ne & angue pejus fugere alimenta sibi noxia, fomi„tem causis morbificis, & mala exacerbantia. „ Qualis erit diæta petendum præcipue ex nocentibus & juvantibus, in quæ itaque diligenter dirigere oportet medicum.

Flatus.

Art. 5. Flatus in stomacho & intestinis fiunt per fermentationem vitiosam ab acido præternaturali in subiecto viscido excitatam. „ In curatione omnem „paginam absolvunt *digestiva* & *evacuantia* cum vi-

Apepsia.

„ctu regulari. Ventriculus corporis *culina* appellari „potest; ejus officium est alimenta recipere tanquam „in promtuarium, eademque concoquere est eiusdem „actio primaria; unde *apepsia*, *sive indigestio* est toti„us œconomiæ ruituræ indubitata denuntiatio.

Art. 6.

Digitized by Google

Art. 6. Digestio est opus simpliciter naturæ, nec arte promoveri potest, opus naturæ saltem adjuvare possumus & fermentum ventriculi corrigere, ita, ut in statum naturalem reducatur. Propinanda sunt *vomitoria*, *cathartica*, &c. & postea *stomachicis* & *corroborantibus* insistendum est. „ Mirum videatur in qui„busdam somnum, in aliis exercitium, coctionem „promtiorem ac faciliorem reddere, quod tamen mo„net quotidiana experientia. *Digestio.*

Art. 7. Remedia stomachica, & ventriculum roborantia insigniora sunt, quæ sequuntur. *Mentha*, *absynthium utrumque*, *aromata*, *zedoaria*, *grana piperis integra deglutita* (ad cruditates *acidas*) *rad. helenii*, *calami aromat. raphani rusticani*, *ari*, *plebeja* quidem, sed optima *stomachica*, *succus cydoniorum* (cum fumo *sulphuris* servatus,) tincturæ ex *amaris* & *aromaticis* [cum *ol. sulphuris* per campan. extractæ] pulvis pepticus ex *pelle interiore ventriculi gallinæ*, & tinctura ejusdem, *chalybeata*, *cortex peruvianus*, *cortex aurant. citr. conditus*, *item zinziber*, & *allium conditum*, *tartarum vitriolatum*, *tinctura sacra*, *elixir proprietatis*, *aqua gentian. comp. absynth. comp. spiritus menth. syrupus cydoniorum*, *rob & miva eorundem*, *species diambræ*, *electuarium cardiac. calid. elect. zinzib. julap. stomach. mistura stomach. flores sal. ammoniaci martiati*, &c. externe *cataplasma stomach. emplastrum roborans*, *emplast. stomach. epithema stomach. fotus astring. fotus spirituosus*, *fotus stomach. faeculus stomach. crusta panis vino generoso ebria & cum pulv. N. M. caryoph.* &c. *conspersa*, & ita instar scuti stomacho tepida applicata; &c. „ Stomachica debent esse temperata, (ut recte an„notavit *Waldschmidius*) ne fortioribus remediis ca„lorem nimium vel augeamus vel extinguamus, & ne „fermentum reddamus acrius vel debilius: hinc præ„stat pauca dosi & per intervalla remedia *stomachica* „exhibere, quam uno impetu ventriculum remediorum *Remedia stomachica.*

Digitized by Google

„mole obruere. Stomachica alia celebriora & in pra-
„xi Londinenſi uſitatoria ſunt *Elixir magnum vitrioli*,
„*tinctura ſtomach. amar.* Quincii ad imitationem
„*Stoughtoni, vel ſequens, quæ præſtantior videtur.*

℞. *Cort. Aurant. ſicc.* ℥j.
Rad. Gent. ʒij.
Sem. Cardamom. min.
Zedoar. ana ℥j.
Caryoph.
Croc. ana ℈j.
Cochinel. ℈ß.
Sp. Vin. Gallic. ℔j.
F. Tinctura S. A.

vel infuſum ſequens.

℞. *Rad. Gent.* ʒij.
Summit. Abſynth. Rom. p. ij.
Calam. Arom. ʒiß.
Cubeb. ℥j.
Cort. Aurant. ʒiij.
Infund. in aq. bullient. ℥xx.
Colatur. add. aq. Abſynth. magis comp. ℥iij.
M.

vel

℞. *Rad. Gent.*
—— *Zedoar.*
—— *Caſſummiar.*
Sem. Cardamom. min. ana ℥j.
Cort. Flav. Aurant. ſicc. ʒij.
Infund. in aq. bullient. ℔j. *Colatur. add.*
aq. Gent. magis comp. ℥ij.
Sp. Lavend. comp. ℥ß.
M.

„In

Digitized by Google

„In omnibus fere imbecillitatibus & morbis ven-
„triculi *maſticatio Rhabarbari* conducit, præcipue in
„alvum habentibus adſtrictiorem.

„Item, *Electuarium e Zinzib. Miſtura ſtomach. &*
„*Julap. ſtomach.* Et pro uſu externo *Fotus ſtomach.*
„*epithema*, *ſcutum*, *ſacculus emplaſt. roborans*, *ex*
„*Pharm. Fulleri* quandoque uſurpari poſſunt.

Art. 8. Nauſea & vomitus. In genere vomitus omnis, qui non eſt *nimius*, ut plurimum eſt *ſalutaris*. *Nauſea & vomitus.*

Art. 9. In omni vomitu unice obſervetur, ut *alvus*, quantum fieri poteſt, teneatur *aperta*. Ad vomitum ſiſtendum conferunt *cydoniata*, *ſyr. & tinctur. coral.* præ reliquis *ſuccus cydon. ſp. menth. ſal abſynth. cum ſucc. limon.* &c. Externe *decoct. abſynth. menth. cort. granator. flor. roſ. rub.* &c. in vino rub. coct. ſaculus *croci* ventriculo admotus egregie vomitum ſiſtit, ut & cataplaſmata ex *fermento & pulv. aromaticis*. In genere præmiſſis rite univerſalibus *ſtomachica*. (7.) Sunt uſurpanda. *Decoct. fracaſtor. elect. zinzib. julap. ſtomachicum. miſtur. coral. miſtur. ſtomach.* „In vo-
„mitionibus ab emetico fortiori excitatis (*teſte Wald-*
„*ſchmidio*) ſi detur coch. j. *ſpiritus vini*, vomitum in
„momento compeſcet. *Curatio.*

Art. 10. Vomitus *cruentus* frequenter a pancreate oritur, quando, ſcilicet, vaſculum ejus a ſucco acriore corroditur, ex irritatione duodeni partim ſurſum in ventriculum propellitur, partim inferius defertur: dolor gravativus & obtuſus in ſuperiori lumborum regione, ubi ſitum eſt pancreas, præcedere ſolet. Non raro decipiuntur medici, qui vomitum materiæ *nigricantis* habent pro *cruento*. In vomitu *cruento* Hæmorrhoidum fluxus eſt ſalutaris: eſt enim evacuatio quaſi vicaria. „Ipſe ventriculus quandoque graviſſimis *Hæ-*
„*morrhagiis* obnoxius eſt. Et re vera vomitus ſan-
„guinis a quacunque cauſa oriatur, periculo haud va-
„cat. Nimia ſanguinis ejuſmodi effuſio intra ventri- *Vomitus cruentus.* *Periculoſa malum.*

Digitized by Google

„culi parietes vel extra corpus ejectio mortem subi-
„taneam interdum infert; vel si sanguis in ventriculo
„extravasatus restat, ibidem grumescere solet & cor-
„rumpi; inde graves *Lipothymiæ* & *suffocationes* cre-
„antur. „

Remedia ad vomitum cruentum.

Art. 11. Remedia in hoc affectu sunt succus *urticæ*, *sem. hyosciami*, *catechu*, *lap. hæmatit.* cum *blandis acidis*, aut *succ. cydon.* Aliquando etiam pus excernitur, & per vomitum rejicitur. Convenit *antimon. diaphoret. antihect. Poterii*, *saccbar. saturni*, &c. *Haustus japonicus* Fulleri, *tinctura Antiphthisica*, *&c.*

Anxietas præcordiorum.

Art. 12. Anxietas *præcordiorum* est insignis dolor circa scrobiculum cordis. Malum hoc oritur semper ab affecto plus minus orificio ventriculi sinistro.

Cardialgia.

Art. 13. Cardialgia est ventriculi orificii superioris dolor admodum molestus & intensissimus, oritur ex effervescentia succorum heterogeneorum, maxime bilis, unde percipiuntur phlogoses, & insignis ardor. Causæ hujus mali sunt variæ, bilis vel succi pancreat. vitia, lumbrici, ulcus orificii ventriculi, &c.

Curatio.

Art. 14. Dosis *theriac. Andromach.* egregium est *anticardialgicum.* Cura ut plurimum inchoanda est cum *vomitorio*, & postea *opiata* cum *purgantibus* admiscenda sunt. *Tinctur. sal. tartari* ana gutt. 40. ad 50. item *pulv. testac. cum castor. oleum amygd. dulc.* est maxime efficax; laudatur decoct. sassafr. externe *linimenta*, *empl. e tacamahac. caran. & balsam. peruv.* „*Pulvis interioribus pelliculæ ventriculi musculosi galli-*
„*næ ad* ℥j. in vehiculo appropriato est efficacissimum
„remedium huic malo (inquit *Shaw.*)

Anorexia.

Art. 15. Anorexia sive inappetentia est, quando ægri destituuntur desiderio ad alimenta. Ratio habenda est morbi alicujus tanquam causæ, unde *indicationes curativæ* petendæ sunt, & postea *stomachica.* (7.) sunt usurpanda, &c.

Art. 16.

Digitized by Google

Art. 16. Malacia eſt appetitus nimius, unde interdum plus, quam conducit, comeditur. Pica eſt appetitus inſuetorum, ut crudæ animalium carnis, carbonum, calcis vivæ, &c. Hi affectus oriuntur ex depravato ſtomachi fermento; ideoque *evacuantibus* & *ſtomachicis* ſunt curandi. „In virginibus *chloroſis Picam*, „*viciſſimque Pica chloroſin fovere ſolet.* Pica eſt affe„ctus chronicus, & non infrequenter ad *hydropem*, „*cachexiam*, vel *maraſmum* viam ſternit. Non ſolum „virginibus accidere ſolet, ſed plerumque gravidis „quoque; iis vero non adeo pernicioſa eſt. *Malacia & pica.*

Art. 17. Bulimus ſeu appetentia canina, eſt voracitas nimia: ægri copioſe deglutiunt alimenta, ſed non comminuunt, eſt affectus plerumque ab extremo ambientis aëris algore progenitus, in cibi faſtidium brevi definens. *Appetentia canina* eſt ſemper cum vomitu vel diarrhœa. (3. 121.) „Præcipua cura in diæta eſt „quærenda. Omnia pinguia & dulcia temperata illis „proſunt, ut & leniter purgantia. *Bulimus.*

A SURFEIT.

„Crapula, per quam intelligo id, quod noſtro idio„mate vocamus *a Surfeit*, eſt mala corporis habitudo „cum ſenſu gravitatis ad ventriculum, & ægritudine; „ſupervenire ſolent plerumque *Eruptiones cutaneæ & „febricula:* Cauſa uſitatior hujus affectus eſt edulium „vel potulentorum nimia voracitas; ingeſta autem non „minus qualitate peccabili lædentia eſſe poſſunt; aliæ „quandoque etiam ſunt cauſæ, uti potio nimis larga „frigidæ vel cereviſiæ tenuis æſtivo tempore, exerci„tium nimis violentum, fervida ac ſulphurea aëris con„ſtitutio, & ſimilia. Eruptiones cutaneæ ſunt de genere „*Eryſipelatoſo*, quod ordinario appellamus *a kaſh.* *Crapula.*

„In omnibus hiſce affectibus, & præcipue a Cra„pula proprie dicta originem ducentibus vomitorium „quam primum eſt propinandum, & ſi febris non- *Curatio.*

Digitized by Google

„ dum invaſerit doſis tincturæ hier. die proximo exhi-
„ benda eſt. Si eruptiones in conſpectu veniant, ſu-
„ ſtentandæ ſunt cardiacis, & lenibus diaphoreticis;
„ potus ſit ſerum lact. vino Canarienſi alteratum, &
„ alias infuſum ſalviæ. In habitu plethorico, ubi fe-
„ bris intenſior fuerit, *phlebotomia* locum habere poteſt.

CHOLERA MORBVS.

SYDENHAM.

Choleræ morbi deſcriptio.

Art. 18. Malum ex ſe cognoſcitur: adſunt enim vomitus enormes, ac pravorum humorum cum maxima difficultate & anguſtia per alvum dejectio; ventris ac inteſtinorum dolor vehemens, inflatio & diſtentio, cardialgia, ſitis, pulſus celer cum æſtu & anxietate, nauſea, artuum contractura, extremarum frigiditas, animi deliquium &c. „ Bilis ſupra infraque magno impetu „ prorumpit, primum liquidior, pallida, & ſubflava: „ dein craſſior, majoremque colorem exhibeus, flavum „ ſcilicet, praſinum, cœruleum, aut etiam nigrum.

Methodus medendi.

Art. 19. Pullus tenerior elixetur in aq. font. cong. circiter iij. *hujus decocti* cyathos plenos exhauriat æger, eodemque tempore injiciatur *enema* ejuſdem liquoris ſemel atque iterum, vel ad 3^am^ 4^amve^ vicem, his addi poſſit *ſyr. portulac. lactuc. violar.* &c. Exantlato hoc eluvionis penſo detur *paregoricum.* Si vires ægri exhauſtæ fuerint, & valde debilitatæ ante adventum medici ita, ut extremæ frigeſcant, recto curſu ad *laudanum* confugiendum eſt. Vix ultra *Auguſti* limites evagatur.

ETTMULLER.

Prognoſis.

Art. 20. In genere qualiacunque ſymptomata fortem ac deleteriam antimonialem purgationem, aut helleborum album ſequuntur, aliudve catharticum, ea ſimiliter obvia ſunt in cholera. Cholera, quæ ſponte

ſua

Digitized by Google

sua fine causa manifesta externa corripit ægros, ut plurimum est funesta. Est malum peracutum intra 24 horas, biduum, vel triduum, jugulans; periodum fere observat tertianariam, ita nempe ut de 3io in 3um diem moveatur, seu plus minus exasperetur; quo magis excrementa a *statu naturali* recedunt, eo periculosior. Cholera aliquando est *epidemica* & valde *maligna & lethalis.*

Art. 21. „Remedia petenda sunt a cap. de *vomi-* *Remedia qualia.*
„*tu* de *diarrhœa*, &c. causa morbi, si inveniri possit,
„bene pensitata. Vires decocti *rad. ipecacoan.* ten-
„tari merentur. Vid. *dysenteriam.*

ALVI RETENTIO.

ETTMULLER.

Art. 22. Alvi retentio, cum sit pertinacior, fre- *Alvi retentio causa mille malorum.*
quentius est causa mille malorum, dolorum abdominis variorum; interdum nauseæ & vomitus, affectuum capitis, cephalalgiæ, vigiliæ, vertiginis, &c. „Familiaris
„est spleneticis, nephriticis, hystericis, arthriticis, literatis,
„scorbuticis, &c.

Art. 23. Convenit *oleum amygd. dulc.* vel per se, *Curatio.*
vel in jusculo ad ℥ij. vel iij. *decoct. tamarind.* in sero lactis. *Gum. ammoniacum. Aurum fulminans* cum extracto *hellebor. nigr. sal. gem.* in clysteribus ad ℥ß. vel ℥ij. multum laudatur ad fæces induratas fluxiles reddendas; item clysmata oleosa *ex ol. lini ol. raparum ol. oliv.* &c. In alvo pertinaciter obstructa conducit balneum ex *emollientibus* & linimenta. Vires tartari *Tartarus crudus.*
crudi in medicina optimæ sunt, cremoremque & crystallos superat viribus ad absterſionem primarum viarum; vix sua indole *secundas vias* ingreditur, ob crassitiem & indissolubilitatem, nec invenit tantum liquidi in illis, quantum ad sui solutionem requirit. Si autem humoribus alcalinis occurrit, solvitur penitus, non a liqui-

Digitized by Google

a liquido, ſed a ſolo alcali occurrente, qui duo ſales faciunt tunc optimum ſalem diſſolventem; ſi vero diſſolvitur ab aqua, eſt adeo craſſus, ut per pannum non tranſeat quid, quod tranſeat per lactea; & ſi forte ſolvitur a bile, aliove forſan liquore, non agit ut Tartarus, ſed ut ſal neuter, vel ſapo: hinc multos morbos ex vitio primorum viſcerum egregie tollit; debet vero dari ad drachmas ſex ex juſculo recenti. *Angelus Sala, chymicus candidiſſimus*, qui integrum tractatum, ubi ſua arcana, cunctis medicis deſiderata, revelat, de viribus tartari ſcripſit; laudat illum in colicis doloribus, diuturnis obſtructionibus primarum viarum, hyſtericis, podagra, &c. Sed dabat ad unciam unam, unde purgabantur per duos aut tres dies; hoc continuabat optimo cum ſucceſſu, nam non intrat ſanguinem, ſed pondere & ſtimulo optime agit; ergo reliquam maſſam ſanguinis non turbat, ſed ſaltem alvus diluitur, & emollitur fæx, cum alia purgantia poſt operationes ſuas relinquant ſemper alvum adſtrictam.

BOERHAAVE.

Quomodo præcavenda eſt.

Art. 24. „Novi plures ventris conſtipationi obnoxios curatos fuiſſe diluculo, & hora prius aſſueta citius lecto aſſurgendo: quantum enim a perſpiratione ſolita adimitur, tantum ad alvum lubricandam additur. *Willis.* Qui alvum habent ſicciorem (inquit *Waldſchmidius*) nunquam ſe mane ſtudiis applicare debent, vel foras procedere, niſi alvum prius depoſuerint; vult enim ſæpius moveri alvus ſegnior.

Aphoriſmus.

Art. 25. „Quibus, dum ſunt juvenes, (inquit *Hippocrates*) alvi ſunt humidæ; iis ſeneſcentibus ſiccantur: quibus vero, dum ſunt juvenes, alvi ſunt ſiccæ, his ſeneſcentibus humectantur. Obſtructo inferiore ventre (inquit *idem de ſtat.*) in univerſum corpus flatus diſcurrunt.

Hiſtoria.

„In Act. Philoſoph. No. inſtantiam ſingularem habemus cujuſdam hominis nomine *Phelips*, qui per

„per plures annos non nisi semel in 19 vel 20 diebus „alvum exonerabat; nihilominus, quoad cætera bene „se habuit: obiit tamen vigesimum tertium agens „annum.

DIARRHOEA.

Art. 26. „In genere quod ad alvi fluxum attinet; *Alvi fluxus in genere.* „aliquando cibi nondum concocti aut imperfecte „cocti per alvum dejiciuntur, & appellatur *lienteria* „vel fluxus *lientericus*; aliquando chylus excernitur, „& dicitur *cœliaca*, aliquando humores excrementitii „bilis, pituita, &c. excernuntur, & vocatur simpli- „citer *diarrhœa*; postremo quandoque dejectiones „sunt sanguinolentæ cum vel sine intestinorum exul- „ceratione, & appellatur *dysenteria*. Diarrhœa est *Definitio.* „frequens & copiosa per alvum materiæ tenuis, aquo- „sæ, mucosæ, pituitosæ, spumosæ, adiposæ, biliosæ, „nigricantis, &c. excretio, ab intestinis provenientis, „aliquando cum, aliquando sine excrementis, fre- „quenter sed non semper torminibus stipatur.

ETTMULLER.

Art. 27. In cura diarrhœæ ex quacunque causa *Ventriculus præ omnibus est corroborandus.* *stomachus* est corroborandus, & *sudorifera* cum *acida absorbentibus* sunt admiscenda. Diarrhœa oleosa & pinguis (si non ex assumtis) ex colliquefactione pinguedinis corporis oritur.

Art. 28. In omni diarrhœa potus debet esse parcus. *Curatio.* Ad ventriculum restituendum convenit *vinum ustum cum aromatibus*, *vinum absynthit.* & maxime *cydoniata*, & externe *fotus*. Sistendus est efferveſcentium humorum impetus, hoc facto, cessat diarrhœa. Decoctum *rad. tormentil.* egregium est in omni diarrhœa & dysenteria, tam *benigna* quam *maligna* & omnibus aliis medicamentis præcellit. *Fructus cydon.* & speciatim *mespilorum eorumque miva* maxime laudantur; *gelatina*

Digitized by Google

latina C. C. in potu ordinario ſoluta eſt admodum ſpecifica in diarrhœis *epidemice* graſſantibus, ut & *gum. arab.* (in decoct. alb. ſolut.) ſi adſint *tormina* vehementiora & *teneſmus*, convenit enema *ex lacte tepido* & *theriac. Androm.* In diarrhœis habitualibus per longum tempus durantibus conveniunt interne imprimis *martialia* & *aromatica* ſtomacho grata, imo *thermæ* (31.) Diarrhœa pertinax & diu durans *radice Ippecacuanna*, quemadmodum *Dyſenteria*, debitis intervallis aliquoties repetita curanda eſt, non neglectis interim aliis approprietatis remediis.

Diarrhœa habitualis.

BAGLIVVS.

Art. 29. Mœror nihil aliud frequentius producit quam Diarrhœas, quæ diu perſiſtente mœroris cauſa, evadunt incurabiles; iiſque demum ſuperveniente febre erratica & atrophia, ægrotantes e medio tollunt. Ad iram pariter diarrhœa ſupervenit, & ſi hæc non ſuperveniat, febris ſuperveniet, dummodo ingens fuerit ira. *p.* 129.

FARRAGO.

Art. 30. Induſium laneum, magnopere conducit ad curandam diarrhœam *habitualem. Wainwright.* Ut & *equitatio* ſeu *vectio in rheda. Fulleri med. gymnaſt.* Obſervandum eſt, appetitu & concoctione ſalvis, vix unquam nocere diarrhœam.

Art. 31. Narrat *D. Walker* in obſidione *Derriæ Londinenſium* nupera milites eo redactos fuiſſe, ut compoſitionem quandam ex *ſebo & amylo* liberaliter ſumpſerint, unde non modo nutrimentum, ſed & medicamentum egregium habuerunt, nempe diarrhœæ *curationem* in his, *prophylacticum* in illis, idque miraculoſe & infallibiliter. Opium (ſagaciter obſervante *Cockburn*) parum aut nihil facit in cura *Diarrhœæ ſeroſæ*: & re vera res, ſi propius illam inſpiciamus, &

ad

Digitized by Google

ad calculum accurate vocemus, ita se habere videtur. Opium plerumque dolorem sedat, & somnum conciliat, & dejectiones rariores reddit, sed tamen copiosiores sunt & æque tenues ac liquidæ, ut ante, & quod probe notandum est, magis fœtentes.

Art. 32. Remedia sequentia quandoque prodesse possunt, *laudan. liquid. cydoniat. cataplasm. stomach. epithem. stomach. fotus astring. saccul. stomach. decoct. catechu. comp. decoct. Fracastor. decoct. sistens. elect. corinth. enema de malicorio, expresso rosac. mistur. coral. elect. ad diarrhœam.* *Remedia varia.*

Lienteria & Coeliaca.

Lienteria & Cœliaca videntur esse Diarrhœa cum insigni apepsia seu coctione ventriculi depravata conjunctæ; ideoque earum cura partim cum diarrhœa convenit, præcipue quoad evacuantia in principio propinanda: hic etenim super alia quotcunque radix Ipecacuan. & Rhabarb. locum habent, nec omitti debent. *Lienteria & Cœliaca.*

Et tmuller.

Art. 33. Lienteria est alvi fluxus, in quo assumpta prout fuere ingesta, aut parum immutata per alvum egeruntur. „Dolor ventriculi est Lienteriæ comes „individuus, & ægrotum *post pastum* semper magis „excruciat, donec alvum exoneraverit. Urina est „pauca & colerata.„ Lienteria *scorbutica* est malum periculosum curatu difficile, & facile recidivans; ad *cachexiam* & *tabem* disponit. *Lienteria quid.*

Art. 34. Imprimis stomachus præ omnibus est *roborandus. Rhabarbarum* propinari debet; *coralliata* & *cydoniata* valde laudantur; in genere omnia in vomitu usurpata hic conducunt. „Stomachica simpli„ciora & paratu faciliora (inquit *Waldschmidius*) sæ„pius plus præstant, quam composita: v. g. *nux* „*moscha-* *Curatio.*

Digitized by Google

„*moschata condita*, *zinziber conditum*, *vitellus ovi* „cum aceto coctus, *vinum absynthit.* ex *mastiche* „parata, &c.

Cœliaca quid.

Art. 35. Cœliaca est alvi *chylosæ* excretio, quando assumpta digeruntur quidem in stomacho, sed digesta sub forma *chylosa* cum excrementis excernuntur; ventriculus ut plurimum est salvus, & appetitus, sed hoc non semper; per alvum excreta sunt albicantia vel grisea, aut saltem pallida. Est malum satis grave & periculosum.

Curatio.

Art. 36. Aromatica blandiora & *amara* apprime conveniunt; *astringentia* malum exasperant. „*De-* „*obstruentia* procul omni dubio indicantur & *martia-* „*lia* cum *amaris.* Præmissa *tinct. rhabarb.* dosi una „vel altera elegantem puellam ab hoc malo diutius „laborantem liberavi cum tinctur. *mart.* & vino amaro „sequenti;

℞ *Rad. Zedoar.* ℥j.
—— *Gentian.* ℥ijß.
Cortic. Aurant. ℥iij.
—— *Winteran.* ℥ij.
Myrrh. pulv. ℥j.
Flor. Cham. p. ij.
—— *Cent. Min. p.* j.
Nuc. Moschat.
Macis ana ℈j.
Infund. frigide in vin. Alb. Hispan. ℔iv. *M. f.*
Vinum Medicatum.

Forestus valde commendat pulverem *pelliculæ interioris ventriculi gallinæ* in Cœliaca passione; ut etiam pulverem *integræ nucis moschatæ* in vitello unius ovi exhibitum in Lienteria.

DI-

Digitized by Google

SYDENHAM.

Art. 37. Dyſenteria cum rigore & horrore aggre- *Dyſenteria.*
ditur, calor ſequitur; & deinde ventris tormina cum dejectionibus mucoſis, quibus progreſſu temporis intertexuntur ſanguinis lineamenta quædam cum dolore inſigni, ſanguine aliquando deſtituuntur, & nihilominus (modo frequentes ſint dejectiones cum ventris torminibus & colluvie mucoſa) recte vocabitur dyſenteria. Si ſanguis ſincerus evacuetur, vita ægri periclitatur.

Art. 38. Venæ ſectio quamprimum celebretur, & *Methodus medendi.*
exhibeatur hauſtus *paregor.* eadem nocte, deinde *catharticum* lene bis repetitum, & *paregor.* hor. 4ta vel 5ta poſt ſing. purgationes; potus ordinarius ſit *lac coctum cum aq. tripl.* vel *decoct. alb.* Si morbus præfractior ſit, detur *laudanum* 8va quaque hora etiam in majore doſi, & injiciatur enema ex *lacte vaccin.* & *theriac. Androm.* ℥ß. ubi vires *venæ ſectionem* non patiuntur, detur ſingulis matutinis bolus ex *rhabarb.* ʒß. cum q. ſ. *diaſcordii* & *paregoricum* hora ſomni.

Art. 39. Infantes eodem modo tractandi ſunt diminuta doſium quantitate. Methodus in *cholera morbo* (29.) in hoc quoque laudatur, ut & *diæta lactea.*

WILLIS.

Art. 40. Quamvis dyſenteriæ vocabulum communi *Dyſenteria incruenta.*
acceptatione alvi fluxum cruentum, ſicut diarrhœa humoralem denotat; tamen morbus *Londinenſis* anno 1670. dyſenteria appellabatur, incruenta licet. Fuit affectus ille ſubitaneus & frequenter absque manifeſta occaſione invadens; laborantes cum vomitu immani & ſedibus crebris & aquoſis cito in maximam debilitatem inque ſpirituum horrenda deliquia & virium omnium proſtrationes redigebat. Novi plures pridie ſatis ſanos, & valde robuſtos, intra xij. horas morbi hujus tyrannide adeo dejectos, ut cum pulſu debili & exili, ſudore frigido,

Digitized by Google

gido, &c. jamjam moribundi viderentur, & quidem non pauci ab eo cito interibant.

Curatio. *Art. 41.* Pro curatione hujus morbi nulla *evacuatio* juvabat; verum remedia tantum *cardiaca*, eaque calidiſſima commoda fuerunt in tantum, ut *ſp. vini* cum ſacchar. parum deflagratus remedium populare & quaſi *epidemicum* fuerit, atque in tali dyſenteria fere ſemper proficuum: etſi in altera cruenta indifferenter uſurpatum ſæpe noxium deprehenderetur. Ego exhibui ſatis feliciter *theriac. Androm.* ʒiſs. cum *julap. cardiac.* & ventriculo placentam ex *pane toſto* & *theriaca* illinito vinoque generoſo immerſam applicari juſſi, ut loco *theriac. Androm.* pulv. ſq.

℞ *Pulv. e Chel. Cancr. Compoſ.*
—— *Contrayerv.*
—— *Serpent. Virgin. ana* ʒj.
—— *Cinnam.*
—— *Rad. Tormentil. ana* ʒſs.
—— *Croci.*
—— *Cochinel. ana* ℈j.
M. F. Pulv. doſ. ℈ij.

Dyſenteria cruenta. *Art. 42.* De deſcriptione dyſenteriæ vere *cruentæ Londinenſis* vide authorem p. 49. laborantes haud cito interibant, quin plures ſeptimanas, imo interdum menſes ſanguinem quotidie in magna copia excernebant, &c. In his dejectiones fuerunt liquidæ, & ſanguine diluto tinctæ, inſtar loturæ carnium, in aliis craſſiores cruore ſaturatæ, ac inſuper muco albicante, & non raro membranarum fruſtis refertæ, &c. de remediorum formulis conſulendus eſt author. p. 50. & 52.

ET TMULLER.

Tres differentiæ. *Art. 43.* Dyſenteria eſt diarrhœa cruenta. Hujus morbi tres ſunt differentiæ. 1. Quando ſine inteſtinorum vitio mero motu & impetu naturæ ex plethora ſanguis

Digitized by Google

ſanguis bonus excernitur tanquam in fluxu *hæmorrhoidali*, ſcorbuticis familiaris eſt. 2. Quando ſanguis tenuis & aquoſus loturæ carnium ſimilis excernitur, fluxus *hepaticus* dicitur, ſed re vera a vaſis hæmorrhoid. internis provenit. 3. Tertia ſpecies dyſenteriæ eſt, quando ob vitium inteſtinorum ſpaſmodicum cum ſignibus torminibus, & cum muco albeſcente, hinc cum purulenta materia *ſanguis* ejicitur, atque hæc κατ' ἐξοχὴν dyſenteria appellatur diarrhœa cruenta tormentoſa; reliquæ ſpecies fere ſemper ſunt absque torminibus. Eſt vel *benigna* ſine febre & contagio, vel *maligna* cum febre & maxime contagioſa. In gradu acerbiſſimo *carunculæ*, (ſignum ut plurimum lethale) quæ excernuntur cum materia purulenta, quid ſint, explicatu obſcurum eſt; non enim niſi in dyſenteria diuturniori fit inteſtinorum excoriatio, & forſan exulceratio aliqualis; adſunt aliquando *aphthæ*, & inteſtina ipſa *gangræna* afficiuntur, ex qua fere omnes, qui dyſenteria laborant moriuntur. „Omnes, qui dyſenteria moriuntur, „teſte *Waldſchmidio*) *ſphacelo* pereunt, ipſis inteſtinis „*ſphacelatis*, quod obſervatur triduo ante mortem, ubi „ſitis non magis urget, & extrema frigent.

Carunculæ cum materia purulenta.

Art. 44. Cura inchoanda eſt cum *opiatis* & *ſudoriferis* & *abſorbentibus*, præmiſſa tamen doſi *rhabarbari* ſemper in dyſenteria *benigna*, in *maligna* vero eadem methodus obſervanda eſt, ac in aliis febribus continuis *malignis*; tinctura *bezoardica* laudatur. *Aſtringentia* in principio malum exaſperant, in declinatione locum habent cum cautela. *Venæ ſectio* & *clyſteres* non conveniunt. Summa habenda eſt ratio *ſtomachi* externis & internis, uti in quibusvis alvi fluxibus. Priapum *cervi* tanquam ſpecificum extollitur. Semper propinetur *gelatina C. C. pulv. cran. human. & uſnea.* *Album græc.* pro pauperibus eſt inſigne remedium, item ſuccus *heder. terreſt. & cydoniata*, *lac chalybeatum*, in quo *rad. ſymphit.* maj. coctum fuerit, *gum. arab. trag.* &c. ſed præ

Curatio.

Digitized by Google

omnibus *sacchar. saturni*, & *viperina* [in dysenteria *maligna*]. *Balsam. peruv. aut terebin. in clysteribus* aliquando est proficuum. *Oleum lini* præsentaneam præstat operam. Accurate distinguendum est inter *flux. dysenter.* & hæmorrhoid. (12. 45.)

Remedia varia.

Art. 45. „De viribus rad. *ipecacoan.* est res nota; „sed præstat ejus *decoctum* propinare, quam *radicem* „in substantia. In dysenteria *serum lactis* est fere spe„cificum *Bagliv.* 242. & alibi. *Radix ipecacoanhæ* præ„ter vim *vomitoriam*, quam obtinet, *sudores* copiosos „excitare solet. Atque in hoc (inquit D. D. *Freind*) „quantum ego conjectura assequi possum, præcipue „constitit egregia illa in dysentericis affectibus virtus, „quam sibi præ aliis vomendi instrumentis vendicat. „Grassante dysenteria *(inquit Dolæus)* hoc unico me„dicamento plus centum feliciter curavimus, *oleo*, scili„cet, *amygdalar. dulc.* cum succo *citri* commixto, sæ„pius de die assumpto, præmisso tamen *rhabarbaro* „tosto; *diaphoretica* semper interponi debent in hoc „morbo curando, inter quæ eminent *tinctura bezoar„dica* & *mistura simplex*. *Nux moschata* est egregium „*antidysentericum*, prosunt *gelatin. C. C. ol. rhabarbari*, „*cydoniata*, &c. Fungosa substantia nuclei lobos in„tercedens & separans exsiccata & pulverisata in vino „exhibita modica quantitate exercitum *Anglicum in Hi„bernia* gravissima Dysenteria medicorum omnium so„lertiam eludente laborantem feliciter liberavit. Raii „Hist. plant. *J. Aubrey* communicavit. Repetitis ex„perientiis (inquit *Towne* in Tractatu de Morbis *Bar„badæ*) sequens electuarium in Dysenteria successu feli„cissimo exhibui:

℞ *Conserv. Ros. rub.* ℥iß.
Sperm. Cet. ℥j.
Cer. Flav. ℥iij.
Ol. Amygd. dulc. ℥ß.
Syr. e Cort. Citr. q. s.
M. F. elect.

Art. 46.

Digitized by Google

Art. 46. „Sequentia quandoque locum habent, *ca-* *Alia non-*
„*taplasma stomach. decoct. fracastor. enema balsamicum* *nulla.*
„(expertissimum plane remedium) *enema de malicorio.*
„*Enema ad tormina. Epithema stomach. Fotus ad co-*
„*licam. Fotus stomach. tinct. rhabarb. Sennertus* de
„hoc morbo copiose & pulchre scripsit.

Art. 47. Tenesmus in genere est assidua cupiditas *Tenesmus.*
per alvum egerendi. parum mucosum, aut viscosum, aut cruentum aut purulentum, aut nihil omnio excernitur; pars affecta est intestinum rectum aut sphincter musculus. Tenesmus producitur a dysenteria, hæmorrhoid. verm. ascarid. calculo in vesica, &c. Fotus *lactis tepid.* [cum *flor. sambuci* incoct.] tenesmum lenit. *Enem. mol. cum lumbric. terrest.* &c. incoct. [est exoptatissimum remedium] item enema ex *jure carn. vervecin.* &c.

Art. 48. Fluxus *hepaticus* veterum est merum non *Fluxus hepa-*
nus, est enim fluxus *hæmorrhoidalis* e venis hæmorrhoid. *ticus.*
ide *dysenteriam.*

Art. 49. Conveniunt remedia *hæmorrhagias* suppri- *Remedia.*
mentia, imprimis *martialia.* Decoct. *e lignis* [cum
q. calcis] *gelatina C. C.* item *passulæ majores*, &c.

COLICA BILIOSA.

Sydenham.

Art. 50. Colica biliosa est intestinorum dolor atro- *Colica bi-*
cissimus præ cæteris omnibus; intestina nonnunquam *liosa.*
quasi injecta fascia constringit, nunc in punctum conductus quasi terebello perforat: subinde remittitur dolor, mox recrudescit paroxysmus, quem æger præsentiens vultu miserabili atque ejulatu ceu præsentem exhorret & aversatur. Sub initio hujus morbi non ita certo ad unum aliquod punctum determinatur dolor, atque in ejusdem progressu, neque tam crebra est vomituritio, neque alvus ita pertinaciter catharticorum

Digitized by Google

vim eludit; quo autem magis augetur dolor, eo obſtinatius in puncto figitur, vomituritio ſuccedit frequentior, & major alvi adſtrictio, donec tandem ab ineluctabili horum ſymptomatum vi totalis periſtaltici inteſtinorum motus inverſio (niſi maturius quis tulerit ſubpetias) atque *iliaca paſſio* procuratur. Quæ hoc morbo excernitur materia, ſincera ſi fuerit atque ἀμιγὴς, viridis aliquando, aliquando etiam flava aut inſoliti cujusdam coloris ſpectatur.

Quomodo a nephritide diſtinguitur.

Art. 51. A *nephritide* ſic diſtinguitur. 1. Dolor nephriticus fixus in rene eſt, & ab eo ad teſtem exporrigitur ſecundum longitudinem ureteris; colicus vero vagus eſt, & cinguli inſtar medium ventrem affligit. 2. A paſtu colicus dolor augetur, nephriticus potius imminuitur. 3. In colico dolore ab excretione per alvum & vomitum majus levamen emergit, quam in nephritico. 4. In dolore nephritico urina primum clara & tenuis, poſtea aliquid ſubſidet, & tandem arenulæ aut lapilli excernuntur: in colica urinæ in initio craſſiores exiſtunt.

Methodus medendi.

Art. 52. Ad curam rite inſtituendam *ſanguis e brachio* paulo liberius quamprimum educatur, & poſt horas iij. vel iv. *anodynum* exhibeatur, poſtero die *cathartico-lenitivum* & interpoſito die uno ad tertiam vicem propinetur. *Aq. epidem. mirab.* vel quæcunque alia *cardiaca*, poſtquam longo morbo vires plurimum exhauſtæ fuerint, aliquando mirum in modum juvant.

Equitatio, quemadmodum in pluribus morbis chronicis quod maximum eſt præſtat, hic quoque cæteris non proficientibus curationem nonnunquam abſolvit. „Aliud exercitii genus in hoc affectu equitatione longe „efficacius in *Barbada* habemus (inquit *Towne*) ſcilicet „*navigatio circa inſulam.* Vidi quosdam in deplora„tiſſimo infirmitatis ſtatu, cum aliam qualemcunque „geſtationem ferre non potuerunt, hac ratione, ultra „quam quod credibile eſt, reſtitutos.

PURCELL.

Digitized by Google

PURCELL.

Art. 53. Colica eſt dolor ventris atrociſſimus, quandoque totum abdomen occupans, aliquando ad unum punctum determinatur cum cruciatu quaſi terebrante, interdum de loco in locum immutatur, nonnunquam videtur ſenſatio tanquam viſcerum cum funibus ſimul correptorum; intumeſcit aliquando totus venter ita, ut quaſi diſrupturus eſſet, alvus ut plurimum clauſa eſt, urina pauca redditur; atque hæc ſunt ſymptomata uſitatiora; accidunt etiam aliquando graviora, febris, in ore ſapor acidus vel amarus, vomitus, ructus, urinæ ardor aut ſuppreſſio, icterus, pulſatio magna in abdomine, ſenſus frigoris in eodem, umbilici intus retractio, vel protruſio ejuſdem extrinſecus, materia vel viridis per alvum ejecta ſine levamine, excrementa alvina leviſſima & ventoſa, inſtar ſtercoris bovini, urinæ ſupernatantia. Colica frequenter in *paralyſi*, *epilepſia*, *arthritide*, *hydrope*, *rheumatiſmo*, aut *tabe* terminatur. Dolores colici ſunt aliquando in *peritonæo*, qui frequenter lethales evadunt, ut etiam in *pancreate;* vide locum p. 27. & 30. *Spigèlius* affirmat ſe nullum unquam diſſecuiſſe ex colica mortuum ſine inteſtinorum inflammatione. *Morbi deſcriptio.*

Art. 54. Cauſæ colicæ frequentiores ſunt cruditates, flatus, alvi adſtrictio, humores acidi in ſanguine, bilis acrimonia, herniæ, abſceſſus interni & latentes, cancri, &c. concretiones lapidoſæ in pancreate, hepate, liene, inteſtinis vel ventriculo, inſertio ductus cholidochi in ipſum ventriculum (vel pylorum), luxatio cartilaginis xiphoidis, conſtitutio aëris maligna, unde colica *epidemica*, affectiones nephriticæ, & poſtremo obſtructiones & tumores ſtrumoſi in glandulis inteſtinorum (& meſenterii) colicam producunt; hi dolores ſunt magis fixi, diuturni, nec adeo acuti: *cathartica* & *enemata* minus proſunt. De ſtructura & ſitu *coli* vide locum p. 66. „Interdum exhibeo *Oleum ſeminum aniſi* larga *Cauſæ variæ.*

Digitized by Google

„quantitate ſcilicet a gt. 40. ad 100. in pauco ſaccharo „vel aliter cum magno levamine, præcipue in Colica „a cauſa frigida oriunda. Semen aniſi vocatur ab Hel„montio *Solamen inteſtinorum.*

Curatio. *Art. 55.* Curatio inchoanda eſt cum *venæ ſectione*, ſi adſit calor inſignis vel inflammatio, vel febris, vel ingens humorum affluxus.

℞ *Decoct. Capit. Ovin. vel pedum Vitulin. vel Inteſtin. Vervecin.* ℥x.
Ol. Oliv. ℥iij.
M. F. Enema.

Nota bene. In frigidioribus enema *ex ol. oliv. vel lini & vino canarin.* item cum *ol. rut. cham. junip.* &c. cum fructu injiciuntur. Si hæc alvum non ſubducunt, ad fortiora deveniendum eſt. N. B. Sed notatu dignum eſt, experientia abunde teſtante, quod immediate poſt *venæ ſectionem* clyſmata vel *leniſſima* promptius operabuntur, quam fortiſſima ante ſanguinis miſſionem. In acerbiſſimis torminibus cum vomitu, &c. *Laudan.* gr. iv. vel v. in *clyſtere* dolorem in inſtanti leniunt, quum idem remedium per os nullum omnino afferet auxilium.

Colica habitualis. In colica *habituali* pannus laneus mollis & ſubtilis immediate ſupra cutem ventris continuo geſtandus a *Galeno* & aliis multum laudatur, tanquam fomentatio perpetua. Virtutes *aquarum ſulphur. Bathonienſ.* (extra paroxyſmum) *equitationes*, &c. ſunt ſatis notæ. Commendatur juſculum *cancrorum fluviatilium*, & *radix allii* pro pauperibus.

BAGLIVUS.

De aphonia & paralyſi ex colica. *Art. 56.* In colica bilioſa ſuccedit frequenter *aphonia* & vox rauca, & per totum fere morbi decurſum durat. In colica pertinaci ſi ſudor copioſus & univerſalis ſuperveniat labefactis & reſolutis viribus, brevi *paralyſin* expectato; cave igitur, ne *opiata* copioſius in ea exhibeas.

Art. 57.

Digitized by Google

Art. 57. Antidotum colicæ eſt *chamæmelum*, a quacunque cauſa oriatur. Quando *opiatis* uteris, ſemper adde *caſtoreum*, nam & opii narcoſin corrigit & doloribus medetur. In pertinaci malo conducit iter aliquod, ut corpus plurimum dierum *equitatione* excitetur, fibræque meſenterii longo dolore laxatæ priſtinas reſumant oſcillationes ad morboſas impuritates e meſenterii ſinu eradicandas expellendasque. Valde prodeſt *ſemicupium* in graviori caſu, & in ipſo ileo. *Remedia nonnulla.*

WILLIS.

Art. 58. Pars primario affecta in colica videtur eſſe *meſenterium*, quod eſt valde ſenſile, & humorum nervoſi generis affluxionibus plurimum obnoxium, & hinc dolores lumbares atrociſſimi, in quantum ſcilicet nervi quidam inſignes lumbares meſenterii plexum nerveum maximum ingrediuntur. Tranſitus a colica ad *paralyſin* indicio eſt, materiem morbificam non per arterias ſed nervos deferri, ejusque ſedem non eſſe inteſtinorum tunicas, ſed *meſenterii* plexus nerveos. *In colica meſenterium primario afficitur.*

Art. 59.

℞ *Fol. Malv.*
—— *Utriusque Mercurial.*
—— *Parietar. ana M.* iv.
Flor. Sambuci.
—— *Cham.*
—— *Melilot. ana M.* ij.
Caput Vervecin. deſciſſum.
Coquantur in q. ſ.
Aq. font. Coletur.
F. Fotus.

Uſurpetur pro fotu cum ſtuphis laneis calidiſſime intinctis & expreſſis atque viciſſim applicatis, repetendo quoties dolores intenſius urgebunt. *Omentum agninum aliave brutorum viſcera calentia* abdomini impoſita &

Digitized by Google

ſubinde mutata dolores interdum mire ſedant. Præ aliis quibuſcunque remediis aquæ *acidulæ minerales ferratæ*, æſtivo tempore per menſem epotæ, juvamen maximum conferre ſolent, & reliqua alterantia longe ſuperant. *Tinctur. antimon.* & *ſuccini* locum habent.

Colica hyſterica.

Art. 60. „De colica *hyſterica* nusquam uſpiam legi„mus audivimusve ante accuratiſſimum *Sydenhamum*.

SYDENHAM.

Morbi deſcriptio.

Art. 61. Imprimis cavendum eſt, ne ſymptomata feminis hyſtericis familiaria ab aliis, quos ſæpe æmulantur, morbis diagnoſi errante putentur oriri. Colica *hyſterica* dolorem circa cordis ſcrobiculum, regionem ventriculi & paulo inferiorem; ſequuntur humorum viridi aut flavo colore per vomitum ejectiones & animi dejectiones maximæ; poſt diem unum vel alterum faceſſit dolor, a leviſſima vero animi commotione revocatur.

Curatio longe diverſa quam colicæ biliosæ.

Art. 62. Cura radicalis a cap. de *hyſterica paſſione* petenda eſt. Nec *venæ ſectio* nec *catharſis* locum habent, nam malum exaſperant, immo nociva ſunt ipſa *enemata leniſſima*; quippe hic morbus a ſpirituum *ataxia* potius quam vitio humorum naſci videtur: Ideoque præmiſſis aliquot hauſtibus *liquoris poſſetici*, iisque per vomitum rejectis, ſtatim ad *laudanum* confugiendum eſt, & in uſu ejus perſiſtendum. Aliquando tamen in fœminis ſanguineis humorumque copia oppreſſis vel phlebotomia, vel catharſi vel utraque *anodyno* via aperienda eſt. In *icterum* interdum tranſit, qui plerumque ſponte ſua ſenſim faceſſit; ſin longas moras nectat, remediis *ictericis* fugandus eſt; obſervandum ſolummodo occurrit, quod e catharticis *rhabarbaro* ſolo utendum.

COLICA PICTONUM.

Colica Pictonum ſen nervoſa.

Art. 63. Colica *Pictonum* eſt ſpecies quædam, quæ degenerare ſolet in *paralyſin*, & motus omnimodam manuum

Digitized by Google

manuum ac pedum depravationem, quam hoc nomine *Riverius* in cap. de colica indigitat; & apud *insulas Caribum* notissima est, utpote quæ magnam vim hominum infestat. Hunc dolorem atrocissimum sanat *balsamum peruvianum* frequenter ac magna dosi exhibitum, videlicet gt. XX. XXX. vel XL. sacchar. albo instillatum bis vel ter in die: at *paralysis* huic remedio haud cedit. *Galbanetum* pro usu externo. *Balsamum peruvian.*

TOWNEI *Sententia.*

Colica nervosa seu convulsiva est affectus adeo frequens in *Insulis Caribiensibus*, ut in numero morborum *Endemicorum* jure merito habenda sit. In medicorum scriptis *Colica Pictonum* nuncupatur, quia *Pictavii* est frequentissimus; in insula vero *Barbadæ* vulgo audit **the dry Belly ach.** Inter universas calamitates humanum genus affligentes, ne una quidem tanta acerbitate homines excruciat, ac hæcce Colica. Frequenter malum inchoare solet in uno puncto ventris, indeque latius diffunditur, ita tamen, ut omnia viscera, a pyloro ad anum usque, ad istum locum, tanquam *ad miseriarum commune centrum* miro cruciamine contrahi videantur. Omnimodi sentiuntur dolores, urentes, lancinantes, mordentes, pungentes, &c. Multifariæ hujusmodi torturæ ægrum exercent, ad dies fortasse 8, 10, vel 14; alvus interim pertinaciter constipata est, urina pauca, vires vere exhaustæ; extrema frigida; adsunt etiam sudores gelidi, præcordiorum anxietates, animi deliquia; angores, desperationes, & similia, donec tandem dolorum atque ægritudinum oneri succumbit.

Causæ præcipuæ hunc morbum atrocem producentes sunt acerborum ac immaturorum fructuum comessatio, nimia liquoris pernicioſissimi ingurgitatio, quem vocant **Rum-Punch**, ex spiritu sacchari ardentissimo & succo limonum sylvestrium, &c. compositum (vid. *Causæ.*

Tractat.

Digitized by Google

Tractat. de Venenis Art. 63.) & inclementia aëris nocturni itinerantibus ante crapulam edormiverint, &c. Ceſſante aliquanto doloris vehementia ægrotus perturbationem quandam per ſpinalem medullam ſentit, qua brachiorum ac crurum nervis propagata, imbecillitate ſtatim ſenſim afficiuntur, indies creſcente, donec brevi *in paralyſin confirmatam* deſinit. „Unde *Williſius* „conjecturam fecit tranſitum a Colica ad paralyſin in„dicio eſſe materiam morbificam non *per arterias*, *ſed* „*nervos* deferri, ejusque ſedem non eſſe inteſtinorum „tunicas, ſed *meſenterii plexus nerveos.* (59)

Curatio. Methodus medendi hunc morbum graviſſimum & paralyſin præcavendi a catharſi primario incipienda eſt, ad pertinacem alvi adſtrictionem ſubigendam. In hunc finem cathartica leniora forma liquida frequenter repetita optime conducunt, fortiora ſpasmos adaugere ſolent, & *Ilei* periculum intentare. Verum propter affectiones inteſtinorum ſpasmodicas conſultum erit imprimis *Paregoricum* propinare. Opiata paralyſin accelerare nonnulli opinantur, ſed longe errant; indubitata experientia doctus larga manu illa non modo innocue ſed ſemper cum fauſto ſucceſſu exhibui. Sequenti methodo cum proſpero eventu frequentiſſime proceſſi.

℞ *Pil. Matth. gr.* viij. *vel* x.
Caſtor. gr. iv.
Opobalſam. q. ſ.
F. Pil.

Statim capiend. deinde elapſa ſemihora,

℞. *Mannæ opt.* ℥ß.
Crem. Tart. ℥ij.
Syrup. Roſar. ſolutiv. ℥j.
F. Miſtura.

In hauſtul. tepid. juſcul. avenac. ſumenda & 3^tiis^ horis repe-

Digitized by Google

repetenda, donec alvus ſoluta fuerit; in intervallis *Pil. Matth.* gr. iv. exhibere ſoleo, vel, ſi vomitus vehementius urgeat, ſequentem hauſtum;

℞. *Sal. Abſynth.* ℈j.
Opii puriſſim. gr. j. *vel gr.* iß.
Aq. Menth. fort. ℥j.
Syr. Lim. ℥ß.
M.

Enema quoque cum balſamicis 4ta quaque hora injiciendum eſt; ſequens etiam fotus abdomini uſui eſſe poteſt;

℞. *Fol. Cham.* ℥iij.
Bacc. Junip.
—— *Laur. ana* ℥j.
Coq. in aq. font. ℔v. *ad* ℔iij. *Sub finem addendo*
Sem. Carui.
—— *Fœnic. Aniſ. ana* ℥ß.
Colatur. add. Opii ʒj.
Sp. Sacchar. ℔j.
M.

Semicupium doloribus mitigandis quandoque nonnihil prodeſſe obſervatum fuit. Morbi vehementia in hunc modum ſubacta ad purgantia efficaciora, *Mercurialia* ſcilicet, deveniendum eſt;

℞. *Calomel. Pil. Coch. min. ana* ℈j.
Opobalſ. q. ſ.
F. Pil.

Mane ſumend. & quotidie repetend. donec dolor penitus remiſerit, & alvus ſatis ſolubilis evadat. Deinceps *Balſamum Peruvianum* ad ℈ij. vel ultra 6ta quaque hora Sacchar. cryſtal. inſtillatum vel aliter exhibeo, & rariſſime ſpem meam fefellit. Eſt & aliud inſigne medicamentum apud nos divini numinis favore in hac inſula ſponte productum, nempe *Piſſelæum Indicum*, huic

Piſſelæum Indicum.

Digitized by Google

huic malo valde proficuum, prædicto balſamo adhuc efficacius, niſi quod quibusdam ſtomacho non adeo gratum ſit; doſis ʒij, ter in die per longum tempus, donec morbus penitus ſubigatur. Nec datur præſtantius remedium pro uſu externo, quam dictum *Piſſelæum*, cum æquali vel dupla quantitate *Sp. Sacchari* commiſtum, pro vertebris dorſi & artubus illinendis, quandocunque paralyſeos ſit leviſſima ſuſpicio: hæc vero cum formata ſit & confirmata, nulli remedio, quod ſcio, cedit; niſi forſan *aquæ Bathonienſes in Anglia* tanto malo ſuccurrere valeant. „Immo in hoc ipſo ca„ſu valere novi.

E T T M U L L E R.

Colica biliosa &c.

Art. 64. Dolor punctorius & terebrans acerbiſſimus ſentitur in hypochondrio ſiniſtro, aliquando ſed rarius in dextro, in utroque colon facit angulum ſatis acutum in curvatura; dolor contortionis, lacerationis, & vagæ lancinationis oritur ex ſpasmodica inteſtinorum contractione, & plerumque adeſt in colica nephritica; dolor rodens & vellicans vermes indicat, dolor pulſans inteſtinorum inflammationem. Mulieres interdum ſub difficili menſium fluxu patiuntur tormina gravia abdominis, quædam poſt partum [& ante etiam aliquando] dolore colico laborant, in utroque caſu plerumque ex abdominis & inteſtinorum *convulſione*.

Ad cauſam antecedentem reſpiciendum eſt.

Art. 65. In omnibus inteſtinorum torminibus tam humoroſis quam convulſivis habitualibus, quoad cauſam antecedentem reſpiciendum eſt imprimis ad *acre acidum* plus minus *auſterum* plus minus *viſcidum*, vel ex ſtomacho ad inteſtina delatum, adeoque ab aſſumptis vel vitioſis, vel vitioſe digeſtis eo diſtributum, vel in plexibus nerveis meſenterii vicinisque locis membranoſis pertinaciter hærens, & a quacunque cauſa externa excitatum.

Art.

Digitized by Google

Art. 66. In colica hysterica sensus globi, in abdomine moti, quem mulierculæ & medici ignorantes pro uteri habent motu, est *plexus centralis mesenterii maxime convulsus*, in viris quandoque accidens. Attendendum est præ omnibus, an colica sit *humorosa*, an *convulsiva*, an sit *accidentalis* vel *habitualis*, an sit *scorbutica*, *hysterica* vel *alia*. Clysmata terebinthinata in colica *convulsiva* sunt optima. *Semper attendendum est ad speciem colicæ.*

Art. 67. In colica *humorosa*, ubi pertinaciter hærent stercora, convenit enema ex *ol. sem. lini* & *raparum* & *sal. gemmæ* ad ℥j. vél ij. alias enema emolliens & carmin. ex *urina pueri* in affectibus intestinorum *flatulentis* etiam cum *terebinth.* aliquando. Si dolor colicus sit nimis acerbus, prius est mitigandus, quam *purgantibus* proritetur alvus. *Ol. amygd. dulc.* & *sperma ceti* in colica *convulsiva* est remedium proficuum, & *gum. ammoniacum* in *humorosa*. Succus expressus *stercoris equini* est præsentaneum remedium contra colicam, p. 1061 (vide locum) speciatim in colica *convulsiva*. Decoctum *flor. cham.* in quacunque colica maxime laudatur, tanquam specificum, & pene infallibile remedium; *sacchar. saturni* est remedium singulare. Pro usu externo *ol. cham. succini junip. ol. petræ*, *galbanum*, *empl. fotus*, &c. vid. locum p. 214. *Curatio.*

Art. 68. In colica, si urina sit tenuis & aquosa, morbus est ut plurimum *nephriticus* [aliquando *hystericus*]; si valde colorata, *scorbuticus*; si respiratio sit difficilis & præcordia perturbentur, *hystericus*. In graviori casu clysma ex *fumo nicotianæ* est remedium dolorem mitigans & alvum laxans. *Diagnostica ex urina &c.*

FORESTUS.

Art. 69. In colica stercoracea aut a pituita viscidore nunquam oblivisatur medicus *sal. gemmæ*: nam hoc est expertissimum ad resolvenda stercora & mucilagines crassas *Forest.* ℈xxj. vid. etiam mess. med. spagyr. sub. tit. *sal. gem.* *Vires sal. gemmæ.*

Art.

Digitized by Google

Remedia varia. *Art. 70.* „Conſulendus eſt *Boerhaave* in his affecti-„bus (uti in fere omnibus) tanquam oraculum.

℞ *Flor. Cham.* Miß.
Coq. pauliſper in Aq. Brion. Comp. ℥iv.
In Colatura diſſolve Ol. Macis per expreſſ. ℥ß.
Syr. de Mecon. ℥ß.
M. F. Hauſtus.

„Calide ſumend. ad dolores leniendos in praxi no-„ſtra frequentiſſime. Decoct. *fol. malvæ* pro paupe-„ribus præcipue in colica *Nephritic. Waldſchmidii* ex-„perientia conſtat *avenas calidas* in ſacculo regioni ven-„triculi impoſitas vim habere diſſolvendi ac diſcutiendi. „*Allium. condit. Zinzib. condit.* (in frigidioribus) *Empl.* „*e Bacc. Laur. e Cymin.* &c. *Pharm. Lond. Enema* „*Colic. Enem. Tereb. Fotus ad Colic. Fotus Spirituoſus*, „*Miſtura Hyſter. Spirituoſ.* Sunt remedia uſu com-„probata.

ILIACA PASSIO.

SYDENHAM.

Iliaca paſſio. *Art. 71.* Periſtalticus inteſtinorum motus invertitur, propinata cathartica & injecta enemata in emetica ſtatim tranſeunt, alvi fæces per vomitum rejiciuntur.

Curatio. *Art. 72.* Mittatur ſanguis e brachio dextro ad ℥iß. vel x. Poſt aliquot horas exhibeatur ſequens Pulvis. ℞. *Reſin. ſcammonii: vel (defectu ejus) Reſin. Jalap. gr.* xvj. *Calomelan. Torquet.* ℈j. *M. F. Pulvis.* Cap. e Cochlear. j. lactis vaccini, ſuperbibendo ejusdem lactis Cochl. j. vel alterum; vel ſi forma Pilularum magis arrideat ℞. *Pil. ex duobus* ℥ß. *Calomel. Torquet.* ℈j. *Balſam. Peruv. S. Q. M. F. Pil.* iv. ſumend. e cochl. j. ſyr. violar. ſin autem æger hoc remedium per os rejecerit, *Laud. liquid. gr.* xxv. *Aquæ cinnam. fort.* ℥ß. inſtillatæ ſtatim propinentur; cum vero horum uſu vomituritio ac ventris dolores remiſerint, catharticum dictum iterum

Digitized by Google

rum exhibeatur, verum, si anodynorum virtute ac vi jam penitus infractis vomituritio ac dolor iterum redierint, cathartico interim in corpore restitante, ad usum paregorici supra descripti revertendum, idemque eo usque repetendum, quarta vel sexta quaque hora, donec intestinis quies omnino inducatur, quo quidem tempore catharticum operationem suam per sedes exeret: nec sane abs re fuerit, elapsa una aut altera post venæ sectionem hora clysterem aliquem ex iis, qui potentius operantur, injicere, fumum scilicet nicotianæ ex tubulo inverso per vesicam majusculam in intestinum validissime inflatum, quæ quidem operatio post aliquot horas reiterari debet, nisi citius meatus deorsum pateat.

ETTMULLER.

Art. 73. Ileos sive Iliaca passio est motus peristaltiæus intestinorum inversus cum dolore circa umbilicum intensissimo; excrementa alvina motu retrogrado per os ejiciuntur ex obstructione alvi contumaciori. Appellatur *Convolvulus* & *Chordapson*. Quoties in sequiori sexu morbum Iliacum observare contingit, *Herniam* adesse tuto fere prædicere possumus, quamvis ob exilitatem ipsæ patientes non observare soleant. Opinio de convolutione intestinorum est falsa; ingressus vero superioris intestini in inferius, & contra, est satis frequens. Dubium est an inflammatio intestini sit causa obstructionis ejusdem vel contra. Morbus gradatim progreditur; in principio nil descendit per inferiora, abdomen sensim durescit & tumet, ægri nauseant & vomunt primo ingesta, deinde recrementa flavescentia [& pituitosa] & tandem excrementa alvina. Adsunt lipothymiæ & anxietates inexplicabiles, sudores frigidi [extremorum frigus], urinæ suppressio; vires langueſcunt, singultus supervenit, qui prodromus est convulsionis, & Epilepsiæ, & ipsius mortis. Plures interei- *Iliaca Passio.*

Digitized by Google

unt, quam convaleſcunt. Si dolor ſit acutiſſimus, & ſubito ſine cauſa manifeſta deficiat, ſignum eſt gangrænæ.

Curatio. *Art.* 74. *Venæ ſectio* celebranda eſt in initio, ſi adſit febris vel inſignis calor. *Cathartica* ſunt fugienda, quoniam vomitoria evadunt; non prius ſecuritas promittenda eſt, quam ſequitur alvi profluvium ſponte vel arte provocatum. Ægri *analepticis* & *cardiacis* ſunt ſuſtentandi. *Ol. amygd. dulc.* cum juſculo pingui, item *Sperma Ceti* in decocto *raparum*. Deglutitio *globulorum* aut *argenti vivi* nil prodeſt, ſed potius malum exaſperat, ubi adeſt inteſtini inflammatio, gangræna, vel hernia; vel ingreſſus inteſtini ſuperioris in inferius. *Doſ. argent. viv.* eſt ʒiij. vel iv. ad ℔ß. & amplius, & exitus ejus per clyſteres omni ſtudio promovendus eſt; aliquando non ante aliquot dies redditur, interdum *ſalivationem* movet. „Exemplum affert alicujus mer„curii ℔ij. per octiduum in corpore habentis & conva„lentis, ſed non ſine ſalivatione excitata. Mulieri in „ſectione de Lumbricis memoratæ (*Art. 86.*) gravis„ſima paſſione iliaca correptæ enema lacteum ſtatim in„jiciendum præſcripſi, & elapſis duabus horis hauſtum „hypnoticum capiendum; & deinceps poſt duas alias „horas largam doſin Pil. ex duobus cum Calomel. ℈ß. „hæc nihil proficiebant; die proximo excrementa al„vina per vomitum ejecta ſunt; largam quantitatem „olei Amygd. dulc. in brodio tenui potandum juſſi, & „linimentum ventre illinendo uſurpandum, & ſub no„ctem enema cum vin. Benedict. ʒiv. injiciendum; ni„hilominus nihil per inferiora deſcenderat, ſed jugiter „ſurſum omnia. Die 4to ſudores frigidi ſuperveniebant, „viribus fere exhauſtis; itaque argenti vivi ʒiij. propi„navi & trihorio poſt tres alias uncias; elapſa deinde „hora una vel altera *ingentem lumbricum* evomebat & „bis per inferiora purgata eſt, & in futurum alvus ſatis „ſoluta

Digitized by Google

„ſoluta manebat; argentum vero vivum (quod mirum „videatur) non ante finem 7^mi vel 8^vi diei redditum eſt; „nihil tamen mali mulieri exinde obveniebat: hæc e„nim etiam nunc poſt quatuordecim annos vegeta vivit.„ Omentum ovis recens mactati calide in abdomen impoſitum mirum in modum dolorem lenit; laudatur etiam cataplasma *ex pomis putridis Borsdorffianis* cum tantillo *croco*, vel ex *ſtercore ovillo* cum lacte cocto, p. 120.

SENNERTUS.

Art. 75. Barbari ſuperioribus ſeculis iliacam paſſionem *miſerere mei* vocabant, quoniam malum eſt commiſeratione dignum: in hoc morbo *Clyſteres*, immo & *Glandes* vomitu rejiciuntur ob motum inteſtinorum inverſum, ideoque aliquando inteſtinorum viæ in ileo non penitus præcluduntur. Signum hujus morbi proprium eſt, quod nihil deſcendit per inferiora, accidit plerumque vomitus bilis & pituitæ, frigiditas totius corporis, dolor plurimus, ſpirandi difficultas, &c. & morituris ſudor frigidus. Omnis ileus periculoſus, rariſſime convaleſcunt, qui ſtercus per os ejiciunt. *Miſerere mei.*

Art. 76. Venter foveri debet *decoct. emol.* & *linimentis* inungi. Oleum *amygd. dulc.* & *juſcula pinguia* ore ſumenda ſunt, & quamvis ſemel atque iterum talia vomitu rejiciantur, continuandus tamen eſt eorum uſus ad fibras relaxandas. A tribus potiſſimum cauſis exoritur, ab inflammatione, ab aliis tumoribus & exulceratione, & denique a fæcibus induratis, de quibus ſingulatim conſulendus eſt Author p. 429. *Curatio.* *De cauſis conſulatur Author.*

BARBETTE.

Art. 77. *Fabricius Hildanus* obſervavit principium & originem hujus affectus fuiſſe circa *Inteſtinum Cæcum*, ego vero exiſtimo valvulam in principio coli primum ex inteſtini cæci inflammatione adeo contrahi & *Cauſæ proximæ.*

Digitized by Google

conſtringi, ut plane nihil permeare poſſit. In omnibus fere hoc affectu extinctis diſſectis accuratiores invenerunt, vel inteſtini gangrænam, vel tenuis inteſtini coarctati ingreſſum in partem proximam flatu prius turgidulam. Si gangræna jam aderit, cognoſcitur ex eo, quod dolor ſtatim ceſſet. *Omentum* & etiam *ipſa inteſtina* ex vivo animali quam calidiſſime abdomini applicari poſſunt multo cum levamine. Convenit *venæ ſectio* in initio, ſi malum ab inflammatione oriatur; „Immo in corporibus robuſtis nunquam omitti debet.

Gangræna mortis cauſa.

Art. 78. „Plures ab ileo defunctos aperui, & in„teſtini cujusdam inflammationem & ſphacelum fere in „omnibus, & morbi & mortis cauſam fuiſſe deprehen„di. *Willis.* Sæpius in hoc morbo defunctis (inquit „*Dolæus*) inteſtina plane vacua invenimus; unde mani„feſtum eſt, ſæpius ſpiritus animales peccare.

SYDENHAM.

Methodus medendi.

Art. 79. Ventriculus primo loco præ omnibus corroborandus eſt, & vomitus, ſi fieri poſſit, ſiſtendus; ideoq. *ſal abſynth.* cum ſucco *limon.* præſcribo (ſubinde) ſumend. intermediis vero temporibus exhibeo coch. aliquot *Aq. menth. ſtillat.* ſine alio quovis additamento. Dum hæc fiunt *catulum viventem* nudo ventri indefinenter accumbere jubeo, dolore hoc modo profligato, exhibeo *Pil. Coch. maj.* ℈j. *in aq. menth.* diſſolut. quam etiam *aquam* (quo certius vomitus recurſum prævertam) toto catharſeos tempore injungo. Victus ſit tenuis per totum morbi decurſum, & decumbat æger in lecto, donec convaleſcat. Uſum *argenti vivi* & *globulorum* author minus probat.

Curatio.

Art. 80. In hoc affectu quotcunque cathartica propinaveris, ea ſtatim emetica fiunt; ideoque *vena brachii* tundenda eſt & *fumus nicotianæ* [de hoc vid. *Fulleri* enema *oleoſ. amar.*] in inteſtina inflandus eſt quam validiſſime, (omnium enematum, quæ mihi innoteſcunt hactenus

Digitized by Google

hactenus efficaciſſimum eſſe duco) idem quoque poſt moram aliquam reiterari poteſt. Hoc ſucceſſu carente, neceſſe eſt *catharticum fortiſſimum* exhibere, ſed præſtat hora una aut altera *paregoricum* propinare, ut ſub *laudani* tutela *catharticum* retineatur, & ſuo munere defungatur. Sched. mon. p. 48. De uſu follis, &c. vide enema *oleoſum amarum Fulleri*, *Fotus ad colicam*, *fotus ſpirituoſus*, *miſtura coralata*, omnia ad colicam quandoque in uſum veniunt. Demulcendis doloribus convenit ſemicupium. In Ileo *ſtercore vaccæ* quam recentiſſimo univerſa ventris regio emplaſtretur; hoc etenim remedio, aliis nihil proficientibus, viam inteſtinorum aperui (*inquit Zacutus Luſitan. in praxi admiranda*).

„Infans vix ſemeſtris a nativitate perfecte valens & *Hiſtoria.*
„vegetus ſubito in graviſſima ventris tormina lapſus eſt;
„ſubſecutæ ſunt vomitiones enormes, nihil omnino
„per inferiora deſcendente, præter exiguum ſangui-
„nem. Ad infantulum ſuccurrendum omnem operam
„ac ſtudium navavi, ſed fruſtra; nam triduo expiravit.
„Abdomine aperto inteſtina omnia usque diſtenta in-
„venimus, & jejunum leviter inflammatum: jamque
„paulo inferius morbi ſedes in conſpectum venit: por-
„tio etenim Ilei, *ſex digitos longa*, (quod prodigio-
„ſum erat in ſubjecto tam parvulo) in *coli* cavum, *cum*
„*meſenterio adjuncto*, collapſa eſt, pars affecta in tu-
„morem attollitur tunicis inteſtinorum incraſſatis, ni-
„gricantibus, gangrænoſis, & quibusdam in locis ſpha-
„celatis per totius involutionis tractum, unde inteſti-
„norum *oppilatio inſuperabilis*, quæ inſtar Polypi viſa
„eſt. En luculentum exemplar *Paſſionis Iliacæ* perfe-
„ctiſſimam morbi ideam complectens in infante non-
„dum ſemianniculo; quod rariſſimum eſſe credo.

Digitized by Google

LUMBRICI.

SENNERTUS.

Vermium species variæ. *Art. 81.* Lumbricorum tres sunt species frequentiores, videlicet *Teretes* sive *rotundi*, *lati* & *ascarides* [ex ovis insectorum oriuntur]; aliquando sed rarius vermes anomali ejiciuntur, cornuti scilicet, hirsuti, quadrupedes, multipedes, bicipites, tricipites, cauda bifurcata præditi, &c.

Teretes. „Lumbrici teretes sunt frequentissimi & satis noti, „Lumbricis terrestribus similes, nisi aliquanto albidio„res sint.

Lumbrici lati descriptio. „Lumbricus latus, tænia a *Plinio*, *Platero*, &c. appel„latus, est instar fasciæ duarum vel trium ulnarum, „aliquando longior, geniculis transversis per totum di„visus. *Nicolaus Andry* affirmat, unum esse tantum in „corpore, unde *solium* appellatur. Ast Mr. *Hageunet* „tæniam in ventriculo felis aliamque in duodeno repe„rit. Memoir. de l' Acad. Vol. xvij. p. 484. Et Mr. „*Geoffroy* tæniam in tinca pisce duos pedes & amplius „longam observavit. Hist. de l' Acad. Vol. xiv. p. 50. „hunc Lumbricum in cane ipse vidi tres circiter pedes „longum; ideoque in aliis animantibus præter homi„nibus generantur.

Symptomata a lumbricis. *Art. 82.* A lumbricis vomitus, cardialgia, syncope, singultus, vocis privatio, tormina intestinorum, capitis dolores, sopor gravis, deliria, mœror, tristitia, febres, angina, pleuritis, & alia innumera gravia symptomata.

Symptomata a lumbricis latis. *Art. 83.* Latos lumbricos, qui habent, appetentia cibi nimia laborant, ac nisi cibus offeratur, dolor & morsus, in ventre percipitur, &c. Certissimum vero signum est, quod cum alvi excrementis corpuscula quædam

Digitized by Google

dam *cuburbitæ* feminibus similia excernuntur. Hi difficulter necantur; commendantur *rad. filicis* ad ʒij. & decoctum *corticis rad. mori.* (6, 87, 88, 89.)

„Ad *latos* Lumbricos educendos adhibere debet „*vomitus ex oleo*, non ex *radicibus*, & alia die *clysterem* „utendum admixta *nitri* parte vel *salis*; danda etiam „*aqua salsa* potui, aut *glycyrrhizæ radicis* decoctio, aut „similiter incocta *glycyrrhiza*. *Remedia ad Lumbricum latum.*

„Ascarides sunt tenues Lumbrici, filorum particu- „las referentes, qui in parte inferiori crassorum inte- „stinorum, & juxta sphincterem musculum residere „solent. *Ascarides.*

„In genere *amara* fere omnia sunt *vermifuga*. Pri- „vatim pulv. *cort. Aurant. Mercurialia*, *Æthiop. min.* „*Mercur. dulc.* &c. *Muscus corallin. ens Veneris*, *semen* „*Sanctonici* in vino clareto est Anthelminticum insigne. „*Floyer.* Decrescente luna vermes sunt aggrediendi. „*Pulv. Colocynthid.* cum *felle Bovin.* subact. cum gut. „*el. Absynthii* umbilico applicat. Lumbricos pellit. Ad „*ascarides* necandos enemata cum *Colocynthid.* incoct. „*Mercurialia*, &c. *Remedia vermifuga varia.*

Art. 84. „Præter vermes intestinales, sunt & alii „omnes fere corporis partes incolentes, uti vermes „*dentales*, *gingivales*, *rhinarii*, *pulmonarii*, *cardiaci*, „*sanguinarii*, *urinarii*, *cutanei*, *umbilicales*, *elcopha-* „*gi*, vermes in *hepate*, in *saliva*, &c. Sed hi omnes „non nisi in statu morbido inveniuntur. *Vermes in variis corporis partibus.*

BAGLIVUS.

Art. 85. Quod ut plurimum homines ex improvi- so, & sine ulla causa manifesta, & signis alios morbos comitantibus, in subitum vitæ discrimen incidunt, & cadunt veluti *apoplectici* cum extremitatibus frigidis, pulsu exilissimo (qui fere semper signum est vermium *Vermes anomala & insolita symptomata sæpe pariunt.*

Digitized by Google

latentium uti & ſingultus) aphonia, quandoque improviſa mania, tunc de vermibus dubitandum, in tali caſu nil potentius eſt, quam ſtatim dare cum brodio gr. xij. *merc. dulc.* & gr. v. *ſcammom. ſulphurat.* in adultis. In pueris vero minoretur doſis, vel potius detur *mercurius crudus* ad magnitudinem piſi cum brodio, nam erit ad miraculum. *Chesneau.*

Ex vermibus epilepſia, mania, morio.

„In praxi quotidiana horrenda hujusmodi ſympto„mata a vermibus excitata vidimus. Homo quinqua„genarius ſubito in graviſſimam *Epilepſiam* lapſus eſt, „& intra decem dies ſex vel octo violentiſſimos inſul„tus cum horrendis ſpasmis paſſus eſt; deinde in *ma„niam* incidit per diem unam aut alteram, & poſtre„mo in *moriam* & fere omnium rerum *oblivionem.* Die „16to Lumbricum mortuum excrevit, & ſenſim priſti„nam ſanitatem nactus eſt, niſi quod *memoriam* nunc „biennio poſt nondum integre recuperavit.

Cæcitas.

„Adoleſcentula quædam febre verminoſa laborans „ſtupendis motibus convulſivis correpta eſt, unde *vi„ſum* penitus amiſit, & luce orbata ad quatriduum „manſit, interim a ſpasmis fere libera; die 5to alius pa„roxysmus convulſivus ſupervenit, & acies oculorum „reſtituitur. Exhibita erant medicamenta antiſpasmo„dica, & præcipue anthelmintica, Æthiop. mineral. „& Calomel. &c. Vermes comminuti & contriti excreti „fuerunt & puella convaleſcebat.

Obmuteſcentia.

„Alia puella ex Lumbricis inteſtina incolentibus „primo rauceſcit, & febre acutiſſima laborabat; poſt „paucos dies vocem penitus amiſit; & ad dies aliquot „muta remanſit, & cum omnia ſymptomata mortem „in propinquo eſſe monſtrabant, aliis vermifugis mi„nus ſuccurrentibus, exhibui *decoctum foliorum Hel„lebori nigri* fere in ipſo articulo mortis; vermes quam„plurimos excrevit, & convaluit. Ejusdem remedii „ope plures, qui in extremo vitæ diſcrimine fuerunt „ver-

Digitized by Google

„versati, restitutos vidi; & longa experientia didici, „helleborum nigrum *optimum esse & certissimum ver-* „*mifugum in pharmacorum familia.*

Ex Historia Medica abunde constat, Lumbricos nonnunquan ventriculum, intestina, hypochondria atque inguina perforare & foras prorepere. Plusquam viginti abhinc annos ex umbilico pueri octennis exulcerato *Lumbricum teretem* 6 vel 7 digitos longum propriis manibus evulsi; post Lumbricum Cochl. j. vel ij. *puris flavi* effluxerunt, quod excrementa alvina non olebat. Ulcus non temere sanandum esse judicavi; ideoque foramini turundam adaptari jussi, ut materia purulenta quotidie evacuaretur; per septimanam & diutius pus ubertim effluebat, sed in dies minori quantitate; deinde post triginta dies sine ullo incommodo ulcus exsiccatum est, & puer integre restitutus, utcunque tamen proximo anno in *ascitem* lapsus est, a qua causa nescio; ex hoc etiam morbo remediis appropriatis illum feliciter liberavi, & etiamnum sanus ac vegetus vivit. *Lumbricus umbilicalis.*

Fœmina quadraginta quinque annos nata, robusta, & laboribus assueta, dolore colico quandoque obnoxia, alias sana, circa quatuordecim abhinc annos tumorem habuit *in inguine sinistro*, ovum gallinæ æquantem, quem *herniam* esse ipsa credebat; durabat enim integrum annum ante disruptionem. Interea circa dictam periodum fœmina *ileo* correpta est, de quo alibi [*Art.* 75.] a cujus morbi cruciatibus ac immani vomitione, &c. ruptus est *in inguine*, & effluxit tenuis humor flavescens, turpethi mineralis colorem æmulans: advocatus est chirurgus, qui stylo immisso largam cavitatem detexit; foramen sensim spongia præparata dilatatum est, & magna vis prædicti humoris in dies evacuatur; die 10mo in foramine apparuit *Lumbricus vivus*, quem chirurgus coram astantibus detraxit, figura, colore, *Lumbrici ex inguine prodeuntes.*

Digitized by Google

& magnitudine Lumbricis inteſtinalibus omnino ſimilem. Poſt duas vel tres ſeptimanas eductus eſt *alius Lumbricus* priori non diſſimilis, niſi quod aliquanto rubicundior eſſet. Vermifuga interne propinabantur, & *decocta anthelmintica ex fol. Hellebor. nigr. Aloe, ſem. Sanctonic.* &c. in ulcus ſinuoſum injecta fuerunt. Tribus circiter menſibus ſanatum eſt ulcus, & mulier, adhuc viva, ex illo tempore bene ſe habuit.

Si quis de *Lumbricis umbilicalibus & inguinalibus* plura velit, *Schenckium* adeat, *Obſerv.* p. 408, 409; item *Bonetum*, p. 631. Inguinalium recentiora exempla habemus apud *D. Morton Hiſt. Natural. Northamptoniæ*, p. 467.

ET T MULLER.

De Lumbrico lato & de vermibus necandis.

Art. 86. Qui lumbrico *lato* laborant, præter ſymptomata communia, hoc peculiare habent cum excrementis alvi prodeunt corpuſcula *curcurbitæ* ſeminibus analoga. Decreſcente Luna vermes ſunt aggrediendi. *Pulv. colocynthid.* cum *felle bovin.* ſubact. cum gut. aliquot ol. *abſynthii* umbilico applicat. lumbricos pellit. Ad *aſcarides* necandos enemata cum *colocynthid.* incoct. *mercurialia*, &c.

Remedia ad lumbricum latum.

Art. 87. „Ad *latos* lumbricos educendos adhiberi „debet *vomitus ex oleo*, non ex *radicibus*, & alia dic „*clyſtere* utendum admixta *nitri* parte vel *ſalis*; danda „etiam *aqua ſalſa* potui, aut *glycyrrhizæ radicis* deco„ctio aut ſimiliter incocta *glycyrrhiza. Cœlius Aurelianus.*

Aſcarides.

Art. 88. „Signum pathognomonicum *aſcaridum* „eſt pruritus in ano vix tolerabilis; ægrotantes aliquando „*ſyncopen* patiuntur, & frequentiſſime *teneſmum*. Ad „*aſcarides* facit experimentum Aetii, ſuppoſitorium „ſcilicet formatum, e *carne veteri ſalita*, pingue„dine deraſa.

Remedium ſingulare.

FULLER.

Aſcaridum Curatio.

Art. 89. Aſcarides ſunt quidem gens puſilla, ſed expugnatu difficillima; namque licet omnes ad unam enematis

Digitized by Google

enematis vi exterminarentur; nova tamen & numerosa proles ab ovulis in recto depositis mox nascetur. Ideoque non tanti erit parentes solos proscripsisse; nisi insuper & natos, & semina etiam ipsa radicitus extirpentur, & ejiciantur. Hocque optime fiet, si postquam ascarides jam disparuerint, non statim a remediis absistamus; sed tertiis quartisve diebus per aliquot vices; ac deinde semel in hebdomade hujusmodi deturbantia enemata repetamus. Quod nemo authorum hactenus notavit. Ideo minime dubitandum est *enema amarum* (16. 116.) singulis noviluniis injectum, & per aliquot menses repetitum, ascarides interempturum, exterminaturum, & funditus deleturum esse. *Enema amarum.*

Art. 90. In genere *amara* fere omnia sunt *vermifuga*. Privatim pulv. *cort. aurant. mercurialia, Æthiop. min. mercur. dulc.* &c. *muscus corallin. ens Veneris, semen sanctonici* in vino clareto est anthelminthicum insigne. *Floyer.* N.B. „Probe notandum est, quod nullum „tam peregrinum sit symptoma, tamque Δαιμωνιακὸν, „quod vermes excitare non possint. Horrenda quidem „symptomata quandoque a vermibus exoriuntur, ut non „raro ex incantatione produci vulgo credantur. Periti „medici multa adstantium admiratione cacodæmona „non raro ejiciunt. *Remedia vermifuga varia.* *Nota bene.*

CAPUT VII.

SIVE FASCICULUS MORBORUM SEPTIMUS.

DIABETES.

LISTER.

Art. 1. Diuturna est hujus morbi creatio, & longo tempore parturitur. In principio os humore privatur, saliva albida est ac spumans, paulo plus lotii, *Diabetis historia.*

Digitized by Google

lotii, quam moris erat, effunditur; sitis adest, sed nondum vehemens, calefactio parva quidem, sed mordax, viscеribus inhærens exoritur; habitus corporis gracilis evadit, & homo anxius & animo dubius existit; progressu temporis sitis insigniter augetur, & velox est carnium & membrorum in urinam colliquatio; neque enim cum intermissione lotium reddit, sed, perinde atque canales laxati sunt, indesinens est profusio; sitis intolerabilis est, potus copiosus, multitudini tamen lotii non respondens; si parvum tempus a mejendo abstinuerit, intumescunt lumbi, testes & ilia, postremo cum dolore meit & festina mors adventura est. Urinæ quidem gustus lenis, & minime, quantum memini, dulcis; paulatim tamen dulcescere in confesso est, quod primum aquosior seri pars effunditur, & postea ipsa seri pars chylosior: huic autem rei fidem facit, nempe *phthisicorum* plurimorum ultimis mensibus insignis sputi dulcedo, ad nauseam usque molesta (lac etiam muliebre, a chylo parvulum discrepans, dulcescit).

Curatio. *Art.* 2. Conveniunt *amygdalata* & *lacticinia*. „Affert exemplum cujusdam ex hoc affectu suo consilio „curati bibendo *vinum* cum *zinzibere* coctum quantum „& quoties pro viribus potuit, concesso interim hausstulo *ex aq. lactis* ad sitim leniter temperandam.

ETTMULLER.

Morbi descriptio. *Art.* 3. Diabete urina quantitate nimis copiosa excernitur, cum siti intensa, debilitate virium, macie, febre continua lenta, ardore circa regionem lumbarem, verbo symptomatis *hecticæ confirmatæ*; interdum cum urina pingue aliquid excernitur, & tandem ut plurimum mors subsequi solet. Sed hæc est *diabetes notha*.

Diabetes vera. *Art.* 4. Diabetes *vera* est immutata ingestorum potulentorum per urinam excretio, *cœliacæ* & *lienteriæ* similis. In hac specie potulenta redduntur parum mutata quoad colorem, odorem, saporem, &c. sic vinum rubrum mingitur, &c. Exempla hujus sunt cariora.

Art. 5.

Digitized by Google

Art. 5. Eſt & *alia ſpecies* Diabetis, quæ *cœliaca urinalis* appellari poteſt, nempe quando *chylus* cum urina aut loco urinæ prodit. *Alia ſpecies.*

Art. 6. Urina vulgo diabete laborantium admodum dulceſcit; eſt periculoſum malum, & ſæpe lethale; poſt immodicum laborem, nimiam venerem, chronicas febres, plerumque incurabile, „ut etiam quando a prava „& diuturna conſuetudine liquorum ſpirituoſorum in„gurgitationis originem duxerit. *Prognoſis.*

Art. 7. Quoad curam temperanda eſt ſanguinis acrimonia; in plurimis convenit cum cura *febris hecticæ*; inchoanda eſt cura cum *vomitorio*, deinde exhiberi poteſt *antihectic. Poterii*, *lapis hæmatit. ſacchar. ſaturn. croc. mart. aluminata*, *trochiſc. de carabe*, *terr. ſigillat. quietam* hor. ſomni, præ reliquis *aq. calc. lac chalybeatum*, *emulſiones*, &c. Ad Diabeten *veram aſtringentia*, *martialia*, privatim decoctum *cort. aurant.* *Curatio.*

WILLIS.

Art. 8. Diabetes apud antiquos fuit morbus rariſſimus, at nunc dierum magis familiaris; habet ſitim continuam, atque febrem lentam & quaſi hecticam ſemper conjunctam. Novi quendam vino rhenano pro potu ordinario per viginti dies uſum diabeten incurabilem contraxiſſe. *Morbus apud antiquos rariſſimus.*

Art. 9. Pauci aut nulli ab *aſtringentibus* curantur. Sæpius in hoc morbo *tincturam antimonii* cum bono ſucceſſu præſcripſi, atque *aq. ſolutionis calcis viv. cum ſaſſafr. ſem. aniſi*, *paſſulis*, *liquirit.* &c. Ego D. *Michelthwait* & *Witherly* pro quodam comite ſic præſcripſimus: *Curatio.*

℞ *Summit. Arboris Cupreſſi.* M. viij.
Alb. Ovor. ℔ij.
Cinnam. ℥ß.
Lact. ℔viij.
Diſtillentur f. A.

Bibat æger ℥vj. ter in die.

℞ *Gum.*

Digitized by Google

℞ *Gum. Arabic.*
—— *Tragacanth. ana* ʒvj.
Sacchar. Penid. ʒj.
M. F. Pulvis. dos. ʒj. vel ʒß.

Bis in die cum *aqua distillat.*

Hauſtum *paregoricum* omni nocte. Diætam fere tantum ex *lacte.* Horum uſu in dies melius habuit, & intra menſem ſanatus eſt.

Diabetes & ſalivatio.

„Fœmina quinquagenaria plenioris temperamenti „*Diabete & ſalivatione*, nunc hac, nunc illa, utroque „morbo alternatim invadente, tamdiu laborabat, donec „vires fere exhauſtæ fuerunt. Infuſum Rhabarbari in „vino Canarienſi quotidie capiendum juſſi, & poſt pau„cos dies doſis decoct. catechu compoſit. *Fulleri*, omni „nocte propinata fuit, & pro potu ordinario *vinum* „*Florentinum cum aqua Briſtolienſi dilutum* potavit, at„que ita duobus vel tribus ſeptimanis ab utroque malo „penitus liberata eſt, & plures annos incolumis vixit.

SYDENHAM.

Morbus adumbratur.

Art. 10. Succi ſanguini illati per vias urinarias crudi & incocti exitum ſibi quærunt, unde ſenſim labefactantur vires, colliqueſcit corpus & quaſi ſubſtantia ejus per hanc cloacam exinanitur, cum ſiti, ardore viſcerum, lumborum coxarumque intumeſcentia, & ſalivæ ſpumoſæ exſpuitione crebra.

Curatio.

Art. 11. Eadem præſcribenda ſunt, quæ in *fluore albo*, omiſſis ſolummodo *venæ ſectione & catharſi:* nam utrobique *indicationes curativæ* ſunt eædem, quantumcunque inter ſe hi duo morbi diſſidere videantur.

HARRIS.

Art. 12. Cogitationi clariſſimi authoris ſubiit *diarrhœam* eſſe quaſi *diabeten alvi*, & *diabeten renum diarrhœam;* ideoque feliči cum ſucceſſu pro diabete laborant

Digitized by Google

ranti hunc in modum præscripsit. ℞ *Rhei elect.* ʒß. *santal. alb. citr. ana* ʒj. *cardamom. minor.* ʒß. infunde lento igne vase clauso in *vin. canarin.* ℔j. sumpsit æger hujus vini colati coch. vj. hor. sexta matutin. atque tantundem repetebat hora decima ante merid. ab illo meridie usque ad decimam vespertinam diabetes penitus sistebatur, sitis desiit, &c. [sed hujus rei hoc unicum habet exemplum].

FARRAGO.

Art. 13. Rara est mentio hujus morbi apud veteres scriptores; *Græcis* fere incognitus fuit; *Galenus* profitetur se bis tantummodo ipsum vidisse. *De locis affectis* lib. vi. cap. 3. *Græcis incognita fuit.*

Art. 14. Præter jam dicta interdum ad curam aliquid faciunt remedia sequentia, *decoct. catechu compositi. decoct. incrassans, ichthyocolla, gelatina C. C. oriza, tinctura coralli, trochisci Gordonii*, & præ omnibus juxta praxim modernam *aquæ calidæ Bristolienses.* *Remedia varia.*

Sequens decoctum cum maximo fructu propinari potest:

℞ *Cort. Peruv.* ʒj.
Tinctur. Rosar. ℥iß.
Coq. ad ℔j. *lento igne.*
Colatur. add. Vin. rub. auster. ℥ß.
Syr. Cydon. ʒij.
M. dos. ʒiij. *bis vel ter in die.*

NEPHRITIS.

SYDENHAM.

Art. 15. Adsunt dolor fixus in lumborum regione, urina cruenta, arenularum aut calculi excretio, stupor cruris e directo renis laborantis, testis retractio ejus lateris, in quo est dolor, nausea & vomitus. Dolor colicus nephritico haud absimilis; licet in quibusdam sympto- *Signa Nephritidis.*

Digitized by Google

ſymptomatibus plane diſcrepet, quæ recenſita in capite *de Colica Biliosa* videas.

Curatio Nephritidis. *Art. 16.* Si æger temperamento ſanguineo fuerit, mittatur ſanguis e brachio affecto reni reſpondenti, ad ℥x. dein *liquoris Poſſetici*, cui *Rad. Althææ* ℥ij. *incocta fuerint Cong. 1.* quam citiſſime deglutiatur, & Enema ſequens injiciatur.

℞ *Rad. Althææ*
—— *Lilior. ana* ℥j.
Fol. Malvæ
—— *Parietariæ*
—— *Brancæ Urſinæ*
Flor. Chamæmel. ana M. j.
Sem. Lini
—— *Fænugræci. ana* ℥ß.
Coq. in ſ. q. Aq. ad ℔jß.
M. F. Enema.

Rejectis Vomitorio & Enemate, *Laudan. Liquid. ſatis magna doſis* propinetur, ſcilicet *ad gutt.* xxv. vel *Pil. Matth.* gr. xv. vel xvi. In ſenibus vero, & morbo diuturno fractis, ut & vetulis Vaporibus obnoxiis (præcipue ſi ſub initium Paroxysmi urinam eæ reddant nigram & fabuloſam) venæ ſectio omittatur; at quoad reliqua, eadem, quæ dicta eſt, via omnino procedendum.

BOERHAAVE.

Inflammatio renum. *Art. 17.* Certum eſt renes vera inflammatione tentari ex dolore ardente, pungente, magno, ex febre acuta, continua comitante, ex urina pauca, admodum rubra, & flammea, vel in ſummo malo aquoſa; ſtupore cruris vicini; dolore inguinis, teſtisque vicini, dolore iliaco; vomitu bilis; ructu aſſiduo.

Cauſæ. *Art. 18.* Hanc inflammationem producere poſſunt omnes cauſæ generales inflammationem parientes, privatim quicquid urinæ tranſcolationem & tranſitum in meatibus urinariis impedit. Si ſumma inflammatio hæc vaſcula

Digitized by Google

vascula occupat, ita sæpe stringuntur, ut nihil reddatur lotii; aliquando ut valde parvum, tenue, aquosum, quod pessimum. Infinitæ sunt nephritidis species, causæque; & inter eas una a calculo; omnium tamen est ferme eadem curatio.

Art. 19. Sanatur per remedia generalia omni inflammationi sanandæ propria, videlicet *venæ sectionem, avulsionem, dilutionem*, per *decocta lenia, emollientia, antiphlogistica* magna copia ingesta, per *clysmata, fomenta, balnea* ex iisdem constantia, *victu humido, leni, quiete*, vitatione *lecti calidi*, & *decubitus* in dorso. Si nimia symptomata doloris, vel convulsionis urgent, *opiata* prosunt; vomitum autem nimium sæpe ingestu tepidæ mellitæ juvare prodest. Atque hac sola methodo tuto curatur ipsa *nephritis* a calculo renibus, ureteribusque impacto orta. *Curatio.*

Art. 20. Si causæ nephritidis magnæ, nec malum resolvitur, nec sanatur, sed excurrit ultra septimum diem, *abscessus* metuendus, quem fieri docet, remissio doloris, ejus in pulsationem mutatio, horror sæpe recurrens, gravitas stuporque partis; jam factum esse docet prægressus priorum, tum pulsus, ardor, tensio in loco, urina purulenta, fœtida, instar urinæ salsæ putrefactæ: simulac abscessus ille factus scitur, utendum valde *maturantibus* primo & *emollientibus*, dein purulenta apparente urina, *diureticis puris ex aquis medicatis, sero lactis, similibusque, usurpatis simul balsamicis.* *Abscessus.*

Art. 21. Si vero suppuratio dicta diu durat, totus in exesus saccum format, nulli usui servientem: tumque frequenter *tabes renalis* insequitur. Si scirrhum hic format, paralysis vel *claudicatio* cruris suppositi oritur, immedicabile malum: unde sæpe lenta tabes, hydrops, &c. Si autem parva copia materiæ inflammatæ coagulata in folliculo urinæ minimo hæserit, basin formet, cui apposita sabuli in urina materies crustatim accrescens calculum renalem increet, sicque eundem *Effectus suppurationis & prognosis.*

Digitized by Google

augeat, de quo alibi. Quin etiam aliquando in gangrænam tranſit, quod docet vehementia cauſæ & ſymptomatum, & ſubita doloris remiſſio ſine cauſa, cum ſudore frigido, pulſu debili intermittente, ſingultu, urina vel nulla, vel livida, nigra, capilloſa, fœtente, carunculis fuſcis, nigrisve fœda, defectu virium ſubito, ubi nihil juvat, immo nec ipſa medicina.

SYDENHAM.

Ulcus veſicæ. *Art.* 22. Pus graveolens, aut ſanguis nonnunquam ſquamulæ ſeu pelliculæ membranaceæ ac veluti furfuraceæ cruſtulæ (ſin in renibus hæreat ulcus, carunculæ minutulæ, aliquando craſſiores) una cum urina excernuntur, perpetua dyſuria & continuus earum partium dolor infeſtant; renibus autem affectis ulcere, dilucida dyſuriæ & doloris dantur intervalla pus etiam excretum copioſius eſt, album, leve & minime fœtidum, lacti ſimilis profunditur urina: & longe poſt mictionem pus ab eo ſeparatum in fundo reſidet.

Curatio. *Art.* 23.

℞ *Rad. Fœniculi.*
—— *Conſolid.*
—— *Ariſtoloch.*
—— *Caryophil. ana* ℥iij.
Fol. Agrimoniæ.
—— *Hyperic.*
—— *Saniculæ.*
—— *Plantag. ana* M. vj.

Minutim incidantur & diſtillentur in vino albo & lact. ana ℔iv. *& eliciantur ſolummodo* ℔iv. *pro uſu.*

℞ *Rad. Conſolid. Maj.*
Gum. Arabic. ana ℥j.
Sacchar. Penid. ℥ij.
M. F. Pulvis.
Capiat æger cochleare unum bis in die.

ETTMULLER.

Digitized by Google

ETTMULLER.

Art. 24. Renum inflammatio & exulceratio, *nephritis* quandoque dicitur. Signa ſunt ardor urinæ, ſtranguria, urinæ interdum ſuppreſſio, corporis inflexibilitas, febris, ſtupor cruris, vomitus biliosus, alvi ſuppreſſio, &c. ut rite diſtinguatur a *calculo*, obſervandum eſt, quod hic ſemper adeſt febris continua; in calculo non ita; dolor etiam eſt magis continuus & pulſatilis; in calculo interpolatus & periodicus: iſchuria in hac, raro in calculo. „In inflammatione renum urina in „principio valde rubeſcit, morbo autem ad ſummum „provecto aquoſa & limpida evadit; in affectu calculoſo *contrarium prorſus accidit.* *Signa inflammationis renum, & quomodo differt a calculo.*

Art. 25. Quoad curam cum reliquis inflammationibus convenit; cum externis ſecundum curam *anginæ* procedendum eſt, cum internis ſecundum *pleuritidis*; *hirudines* venis hæmorrhoidalibus applicatæ proſunt. *Diuretica* in principio ſunt nociva, conducunt *nitrata*, *ſaturninæ*, *papaverina*, ſuccus *cancrorum fluviatilium*, & externe *camphora.* *Curatio.*

Art. 26. Suppuratio aliquando expectanda eſt, rupto abſceſſu mictus fit purulentus, hinc *ulcus renum*, dolor mordicans & rodens in lumbis ſentitur a ſero acri, quod in tranſitu irritat, & rodit cum caloris ſenſu; periculoſum eſt malum, & ſæpius lethale. *Suppuratio, inde ulcus renum.*

Art. 27. Quoad curam *mundificantia* & hinc *conſolidantia* utramque faciunt paginam, *vomitus* a pluribus laudatur, *mercurius dulcis* cum *terebinthina* & *balſamicis*; præmiſſis *mundificantibus* decoctum *hederæ terreſtris*, & *e lignis*, ſuccus *cancrorum fluviatilium*, *trochiſci alkekengi* [*trochiſci Gordonii*, *lac aſininum*] *acidulæ*, *aq. ſpadan.* &c. *Ejusdem curatio.*

Art. 28. In inflammatione & exulceratione *veſicæ* pathemata ſunt tenſio, durities, ardor, tumor, ac dolor in regione pubis, febris plus minus acuta; ægri ut plurimum moriuntur quarto vel ſeptimo die, vel ſequitur *Inflammatio & exulceratio veſicæ.*

Digitized by Google

ulcus curatu difficillimum; interne quoad curam cum aliis inflammationibus internis convenit; externe danda est opera, ut inflammatio *discutiatur*, aliter expectanda est *exulceratio*.

Ulceris vesicæ signa.

Art. 29. In ulcere *vesicæ* adest dolor gravis in pectine & pube, quoties ægri mingunt, urinæ difficultas accidit, sæpius & tenesmus, & membri virilis erectio. Si in pene vitium sit, inter meiendum dolor percipitur, quod in *vesicæ ulceribus* non accidit, nisi juxta ejus collum ulcus consistat. Malum ut plurimum est incurabile. Quomodo distinguuntur ulcera renum & vesicæ? „Inter renum & vesicæ ulcera sic distinguitur (inquit „*Lommius*) *renibus exulceratis* non æque difficulter „urina redditur, & quod ex his deteritur, rubet, seu „tenues trahuntur carunculæ, seu filamenta capillis „lia, minor etiam incidit dolor, sæpiusque cruor „permistus. At vero *exulcerata vesica*, maior est „tum cupiditas tum difficultas, quicquid decedit, „est; dolores magis urgent, minus sanguinis excer „si meatus urinarius sive *urethra exulceretur*, „subcrassa est, particeps modici cruoris, vel certe „*Ulcera renum* promptius quam *vesicæ* sanescunt.

Curatio.

Art. 30. Eædem sunt indicationes curativæ ulcere renum, *trochisci Gordonii* specifice lau *thermæ*. Pro injectione convenit *aq. calcis cum s alb. rhasis* [*sacchar. saturni*].

RIVERIUS.

Causæ & signa, &c.

Art. 31. Ulcus renum vel vesicæ a tribus ex causis, abscessu rupto post inflammationem, hu acrimonia, (qualis est ea, quæ mictum cruentum aut a calculo aspero dictas partes erodente; p hæc frequentior est, ac fere ordinaria. Mic lenta est signum diagnosticon. In ulcere ve illius cervicis perpetua adest dysuria & continu partem istam infestans, in ulcere renum non i curantur in junioribus, in senibus nunquam.

Digitized by Google

Art. 32. Purgantia debent esse *leniora*, ut *cassia*, *rhabarbarum*, &c. *mercurius* eximiam habet vim omnia ulcera interna & externa *mundificandi* & *consolidandi*, ut etiam *terebinthina* cum pulv. *liquiritiæ* exhibit. ad ʒß. Post debitas *evacuationes* & *revulsiones* ad *detergentia* progrediendum est, inter illa *serum lactis*, *hydromel tenue*, *lac asininum*, &c. post horum usum, ubi ulcus satis mundificatum fuerit (quod cognoscitur, quando pus minore quantitate excernitur, idque album, æquale ac minime fœtidum) *glutinantia* & *consolidantia* exhibenda sunt, inter quæ *trochisci Gordonii* instar omnium habentur, qui dolorem leniunt & ardorem urinæ contemperant, dos. ʒij. vel iij. in hydromelite, vel dec. hord. præ cæteris *lac vaccinum* cum *bol. armen.* ʒß. mane sumtum singulis matutinis testatur *Foresius* maxime conferre ad ulcus expurgandum & consolidandum; *lac ovillum* recens mulctum frequenter injectum præstantissimum est *anodynum*, in quo si *trochisci Gordonii* dissolvantur, omnes scopi tum doloris sedandi tum ulceris curandi adimpleri possunt. Curatio.

FARRAGO.

Art. 33. Renum affectiones (inquit *Hippocrates*) pessimas vidi sanatas supra quinquagesimum annum. Si quis sanguinem & pus mingat, & squamas; & odor gravis urinæ, vesicæ exulcerationem significat. *Hippocr. aphorism.* Prognostica.

Art. 34. Rhabarbarum in parva dosi & diu exhibitum est remedium singulare ad ulcera renum & vesicæ curanda. *Hamilton.* Nescio an virtutes *Pareiræ Bravæ* e. *radicis vitis sylvestris Brasilienſium* satis tentatæ fuerunt, necne; de qua M. *Geoffroy* hæc habet; exhibui felici cum successu hanc radicem *Ulceribus Renum*, *Vesicæ laborantibus*, quorum urinæ tanto pure refertæ sunt, ut meiendi impedimento fuerit; ex usu hujus medii statim urinam libere reddebant pure propemodum immunem, & progressu temporis adhibito paulo balsam. Remedium singulare. Pareira Brava.

balsam. Capiv. ad ulcera detergenda, ex his deploratissimis affectibus omnino sani evaserunt. In dolore etiam *colico & nephritico* mira præstat. Dosis in substantia a gr. xij. ad xviij. in decoct. ad ℈ij. Hist. de l'Acad. Vol. xiv. p. 75. De virtutibus etiam hujus radicis vid. *Transact. Philos.* N°. 365. Ex propria experientia D. *Cheyne* in tractatu suo de Arthritide pag. 50. testatur *Æthiopem* mineralem larga dosi bis in die sumptum, diuque continuatum *remedium esse certum* ad ulcus Vesicæ curandum.

Æthiops mineral.

Prognosis.

Art. 35. Ulcus *vesicæ*, quod a calculo fit, non curatur, nisi prius extrahatur calculus. Ulcera *vesicæ* sunt fere semper incurabilia; ulcera *renum* non sunt adeo periculosa.

Remedia varia.

Art. 36. Remedia sequentia quandoque suo loco utilia; *aqua calcis, decoctum balsamicum, decoctum incrassans, enema terebinth. mistura balsamica nephritica, tinctura antiphthisica, tinctura cantharidum.*

CALCULUS RENUM ET VESICÆ.

Calculi definitio.

„Calculus definiri potest corpus durum ex materia „lenta aut terrestri, vi insita lapidescente, concretione „generatum, loco, quo detinetur, dolorem obstructio„nem aliaque symptomata ut plurimum pariens.

GREENFIELD.

Calculi renum signa diagnostica.

Art. 37. Signa præcipua diagnostica *calculi renum* sunt quæ sequuntur, 1. in regione lumborum dolor fixus, continuus, gravativus, instar ponderis in renis substantia cum sensu obtuso; lapillo vero e pelvi in ureterem exeunte incipit dolor dilacerans, & omnium acerbissimus. 2. Inflexibilitas spinæ dorsalis extensione & compressione nervorum. 3. Lumborum ardor. 4. Stupor cruris ejusdem lateris ex pathemate nervorum. 5. Retractio testiculi ex eadem causa. 6. Urina vel cruenta

Digitized by Google

cruenta vel tenuis & limpida & pauca quantitate; at vero poſt calculi in veſicam delapſum urina ſtatim redditur admodum craſſa, turbida, ſubnigra, & copioſa.

Art. 38. „Ut accurate diſtinguatur hic morbus a *colica* vid. (6. 52.) *Differentia a colica.*

Art. 39. Signa diagnoſtica calculi in *veſica* ſunt ſenſus gravitatis in perinæo & regione inguinali, perpetuum meiendi deſiderium inſequente dolore atroci, præcipue in penis ſummitate cum egerendi conatu moleſtiſſimo & frequentiſſimo, unde prolapſus ani; ſed omnium certiſſime tactu deprehenditur cum digito in ano vel cathetere, de quibus conſulatur auctor. *Calculi veſicæ ſigna diagnoſtica.*

Art. 40. Interdum in *veſica* inveniuntur *excreſcentiæ carnoſæ, ſcirrhoſæ* vel *fungoſæ* calculi ſymptomata ad amuſſim mentientes, exempla duo aut tria adducuntur, [ejusmodi ſcirrhum bis in cadaveribus vidimus, inquit *Baglivus.*] *Excreſcentiæ carnoſæ calculum mentientes.*

„Ex teſtimonio *Lithotomorum* conſtat, Calculum in „Veſica ſemper eſſe *liberum*, parietibus ejusdem nun„quam adhærentem, neque membrana unquam invo„lutum, prout a quibusdam falſo perhibetur, *Vid. Li„thot. Douglaſ.* p. 6. Utcunque tamen veriſſimum „eſt Calculum quandoque inter deſcendendum a re„nibus inter tunicas ipſius Veſicæ in tranſitu hærere, „ibique hoſpitari, & in molem grandiorem accreſcere, „capſaque inter ipſas tunicas formata, tandem aliquan„do ulcus deploratiſſimum ibidem creare. *Vid. Hiſt. „de l' Acad. Sci. Vol. VI.* p. 29. & *Memoir.* p. 34.

Art. 41. Calculus grandior in rene una cum ejusdem ulcere eſt caſus deſperatus; aliquando vero natura, dictu mirabile, ultra ſpem omnem abſceſſum efficiens per ipſos ſpinales muſculos viam patefecit ad calculum ejiciendum, & tandem ulcus conſolidatum fuit. *Calculus grandis in rene.*

„Atque hinc quaſi charta provocatoria, natura monſtrante viam, ad aliquid tentandum ars noſtra laceſſi„tur. Audax omnia perpeti gens humana. Operatio-

Digitized by Google

„nem *Lithotomiæ* Veſicalis omni ævo chirurgi exercita„runt; ſed *de Lithotomia Renali*, quod ſcio nusquam „omnino audivimus ante *celebrem Dominicum Marchet„ti Patavienſem*, qui e rene *Conſulis Hobſon* calculum „ſectione eduxit, ægrumque ad integram ſanitatem re„ſtituit. *Tranſact. Philoſoph.* N°. 223. Unam adhuc „aliam *Nephrotomiæ* inſtantiam pari ſucceſſu ex hiſto„ria Gallicana affert D. *Freind* Hiſt. Med. Vol. 2. p. 185. „*Sed*, ut cum ſagaci D. *Rutty* loquamur (in eleganti „ſuo tractatu de *ductibus urinariis*) ex conſideratione „partium ſecandarum eſt ſaltem pura puta *poſſibilitas*, ut „hæc operatio feliciter ſuccedat, *probabilitas* vero vix „aut ne vix quidem.

Nullum lithontripticum.

Art. 42. „Quod ad *lithiaſin* attinet, *Galenus* ſcri„bit, nullum remedium ſuo tempore fuiſſe inventum „præſidii calculum veſicæ frangentis, ſed ſola chirurgia „ſeu inciſione curari poſſe. Idem alii recentiores, & „præſtantiſſimi medici libere fatentur. De *lithotomiæ* „operatione, item de extractione calculorum in ſexu „ſequiori videatur auctor, qui egregie ſcripſit, item „conſulantur *Celſus*, *Hildanus*, &c.

Plura tamen vulgo credita.

Art. 43. Sunt tamen remedia nonnulla plurimum decantata, *lithontriptica* appellata (quamvis in rerum natura talia non dari admodum probabile ſit) inter quæ nuper aliquando celebriora fuerunt *elixir Daffaanum*, nunc ſatis vulgatum, *pulvis Rogeri*, nihil aliud quam *teſtæ mytulorum calcinatæ*, *liquor* Tipping, (apud authorem, p. 234. deſcriptus;) cum his & aliis quam plurimis ejuſdem commatis *ſi mundus vult decipi, decipiatur:* interim nulla eſt de ſpecificis *lithontripticis* hactenus vera fides.

Curatio.

Art. 44. Homo ſexaginta annos natus ſolo uſu *ol. amygdal. dulc.* cum gt. aliquot *balſ. peruv.* intra dies decem 65. calculos excrevit; mihi in frequenti uſu eſt *enema emolliens* (16. 119.) & *fotus* (16. 141.) Quando *diuretica* indicantur *pulvis noſter* (16. 232.) cum *apozemate* (16. 5.)

Digitized by Google

(16. 5.) vel cum *ſero lactis* vel *vin. alb. vel rhenan.* exhibitus multum valet. Ex obſervatione liquet, *diuretica* multo melius operari cum illis, qui ſeipſos aëri frigido exponunt, & leviter ſe exercent.

Art. 45. Inter *lithontriptica* dicta *virga aurea* multum laudatur a *Matthiolo*, *Dodonæo*, &c. item *tinctura pil. Matth. pulv. milleped. lignum nephriticum*, *ſanguis hirci*, *ſp. nitri* &c. hæc ſunt remedia in ſuo genere valde proficua, ſed ſi quis exiſtimet, illa re vera eſſe *calculum frangentia*, ſciat illa eſſe mere nugamenta, & res nullius pretii. *Lithontriptica alia decantata.*

„Deſperandum non eſt (*inquit Boerhaave*) de inve„niendo *aliquo menſtruo* contra calculum veſicæ, quod „tamen tam blandum & molle ſit, ut non lædat veſi„cam, & ſolvat tamen calculum in veſica. Habui „menſtruum, quod ſolvebat omnia ſaxa duriſſima in „manu, manu interim illæſa; conficitur autem hoc „*ex pane Secaliño.* Sic illud menſtruum quod diſtil„latur *ex ovo*, nullum in oculo dolorem facit, & tamen „diſſolvit myrrham, quæ per magnum & validum ignem „diſſolvi nequit; ideo procul dubio tale quid per indu„ſtriam humanam inveniri poteſt contra calculum.

LISTER.

Art. 46. Calculi inveniuntur ſub lingua; in ductibus pituitariis, in cerebro, in hepate, in pulmone, in veſiculis ſeminalibus, in utero, in ventriculo, in inteſtinis, in articulis, tum manuum tum pedum, at multo frequentius in renibus & veſica. Calculus eſt quid vere lapideum a ſale lapideque calcario, & interdum a ferro, metallo humoribusque, quibuslibet corporis concretum. Calculi materiam ab eſculentis & potulentis, quæ hujusmodi ſalibus lapideisque particulis abundant, provenire conſtat: ſi corpus bene ſe habeat, foras ejiciuntur, neque in renibus aut veſica retinentur; ſi renes imbecilli fuerint & veſica labefacte- *Calculi in omnibus fere corporis partibus.* *Cauſæ.*

Digitized by Google

tur, in lapidem coire apta ſunt. Profecto robur inæquale partium eſt calculorum præcipua ratio; ita renum alter calculos parit, altero ſano. Niſi vitientur tonus & vigor renis expulſivus, calculi vix naſcuntur, nec ſupra modum arenularum concreſcit materia lapidea.

Curatio difficilis.

Art. 47. Calculus *hæreditarius* eſt incurabilis: facilius eſt enim uterum a pariendo prohibere, quam calculoſos renes calculis vacuare. *Trochiſci alkekengi* ſomnum conciliant & calculum pellunt. Doſ. 3j.

„Fœminæ rarius quam maſculi Veſicæ Calculo la„borant propter *viæ patentiam ac brevitatem.* Calculi „Veſicæ dolores licet intolerabiles, in longum tamen „trahunt, per multos ſcilicet annos, fractis demum „viribus, & Veſica magnitudine & aſperitate lapidis at„trita, mors ſequitur, in urinæ facta ſuppreſſione ma„turius tollantur ægrotantes.

E T T M U L L E R.

Art. 48. Calculus in ſe non eſt morbus, ſed productum morboſum; morbus proprie dicitur *lithiaſis*, quæ eſt diſpoſitio renum vel veſicæ ad calculum gene-

Calculorum diverſitas.

randum. Triplex ut plurimum eſt diverſitas calculorum, alborum, rubrorum, vel flavorum, qui ultimi ſunt frequentiores. Calculi inſigniores interdum in renibus latent quieti ſine ullo præternaturali ſymptomate; cum vero in motu ſint, varia & gravia ſymptomata producunt, & paroxyſmum *nephriticum* faciunt.

Morbi hiſtoria.

Art. 49. In principio motus oritur dolor acutus, modo intenſior, modo remiſſior in regine lumbari, minus tamen pungens, dolor eſt gravativus & obtuſus: ubi vero calculus movetur ex pelvi in ureteres, tunc dolor lancinans, pungens, & tenſivus excitatur, nec ante ceſſans, quam calculus ad *veſicam* deſcenderit, aut in *renem* remeaverit. Sub paroxysmo ingruente urinæ ſunt paucæ, aquoſæ, acres tamen & ſtimulantes. In paroxysmo ægri non poſſunt ſe erigere, nec corpus incur-

Digitized by Google

incurvare, ſtupor adeſt cruris frequenter in primo paroxysmo, ſed non ita in aſſuetis & hoc morbo fractis, teſticulus etiam aliquando alter ſurſum doloroſe ſpasmo retrahitur, interdum adeſt tenesmus, & præterea nauſea & vomitus, & non raro difficilis reſpiratio, quaſi cingulo conſtringuntur coſtæ inferiores, item tormina, colica acerbiſſima ſpasmodica ex conſenſu nervorum. Omnia hæc ſymptomata in omnibus promiſcue haud reperiuntur.

Art. 50. Quoad curam *diuretica* imprimis fortiora in principio fugiantur, dum urgent dolores & ſpasmi, quoniam malum exaſperant, *mitiora* ſunt exhibenda cum *opiatis*, ut & *alvum laxantia* & *emulſiones*, *clyſteres emollientes* aut cum *terebinthina*, minori quantitate injiciendi, & diu retinendi; *balnea* uſurpari poſſunt & *inunctiones emollientes* ex *ol. cham. ſcorpion. junip. petrol. camphor. ſem. hyoſcyam. opio*, *unguent. dialth. nervin.* &c. Decoctum *florum cham.* ſingulariter excellit in paroxismo *nephritico*, item *ſal volat. ſuccin. perſicaria* & *ſemen dauci lithontriptica* audiunt, item *millepedes*, & *fimus columbinus* bene præparatus, &, quod præſtat, *ſal ejus volatile*. *Curatio.*

Art. 51. Ineſt plerumque *nucleus lapideus* in calculo veſicæ; qui in initio ex renibus deſcendit, & exinde augmentum lamellatim acquirens. Sentiunt imprimis ægri obſtaculum, quod ſe opponit meatui urinario inter meiendum, ita ut interdum urina in medio ſui curſu ſupprimatur, unde aſſiduum meiendi deſiderium, ſumma difficultas, & urinæ ſtillicidium, anus quoque in conſenſum trahitur, & teneſmo affligitur, quod eſt unum ex potiſſimis ſignis, obtuſus eſt dolor in veſicæ collo, & ſi grandior ſit calculus pondus in perinæo, dolor & pruritus in glande penis, & frequens erectio. Calculus aliquando *veſicæ adnaſcitur*, & tanquam in *capſula* continetur, quo in caſu difficilimus eſt cognitu. In malo diuturno materia mucilaginoſa, nec- *Calculi veſicæ hiſtoria & ſigna.*

Digitized by Google

necnon lutosa ac argillosa cum urina excernitur, quæ tanquam productum morbi agnoscenda est ex nutrimento læsæ vesicæ.

Curationis difficultas.

Art. 52. Cura eadem fere est, ac *calculi renum*; prodest *aq. vel decoctum persicariæ, betulæ, dauci*, &c. *urina hirci & tauri, millepedes in vino rhenan.* Longo usu mirabilia præstant; pro usu externo *petroleum scorpion.* &c. ut & enema sequens,

℞ *Ol. Lin.*
—— *Amygd. Dulc. ana* ℥iv.
—— *Scorpion.* ℥j.
—— *Tereb.* ℥ß.
M. F. Enema.

[Si calculus sit prægrandior curam non recipit nisi ex sectione.]

BAGLIVUS.

Signum pathognomonicum.

Art. 53. In calculo *vesicæ* adest dolor in glande penis, pruritus, & irritatio continua, quod inter pathognomonica ac certissima calculi vesicæ signa est.

Calculi in rene interdum diu sunt sine dolore.

„Sectione defunctorum plane constat, calculos interdum per longum tempus silere sine insigni dolore; immo quandoque per annos aliquot non est dolendum. Heurnius refert, se reperisse in uno renedefuncti calculos 80, & in altero 70, nihilominushomo dum vixit *dolores nephriticos acutiquam* sentibat. Antonius Pozzis de calculis occultis in renibus ait, se inveniisse in hominis alterutro rene calculumnon minus quam sex uncias pendentem *sine ullo tamen calculoso affectu.* Et in quotidiana praxi observavimus calculos ingenti mole excerni diutius in renibus primcommoratos, quam ad istud incrementum assurgerepotuissent; excretos tamen *nullo præeunte dolore* ac*cepto in exclusionis paroxysmo* vidimus.

Cura rationalis.

Art. 54. Existente calculo in renibus, motu, quemfacit descendendo per ureteres, irritas, crispatisque vici-

vicinarum partium fibris, fæcum & urinæ ſecretiones ſiſtuntur: tota igitur curatio dirigenda eſt ac impendenda in tollenda morboſa irritatione & criſpatura renum per *balnea*, *oleoſa*, *anodyna*, & *laxantia remedia*; nam ea ablata impeditæ tolluntur liquidorum ſecretiones. Quin immo ſæpe obſervavimus, quod ſi calculus poſt. x. vel xv. dies non deſcenderit ad veſicam, imprudenti *diureticorum* uſu & nimia remediorum præſcriptione, ut vulgo faciunt medici, aucta in dolente renum loco majori oſcillatione magis magisque figitur ibidem calculus, & multo difficilius educitur, quo in caſu, crede mihi lector, unicum remedium eſt *abſtinere a remediis*, nam ſola quiete calculus tandem profiliet.

DECKERS.

Art. 55. Nitrum pulveriſatum & calculo affuſum ignique moderato impoſitum ipſum conſumit, primo quidem in viſcidam mutat materiam, dein aquoſam; at proh dolor! ab externis ad interna non valet conſequentia; ſaltem expectationi non ſatisfacit *verus nitri ſpiritus*. In omnimoda urinæ ſuppreſſione *teſtæ ovorum calcinatæ* ad ℈ij. vel ℥j. aſſumptæ omnia reliqua medicamenta præcedunt. *Cochenil.* in *vino rhenano* ad ℈j. aſſumpt. eſt mite & ſuave medicamentum, ſed magnæ efficaciæ. Omnibus commendamus *ſpir. ſal. armoniaci* tanquam ſpecificum *cum vino rhenan. ſpiritus diuretico* ad præſervationem, ut & curationem ipſam. „Curationis ſcopus primarius eſt *dolorem leni-re*, alter *vias reddere patulas* tum urinæ tum fæcum.„ Optabilius eſt, ut *natura* expellat calculum, quam *medicus*.

Nitrum neque ſpiritus illius calculum frangit.

Alia remedia.

Nota bene.

FARRAGO.

Art. 56. Arenas multi mingunt, & tamen non ſunt calculoſi; quoniam illæ non coguntur in lapidem, niſi viſcido aliquo & crudo humore ſuperveniente, ad quod itidem & tempore opus eſt. *Hollerius.*

Arenula ſine calculo.

Sym-

Digitized by Google

Symptoma illud ſcorbuticum mendaci ſpecie calculum præ ſe ferens (de quo *Draviſius*) non ſolum ſcorbuticis, ſed hypochondriacis familiare eſt. Tartarus ſub ſpecie ſabuli rutilantis ut plurimum in urinæ ſubſidentia ſe prodit, quandoque in atomis adeo ſubtiliter diviſis, ut viſum fere effugiat, lateribus vero matulæ firmiter adhærere ſolet; tormina *nephritieis* æmula concitat, & his comitem ſe adjungit ſtranguria fere continua. Parum levaminis a calidioribus diureticis exſpectandum eſt; malum enim exaſperant. *Spiritus ſalis communis* ſtrenuum hic ſe præſtat averruncum, ut & *Spiritus Lumbricorum terreſtrium*, *eſſentia item nephritica e ligno nephritico cum Spiritu ſalis extracta.* (vid. cap. IX. Art. 56.)

Obſervatio D. Cyprianı.

Art. 57. D. *Cyprianus* lithotomus celeberrimus inter 1400, quibus operationem celebravit, *oinopolas* quam plures, ſed ne unum quidem *zythopolam* calculoſum invenit. *Cereviſiam blandam ac mitem*, & quo recentiorem eo meliorem, omnibus calculoſis in potum ordinarium commendavit. *Catherwood. Oleum ſem. Sinap. per expreſſionem.* (inquit *Boerhaave*) *ut maximum remedium commendatur in nephritide, & calculo veſicæ & renum.*

Virtus olei lini, &c.

Art. 58. Oleum *ſeminum lini* intus ſumptum per aliquot ſeptimanas calculos fere indolenter ejicit. *Hamilton.* [Multum etiam laudatur infuſum *ſeminum lini* more theæ diutius epotum.]

Aqua perſicariæ.

Art. 59. Aq. *perſicariæ* valde commendatur a D. *Boyle.* Julap. ſequens quandoque in praxi uſus ſum.

℞ *Aq. Perſicar.*
Vini Rhenani ana ℥vj.
Spirit. Carm. Sylv. ℥ij.
Teſt. Ovor. præparat. ℈ij.
Syr. de Althæa. ℥jß.
M.

Fotus

Digitized by Google

Fotus sive balneum tepidum, emolliens & laxans ad calculum ureteribus hærentem movendum & expediendum maximum adjumentum præstat; usum ejus suo calculo ipse *Hippocrates* comprobavit, lib. de Affect. intern. Sec. 15. Experientia enim evincitur a blando ac leni medicamento in *semicupio* sedenti exhibito plus auxilii provenire quam ex mille lithontripticis vana ostentatione propinatis. Vires supereminentes *Aquarum Bristolienſium* circa medium superioris seculi innotuisse ex memorabilibus D. *Maplet* M. D. literis *Decano Wellenſi* anno 1665. datis satis liquet. „Ad *Rupem Vincentianam* tibi confugiendum esse arbitror, „e qua prosiliunt aquæ renibus & vesicæ sive calculosis „sive exulceratis succurrere, nec non sanguinis mas„sam contemperare, & ab illa segregandam urinam „lenire & edulcorare aptæ natæ.„ *Aq. flor. Spin. alb.* in frequenti usu fuit apud D. *Radcliff*, unde forsan aqua Nephritica Pharm. Londinens. Vires hujusce remedii a multitudine insectorum verno tempore istos flores incolentium oriri videntur. *Semicupium.* *Aquæ Bristolienſis.*

Art. 60. Ad prophylaxin hujus affectus magna habenda est ratio ventriculi; quoniam ex illius cruditatibus materia generandis calculis suppeditatur: ideoque post debitas evacuationes remediis appropriatis roborandus est ventriculus; & frequenter potandæ sunt *aquæ minerales acidulæ ac ſulphureæ;* potus ordinarius sit vinum tenue cum decoct. *rad. eringii marini*, quod commendatur a *Cratone*. *Prophylaxis.*

Art. 61. Præter jam dicta, sunt & alia nonnulla remedia, quæ pro symptomatum horum affectuum diversitate saltem opem aliqualem ægris afferre possunt. *Aqua omnium florum, cerevisia de dauco, decoctum nephriticum, emulsio cum infus. vel decoct. fol. theæ facta, enema e quatuor oleis, enema terebinth. mistura balsamica nephritica, nitrum saturnisatum, pil. Matth. pil. testac. sp. juniperi, sp. nitr. dulcis, semicupium Hildani*, &c. *Remedia varia.*

ISCHU-

Digitized by Google

ISCHURIA RENALIS ET VESICALIS.

Ettmuller.

Ischuria quid.

Art. 62. Ischuria & urinæ suppressio totalis differunt saltem gradu; quandoque in ipso sanguine hæret causa, sed frequentius accidit ob renum vel vesicæ vitium; ob prius, quando nulla urina sit in vesica, nullus tumor circa regionem pubis, nulla gravitas perinæi, ubi immisso cathetere urina nulla extrahi possit.

Causæ & symptomata.

Causæ sunt vel calculi vel renum ἀτονίαι; symptomata sunt angustiæ præcordiorum & anxietates, aliquando sudor fœtidus & urinosus, torpor sensuum, vomitus, &c. Fere ad 10^mum vel 11^mum diem supprimi potest ante mortem, aliquando die 14to moriuntur, raro ad 20um vivunt; si tamen adsit sudor copiosus, interdum diutius supervivunt; quæ ab ἀτονίαι vel resolutione renum fit, fere semper lethalis evadit.

Curatio.

Art. 63. In hoc affectu laudantur succus *rad. raphan.* & succus *limonum* [*sp. cothlear.* vel *succ. ejusdem*] item succus *parietariæ* in antiquis parietibus nascentis, præ omnibus *sal succini*; si malum sit spasmodicum *cinnab. antimon. millepedes*, *cantharides* in substantia & tinctura, infusum *fimi equini* in vin. rhenan. egregium remedium, ut etiam *stercoris columbini*. Pro usu externo linimentum sequens, ℞ *Unguent. dialth. d. scorpion. ana* ℥ß. *petrol.* ℥ij. *tereb.* [*junip. ana*] gt. xxx. m. f. liniment. pro regione lumborum.

Ischuria vesicalis.

Art. 64. Ischuria *vesicalis* a vitio vesicæ provenit, & a variis causis pendet: ut plurimum die 11mo necat; pessimum est signum, quando nullum sentiant dolorem.

Curatio.

Art. 65. Si adsint causæ impedientes transitum urinæ, hæ sunt imprimis removendæ, si casus sit paralyticus, usurpanda sunt nervina interne, & externe, laudatur *oleum succini*, *clysteres terebinth.* Cataplasma ex *parietaria*, *cepis sub cineribus cocti.* & *ol. scorpion.* convenit

Digitized by Google

venit etiam *semicupium ex emollientibus & nervinis* exhibendo paulo ante inceſſum *blanda diuretica.* Immerſio ſubitanea pedum ægri in *aqua frigida* urinam provocat.

FULLER.

Art. 66. Suppreſſio urinæ totalis, quæ fit, non a renibus, ductibusve urinariis lapide, ſabulo, mucove obſtructis: ſed a ſanguine ipſo confuſo, nimis ſtricto, & adeo ſerato, ut laticem aquoſum intimius permixtum e ſinu ſuo ægre dimittat: cujusmodi caſus retulerunt *Riverius*, *Williſius*, *Sylvius* atque inter medicinam faciendam ipſemet etiam aliquoties obſervavi: exindeque eum agnovi, quod nullus dolor vel lumborum vel pubis præceſſerat; & veſica (teſte catetere) urinæ omnino vacua fuiſſet: hæcce inquam notabilis & (niſi tempeſtive & rite tractetur) lethalis urinæ ſuppreſſio curatur (D. *Baynard* monſtrante viam) per *ſpiritum vitrioli nitrium* in vehiculo idoneo liberaliter propinatum: atque eo certius, ut opinor, ſi *venæ ſectio* præmittatur. Hujuſce inſtantias apud *Philoſ. Tranſact.* N°. 215. lectu & obſervatu digniſſimas videre licet. „Sæpius in praxi experimur (inquit *Waldſchmidius*), „quod ſenes *urinæ ſuppreſſione* corripiantur, quandoque cum alio graviori morbo, quandoque ſine eo, & talis urinæ ſuppreſſio plerumque ſolet eſſe lethalis; „oritur enim a deficiente ſecretione tum ſpirituum in „cerebro, tum fermentorum in viſceribus, ut & ſeri „in renibus, ut recte totalem viſcerum obſtructionem „& lymphæ coagulationem hic accuſemus: ſi enim eſſet a calculo, tum dolor lumborum adeſſet, & reliqua calculi ſymptomata.

Iſchuria ex ſanguinis dyſcraſia.

Ejusdem curatio.

Senes huic morbo ſunt proclives.

FARRAGO.

Art. 67. Nullus hoc morbo laborans ſupervixit diem xvij. uti hoc in mea praxi obſervavi. *Greenfield.*

Diem xvij. *non ſupervivunt.*

Digitized by Google

Remedium singulare. *Art. 68.* In ancipiti casu & moribundo ex *ischuria* plurimum dierum, aliis medicis dimissis, hominem sic restitui,

℞ *Succ. Limon: recens express.* ℥vj.
—— *Cochlear. hortens.* ℥iv.
—— *Hepatic.*
—— *Plantag. ana* ℥ij.
Syr. Violar. ℥ij.
M.

Hujus ℥iv. tertiis quibusque horis siccavit, & postridie urinam copiosè reddidit. *Lister.*

Pulvis apum. *Art. 69. Apes siccatæ* in pulverem redactæ propinentur *vino albo*, urinam paulo post provocant N°. iij. sufficiunt ut plurimum. In seipso ischuria laborante sæpius expertus est *Hiberniæ primarius Armaghanus Mayerne.*

Remedia alia. *Art. 70. Balsf. copaiv.* ad ℥j. vel ultra *haust. diuretic. acid. pil. diuret.* &c. Item *expressio diuretic. seq. Willis.*

℞ *Milleped. viv.*
Tinct. Sal. Tart. ana ℥ij.
Contunde & fortiter exprime. Dos. gt. 40. *vel* 50.

STRANGURIA.

ETTMULLER.

Stranguria quid. *Art. 71.* Stranguria, Latinis urinæ stillicidium, est, quando urina guttatim excernitur cum acerbo dolore & continua stimulatione ex acore urinæ: ulcus vesicæ interdum pedetentim sequitur.

Curatio. *Art. 72.* Exhibendum est *emeticum*, cujus vires magnæ sunt in affectibus urinariis, item *laxantia* cum *mercurio dulci*, *rad. liquiritiæ cum fol. malv.* in jure pulli, decoctum *cort. aurant. opiata.* Pro euporisto decoctum *raparum* remedium sine pari, decoctum *sem. cannab. ol. amygd. dulc. syr. de alth. succus cancrorum fluviat. Decoctum bacc. alkekengi cum passulis.* Conveniunt *clysteres emollientes*, *injectiones* in vesicam ex *lacte cum ol. amygd. dulc.* &c. *Thermæ* etiam prosunt.

DRSU-

Digitized by Google

DYSURIA.

ETTMULLER.

Art. 73. Dysuria est excretio urinæ cum conatu & dolore, & ardoris sensu; ut plurimum fit ab excoriatione vel exulceratione vesicæ colli vel urethræ; excernitur materia crassa vel mucilaginosa, nutrimentum partium læsarum; malum est perquam molestum, non tamen per se lethale, interdum diuturnum, unde periculum est, ne exulceretur tandem vesica, aut urinæ incontinentia superveniat. *Dysuria quid.*

Art. 74. Remedia ad stranguriam hæc conveniunt, ut *ol. amygd. dulc. decoct. malvæ, terebinthinata & balsamica, antimon. diaphor. cum tereb.* in forma pil. *clysteres emollientes, injectiones* de quibus vide locum. p. 738. „Sequens mucilago valde commendatur. *Remedia nonnulla.*

℞ *Gum. Arabic.* ℥ij.
—— *Tragacanth.* ℥ij.
Aq. Cinnam. ten. ℥x.
Syr. de Alth. ℥ij.
F. Mucilago Cochleatim sumenda.

URINÆ INCONTINENTIA.

ETTMULLER.

Art. 75. Involuntarii urinæ profluvii causa est deficiens sphincteris vesicæ constrictio a paralysi, contusione, diuturniori mora in aqua frigida, partu difficili, quandoque in ultimis gestationis mensibus. [*Lectimingi* plerumque sunt vel infantes vel senes sub cura medica haud cadentes] affectus est difficilis curatu, qui vigilantibus contigit; in senibus immedicabilis, nisi interdum iis *thermæ* succurrunt; in morbis acutis male ominatur. *Incontinentiæ urinæ causa.*

Art. 76. Pro scopo curativo in genere conveniunt *astringentia, nervina & antiparalytica*, speciatim de- *Curatio difficilis.*

Digitized by Google

coctum *e lignis ſudoriferis, calamintha & mentha, pulv. maſtich. thus, gum. arab. caſtor.* &c. laudantur; ſpecificum audit *guttur galli toſtum* ad ℥j. in vino rub. propinatum, item pulv. *tunic. ſtomach. gallin. pudendum ſeu vulvæ ſuis* quocunque modo præparat. in vigilantium ac dormientium affectibus ſingulare experimentum, *mures exſiccati vel in butyro elixati.*

MICTUS CRUENTUS.

ETTMULLER.

Mictus cruenti, cauſa varia.

Art. 77. Sanguis, qui tingit urinam, frequenter a renibus effluit, interdum ex ureteribus, interdum ex veſica, aut ex arteriolis penis; eſt hæmorrhagiæ ſpecies, præcedere ſolet dolor gravativus & tenſivus in loco affecto; aliquando eſt *criticus;* a diureticis fortioribus interdum cauſatur, item a nimia venere a contuſione, vel caſu ab alto, equitatione, ſaltatione, &c. urina ſanguinolenta ſemper eſt opaca, turbida, & craſſiuſcula plus minus, prout plus minus ſanguinis eſt permiſtum, ex opaco nigreſcit, ita ut linteum immerſum ſuo rubore ſanguineo inficiat, ſi aliquamdiu ſteterit, craſſamentum deponere ſolet nigreſcens ſanguinem grumoſum exacte referens.

Indicationes curativæ.

Art. 78. In genere tollenda eſt ſanguinis acrimonia, remedia ad *hæmoptyſin* dicata conducunt; *venæ ſectio* interdum locum habet; *cathartica* non conveniunt excepto *rhabarbaro;* ſemen *hyoſciami*, ſicut in aliis hæmorrhagiis, vim ſingularem obtinet.

MAYERNE.

Intentiones.

Art. 79. In mictu cruento intentiones ſunt, ut humorum acrimonia, ſi adſit, obtundatur, aut impetus minuatur; inflammatio, ſi adſit, tollatur, & vaſa conſolidentur & conſtringantur.

Curatio ſingularis.

Art. 80. Vidi quendam, annorum circiter 40. qui a retentricis renum imbecillitate & vaſorum laxitate tantum

Digitized by Google

tantum cruoris fundebat cum urina, ut corpus macilentum, exsangue & pene tabidum evaserit, pulsum habens languidum ac febrilem. Eo usque res devenerat, ut refrigerata urina, inconcoctus sanguis in ea concresceret albicans, & gelatinæ potius quam sanguini affinis. Vario labore assumptis & adhibitis omnibus remediis, tandem intra tres quatuorve dies convaluit, hausto quotidie mane *lacte vaccin.* recens mulcto supra ramum *menthæ rubræ*, eoque calente ex animali dulcorato satis *syrupo cydon.* & *cinnamom.* plures annos supervixit.

FARRAGO.

Art. 81. Interdum aucto corporis motu cruentum lotium absque labe renis vel calculi præsentis suspicione potest accidere. *Boerhaave.* *Quandoque accidit nullo existente calculo.*

Art. 82. Lac ovillum maxime laudatur a *Foresto*; sæpe, inquit, sanguinis mictum solo *lacte ovillo*, nempe sumendo *lactis* ℥iv. & *bol. armen ver.* ʒj. curavi. Idem etiam laudant *Hollerius* & *Duretus* ex *Hippocr.* & *Avicenna.* *Lac ovillum.*

Art. 83. Constat mictionem cruentam statis periodis recurrentem ob hæmorrhoides suppressas quibusdam sine sanitatis detrimento accidere: hinc verum est illud *Hippocratis*, quando ait, quod sanguinem mingere raro quidem, & sine febre ac dolore nihil mali significet, sed lassitudinum solutio fiat. *Sanis quandoque accidit.*

Art. 84. Remedia ad hunc affectum curandum a capite de *hæmorrhagia* petenda sunt. *Stercus porcinum* apud rusticos est remedium certissimum pro jumentis sanguinem mingentibus. *Radix symphyt. in lacte chybeato coct.* quibusdam profuit. *Electuarium Boyleanum*, *decoct. catechu*, *decoct. incrassans*, *haustus japonicus*, *nitrum saturnisatum*, *trochisci Gordonii*, &c. *Remedia varia.*

Digitized by Google

DE URINIS.

Inter legendum & ex observatione.

Urinarum compositio & diversitas.

Art. 85. Urina præcipue ex aqua, sale, & terra conflatur, & quo plus salis respectu aquæ in se continet, eo rubicundior est, & quo minus, eo pallidior, & quo plus terræ, eo magis contentis saturatur, & contra: si itaque terra & sale multo abundet, dicitur urina crassa, si parvo, tenuis: atque hinc quidem oriuntur maxime urinæ diversitates, ex quibus deducuntur judicia; scilicet, a *consistentia*, *colore*, & *contentis;* adeo ut quicquid de urina aliqua particulari pronunciari potest, huc tantum redeat; scilicet hanc urinam plurimum salis continere & terræ parum; secundam multo salis & terræ abundare; tertiam ex modico sale & terra & plurima aqua conflari, & sic de reliquis.

Colores varii. Urina alba.

Art. 86. Colores urinarum sunt albus, fulvus, flavus, rubeus, & niger. *Albus* est vel *tenuis*, *limpida* & *aquosa*, vel *crassior* & *subalbicans*, quæ juri carnium semicoctarum assimilatur, & hujusmodi lotium plerumque reddunt pueri, dum febricitent, & etiam ii, quorum viscera lumbricis scatent, & non solum hi, sed etiam pueri sæpissime, qui optima valetudine fruuntur, adulti quoque nonnunquam, ut taceamus fluore albo vel Gonorrhœa laborantes, in apparatu variolarum, ut ipse sæpissime observavi, excernunt *albicantem* urinam. *Alba remissior*, ut *lactea*, & *glauca*, incipientibus & increscentibus febribus reddita, copiam materiæ, naturæque laborem demonstrat; quod si autem diutius fertur, longi frigidique indicium morbi præbet.

Tenuis & aquosa.

Art. 87. Urina *tenuis* & *aquosa* in plurimis morbis occurrit; talis redditur in affectibus ventriculi, & indigestiones ac cruditates plerumque denotat; item in chlorosi, cachexia, hypochondriacis & hystericis affectibus; hujusmodi urina tenuis & aquosa copiosa quan-

Digitized by Google

quantitate non raro est signum animi perturbationum, & sæpissime paroxysmorum hysstericorum vel affectuum quorundam spasmodicorum prodromus, unde conjicere licet, hos affectus a salibus urinosis provenire, vel saltem iisdem foveri. Tenuis urina quoque conspicitur in diabete, hydrope, aliquando in apparatu variolarum, & frequentius in declinatione. In nephriticis paulo ante paroxysmum, denique a compotatione aquarum mineralium aliorumque liquorum spirituosorum, diureticorum &c. In febribus male ominatur; a turbida & crassa in tenuem & aquosam mutata est signum imminentis phrenitidis, scilicet, per materiæ febrilis in cerebrum metathesin.

Art. 88. *Fulvus* sive *critinus color* in urina statum naturalem ut pluriimum denotat. Et quoad quantitatem urina debet esse in proportione aliquanto minori (forsan subtripla) liquidorum assumptorum; ab hac norma vero non raro deflectit, nunc superabundans, nunc deficiens. *Citrina.*

Art. 89. Urinæ *flavæ* sive *aureæ* duo sunt gradus, videlicet *flammeæ*, quæ in febribus tertianis, ut etiam in varioloſis, & non raro in benevalentibus cernitur. *crocea*, quæ ictericis, scorbuticis, hypochondriacis, ut etiam iis, qui rhabarbarum, crocum, folia sennæ, &c. comederunt, plerumque cernitur. *Flavæ sive aureæ.*

Art. 90. Urina *rubicunda* est signum febricitantium, sed non proprium; nam in scorbuto diuturno urina tam intense rubescit, ut non magis in febre ardente; in arthritide quoque urinæ intensa rubedine saturantur. *Rubicunda.*

Art. 91. Urina *viridis* ac *nigricans* est signum plerumque morbi ejusdem virulenti aut venenati, aliquando in febribus quartanis conspicitur, ut etiam in puerperiis, & iis, quæ menses habent obstructos (teste *Galeno*), in calculosis etiam post calculum foras eliminatum, in melancholicis purgatio non operans urinam facit nigram; *Viridis ac nigricans.*

Digitized by Google

cassia & alia quædam pharmatica intus sumpta lotium atrum reddunt.

Urinarum contenta.

Art. 92. Contenta urinarum respectu locorum in matula, tria nomina sortiuntur, videlicet in summitate *nubeculam*, in media *enæorema*, in ima parte *hypostasin* vocamus. Nubecula in urina in morbis tam chronicis quam acutis est signum redeuntis in stomachum fermenti, & recuperatæ plus minus digestionis.

Bullæ & spuma.

Art. 93. In summitate urinæ interdum conspiciuntur *bullæ* & *spuma*; talem urinam vidi in mania laborante, in qua spuma & bullæ per integram nycthemeram manserunt, & eadem urina hypostasin valde nigricantem deponebat. *Cremor innatans* in urina phthisicorum plerumque cernitur, sed frequentius in hypochondriacorum. Urina in summitate *caudam* pavonis repræsentans ut plurimum est signum scorbuti. *Pinguedo* aliqualis & *guttulæ* quædam *oleosæ* frequenter apparent in urinis febre ardente, colliquativa, aut etiam hectica, ulceribus renum, & similibus afflictorum.

Enæorema.

Art. 94. Enæorema in praxi quandoque occurrit, sed nihil peculiare, quod scio, indicat; nisi in febribus plenioris concoctionis appropinquantis indicium sit.

Sedimenta varia.

Art. 95. Hypostases sive *sedimenta* in urinis sunt vel alba, vel nigra, vel rubra, aut saltem his vicina: *album sedimentum* in benevalentibus occurrit, *nigrum* in urinis nigris, de quibus antea. *Rubrum* & *crassum* sedimentum ad instar pulveris laterum in febribus intermittentibus & remittentibus, & etiam in scorbuto, & colica frequentissime occurrit. Quibus febricitantibus, in urinis subsidentiæ fiunt crassiori farinæ similes, longam infirmitatem significant (inquit *Hippocr. in Aphorism.*).

Contenta præternaturalia.

Art. 96. Sunt & alia in urinis contenta, quæ præternaturalia & quasi accidentalia dicta sunt; talia sunt arenæ, calculi, pus, sedimenta furfuracea, sanguis, &c. *Arenæ* in scorbuticis, *carunculæ* & sedimenta *furfuracea* in urinis calculo laborantium necnon in vesicæ & renum ulceribus

Digitized by Google

ulceribus excernuntur, *furfuracea* ſedimenta aliquando etiam in morbis cutaneis, ut pruritu, ſcabie, &c. occurrunt. Materia *purulenta* non tantum a renibus, verum aliquando a veſica & meatu urinario ulcere affectis in lotio deponitur; quandoque e vaſis & locis genitalibus ſanies, ſemen corruptum, & fluor albus urinis ſuffunduntur, & ſubſidentias purulentas efformant; poſtremo ſedimenta purulenta in urinis peripneumonia aut empyemate laborantium reperiuntur, quæ etiam morbum ſolvunt. Urina *cruenta* non tantum in calculoſis occurrit, ſed etiam in plerisque ſcorbuticis multo cum levamine, modo limites non excedat; nec defuerunt quædam feminæ, quæ ſua catamenia per vias urinarias inter lotium per multos annos innocue emiſerunt, hujusmodi hiſtoriam habemus apud *Hollerium*, &c.

Art. 97. Poſt omnia vero quotquot dicta fuerunt (ut proverbiali utar dicto), *urina eſt meretrix & mendax*; nihilominus urinarum inſpectio in praxi medica eſt uſus eximii, modo cum reliquis ſymptomatibus diligenter penſitatis conjungatur, tum ad judicandum ægritudines earumque ſtatum, tum etiam ad curandos morbos. Ideoque periti & fidelis eſt medici operam dare, ut, quod artis eſt de urinis, haud temere negligat, neque artis ſuæ limites tranſiliat. *Corollarium.*

CAPUT VIII.

SIVE FASCICULUS MORBORUM OCTAVUS.

CORPULENTIA NIMIA.

ETTMULLER.

Art. 1. Corpulentia nimia, ſive obeſitas nimia, eſt, quando corpus totum tam venter quam artus in tantum augentur, ut actiones, imprimis motus *Corpulentia ſive obeſitas.*

Digitized by Google

ac respiratio, aut omnino impediantur, aut insigniter vitientur. *Sennertus* refert mulierem 450 ℔, item virum 600 ℔ pendentem. Prostant exempla apud *Schenkium* corpulentorum obesorum suffocatorum. „Obesitas nimia corpus reddit variis morbis obnoxium, „speciatim, apoplexiæ, asthmati, hæmorrhoidibus, cal„culo, ulceribus crurum, hydropi, &c.

Difficile tollitur. *Art. 2.* Ad obesitatem tollendam non datur præstantius remedium quam *acetum scilliticum* jejuno stomacho haustum. Semen *fraxini* seu *linguæ avis* ad ʒj. mane in haust. vini propinatum insigniter commendatur ad evacuandam urinam, ratione cujus & hydropicos curat & crassos emaciat.

Valde obesi quandoque subito moriuntur. *Art. 3.* „Borellus commendat masticationem *fol.* „*tabaci*, sed in omnibus minus convenit, ne ad *tabem* „disponat. Qui natura sunt valde crassi magis subito „moriuntur, quam graciles; *Hippocratis Aphorism.*

CACHEXIA.

Cachexiæ causæ. *Art. 4.* „Cachexia ita dicitur a corporis malo habitu; „nascitur plerumque ex intemperantia ægrotantis, vel „alicujus morbi prægressi mala curatione; a tumore „scirrhoso jecoris vel lienis, vel a fluxu hæmorrhoidum „nimis longo & profuso, vel aliis hæmorrhagiis; ex „febribus continuis diuturnis, vel intermittentibus male „curatis; ex crapula, vel nimia spirituosorum liquorum „ingurgitatione; ex chlorosi, catameniorum obstru„ctione vel fluxu nimio; & ex innumeris aliis causis.

Signa diagnostica. *Art. 5.* „Signa diagnostica sunt pallor subalbidus, „aliquando etiam plumbeus color, debilitas ac piger „corporis motus cum inflatione aliquali, in quibusdam „ventris fluor cum febricula vesperi recurrente, pulsus „creber ac densus, cibi fastidium, & vini magis appe„tentia, urina biliosa, interdum vero rubicundissima, „frequenter autem cruda & pallida.

ETTMUL-

Digitized by Google

ETTMULLER.

Art. 6. Cachexia est affectus in quo nativus & floridus cutis color, ac imprimis faciei nitor, perit, mutaturque in pallidum, lividum, luteum, virescentem, intense rubicundum, &c. frequenter cum corporis habitu subtumido, lassitudine, &c. adest sæpe febris lenta, ægro vix sensibilis. *Cachexiæ descriptio.*

Art. 7. Principium curæ a *vomitu* faciendum est: attamen ante vomitorium consultum erit, ut *digestiva salina* præmittantur cruditates solventia, ut *crem. tartar. tartarum vitriolatum*, *sal digestivum hypochondriacum* dos. ʒj. ad ʃ. bis in die *sal. absynth. tinctura sal. tartar.* &c. *item pulveres absorbentes* dicti, *antimon. diaphor. antikectic. Poterii;* & tunc propinandum est *vomitorium*, vel si minus conveniat, catharticum; deinde his ita præmissis fit accessus ad *Martialia*. *Curationis methodus.*

Art. 8. „In tota republica medica vix datur præ„stantius remedium quam *mistura ecphractica* (16. 203). *Remedium singulare.*

LEUCOPHLEGMATIA ET ANASARCA.

ETTMULLER.

Art. 9. „Quoties in toto habitu pinguedinis subcu„taneæ lympha stagnat, vel effunditur, hydrops oritur „ἀπὸ σάρκα, ὑπὸ σάρκα, λευκοφλεγματία, qui & „circa abdomen & circa scrotum. *Boerhaave.*„ Signa leucophlegmatiæ sunt totius corporis tumor albus, mollis, laxus, re vera œdematosus in pedibus ac cruribus potissimum & manibus, bibendi desiderium, urinæ „tenues, albæ, &c. „Incipiente cachexia (inquit *Lom„mius*) vitiatur cibi concoctio, incolumi etiam appe„tentia; progressu vero temporis hæc quoque offendi„tur; spiratio debilis ac rara, alvus varia ac inæqualis „est; atque hujusmodi *cachexia cruda seu pituitosa* no„minatur, quæ hydropis speciem antecedit, venturam„que prænunciat, quam λευκοφλεγματίαν *Græci* no„minaverunt. *Leucophlegmatia unde.* *Ejusdem signa.*

Art. 10.

Digitized by Google

Curatio. *Art. 10.* Præter *purgantia*, & *martialia*, &c. in cura *cachexiæ* ſuperius laudata, hic conveniunt *ſudorifera* & *diuretica*, ſpeciatim decoctum *ligni guaiac.* &c. *Lixivium ex ciner. abſynth. geniſt.* &c. poſt *martialia*, *amara* [& *ſtomachica*] utramque faciunt paginam. In *anaſarca* conveniunt *folia virid. bardanæ* plantis pedum & juncturis applicata; nam mirum eſt quantam fuliginem extrahant cum ægrorum levamine.

WILLIS.

Anaſarca. *Art. 11.* Anaſarca eſt totius corporis exterioris, aut quarundam ejus partium, tumor albus, mollis, tactui cedens, & foveam a compreſſione relinquens.

Art. 12. In curanda anaſarca *lixivialia* cæteris diureticis longe præſtant. ℞ *Ciner. geniſt.* ad albedinem calcinat. & cribrat. ℥iv. ponantur in lagena vitrea cum vin. alb. ℔ij. digerantur clauſe & calide per hor. iij. vel iv. dein coletur vinum doſ. coch. vj. vel viij. bis in die.

℞ *Ciner. Geniſt. alb. & mundat.* ℔ij.
Raſur. Lign. Saſſafr. ℥iij.
Rad. Galang. ℥j.
Bacc. Juniper.
Sem. Dauci. ana ℥j ß.
M. F. Sacculus.

Pro cong. iv. cereviſ. poſt 7. vel 8. dies hauſtus incipiatur. *Chalybeata* in hoc morbo ſæpenumero egregie proſunt, & aliis præſtant præparata, quæ *phure* non ſpoliantur:

℞ *Raſur. Ligni Sanct.*
—— —— *Saſſaf. ana* ℥iv.
Rad. Irid. Florent.
—— *Calam. Aromat.*
—— *Galang. minor.*
—— *Enul. Campan. ana* ℥i ß.
Bacc. Junip.

Digitized by Google

Bacc. Laur. ana ℥ij.
Sem. Aniſi.
—— *Carvi.*
—— *Fœniculi Dulc.*
—— *Coriandri.*
—— *Anethi. ana* ℥j.
Piper. long.
Cubebar. ana ℥jß.
Caryoph.
Nuc. Moſchat.
Zinzib. ana ℥ß.
Piper. Jamaic. ℥ij.
Fol. Sicc. Salv.
—— *Scordon.*
—— *Calaminth.*
—— *Agrimoniæ. ana M.* j.
Liquirit. ℥iij.

Inciſ. & contuſ. coq. in aq. font. cong. iv. ad mediet.

Colatura ſervetur in lagenis vitreis ad uſum: hujus potu conſtanti plures anaſarca fere deplorata laborantes convaluiſſe novi. pag. 254.

„Medicamentum ſequens *fuit præſcriptum Radclif-*
„*ſeanum:*

℞ *Cort. interior. Sambuci* M. ij.
Summit. Abſynth. Roman. M.ß.
Rad. Gent. ℥ß.
Sem. Sinap.
Dauc. Sylv. ana ℥iij.

„*Infund. in vin. alb. Gallic.* ℔ij. Bibat hauſtul. ter in die.

HYDROPS.

SYDENHAM.

Art. 13. Foveæ a digitorum impreſſione in ſurarum parte inferiori, ſub noctem imprimis conſpicuæ & mane *Hydropis hiſtoria.*

Digitized by Google

mane evaneſcentes, primum hujuſce morbi indicium præbent, maxime ſi adſit dyſpnœa. Paulatim creſcit morbus, & abdomen quoque intumeſcit, & reliquæ corporis partes emaciantur. Tria hunc morbum ſtipant ſymptomata, *dyſpnœa, urinæ paucitas*, & *ſitis intenſa*. Cauſa hujus mali in genere eſt debilitas ſanguinis.

Indicationes curativæ.

Art. 14. Indicationes curativæ ſunt tantum duæ, videlicet *aquæ evacuatio* & ſanguinis roboris *inſtauratio*. Magni intereſt, an æger facile vel difficulter purgetur. *Cathartica fortiora*, & quæ celeriter operantur, mitioribus & ſegnioribus ſunt præferenda, & repetenda ſunt, quoties ægri vires ferre queant. Duo ſunt medicamenta palmaria, nempe *elaterium*, & infuſio *croci metallorum*. Quinam ſint meatus iſti, per quos aquæ ex abdominis cavitate in inteſtina deducuntur, incertum eſt; experientia vero conſtat a dicto emetico ſurſum ac deorſum potenter evacuari, & quaſi ruptis repagulis pleno alveo effundi. Eſt etiam aliud medicamentum, quod hunc morbum expugnat, vomitionem ac catharſin ciens pariter ac crocus metallorum; ſcilicet ℞ *Cort. interior. ſambuc.* M. iij. coq. in aq. & lact. ana ℔j. ad dimid. colaturæ capiat ægrotus dimidiam veſperi & reliquam mane, repetatque quotidie, donec convaleſcat.

Sanguis ac viſcera corroboranda ſunt.

Art. 15. Fatendum eſt tamen, quod in quibusdam caſibus *emetica* & *cathartica* malum non tollant, ſed potius augeant; rebus itaque ſic ſe habentibus totus curationis cardo in ſanguine ac viſceribus omni ope *corroborandis firmandisque* omnino vertitur, ad hoc autem magnopere conducunt *aëris mutatio* atque *exercitium*. Ii, quorum craſes ſunt debiliores, quam ut purgantibus ferendis pares ſint, *diureticis* evacuandi ſunt; illa optima ſunt, quæ e ſalibus *lixivialibus* fiunt, nec quicquam refert e quorum vegetabilium genere cineres petantur; ſequente infuſione uti ſoleo:

Diuretica uſurpanda.

℞ *Ciner. Geniſt.* ℔j.
Fol. Abſynth. M.j. vel ij.
Vin. Rhenan. ℔iv. Infunde

Digitized by Google

Infunde frigide, dos. ℥iv. mane, hor. quarta pomerid. & sero.

Art. 16. Aquis his modis eductis ad *corroborantia* deveniendum est, in hunc finem ægrotus bibat vinum & liquores generosiores, item capiat *invigorantia*, *stomachica* & *amara*; primum locum obtinet *chalybs*, *allium* quoque multum confert. Semper recordandum est, quum sanguinis corroborationi navatur opera, quod tota res in eo solum cardine vertatur, & æger nullo modo expurgandus sit. Morbus ad supremum gradum provectus artis subsidia spernit. *Stomachica & amara.*

ETTMULLER.

Art. 17. Hydrops *primarius* per se incipiens plerumque vitio læsæ in primis viis digestionis ortum debet; *secundarius* ex variis causis oriri potest, ut hæmorrhagia, febre intermittente, &c. Hydrops superveniens morbis chronicis, & ætate gravescentibus rarius curatur. Sudor in *ascite* plus nocet quam prodest; evacuationes per alvum & urinam sunt magis proficuæ. In initio hydrops tanquam *cachexia* curatur. Recte dicit *Lindanus*, qui vult curare hydropem, raro debet purgare; dare tamen tunc debet ea, quæ certo ac vehementer purgant, sed raro; intermedio tempore appropriatis & apertientibus, ac massæ sanguineæ vitia ex cruditatibus orta, ac reliquorum humorum corrigentibus, & in naturalem crasin reducentibus, debet insistere. Instituantur purgationes decrescente Luna. „Qui cachexia laborant „inveterata (inquit *Dolæus*), & qui sunt quasi eviscerati, „iis non conducunt *cathartica*, nec *diaphoretica*, aut alia „ulla remediorum genera aquis exhauriendis accommo„data, sed solis *corroborantibus* utendum. Hujusmodi „itaque in casibus sero nimis accersito medico aliud nil „quicquam restat faciendum, nisi ut prudenter præmisso „permagni illius, in quo ægroti versantur, discriminis „prognostico, experimentum faciet, quantum auxilii sit spe- *Methodus medendi.*

Digitized by Google

„ſit ſperandum ex uſu *cardiacorum martialium*. Et ſi „ſcorbuti labes ſimul adſit, cum *antiſcorbuticis* com„mixtis res peragenda eſt.

Diuretica & purgantia.

Art. 18. In hydrope curando *diuretica* ſunt omnium optima, ſed ſemper præmitti debent univerſalia *attenuantia*, *aperientia* & *laxantia*, alias non tuto ad *diuretica* acceditur. *Purgantia* ſunt *cort. ſambuci*, *ebuli*, *rad. irid. reſin. jalap. Gum. gutt.* præ omnibus *elaterium* teſte etiam *Lindano*, denique *colocynthis*; inter mineralia, *pil. lunares*, *mercurialia*, &c. cæterum his purgantibus ſemper interponenda ſunt *ſtomachica*, inter quæ eminent *abſynthium*, *marrhubium*, &c. proximo loco *diuretica* in uſum revocanda ſunt, *radix allii* multum laudatur [in quibusdam vero intolerabilem capitis dolorem excitat] item *bacc. juniperi*; ſed præ reliquis omnibus ſuccus *herbæ kali* ad ℥ß. bis in die in hauſtul. vin. tribus tantum diebus ſingulis ſeptimanis uſurpetur, alias nimis urinam pellit; item eodem modo cineres *bufonum* ad ℈j.

„Hoc remedio *Romæ* ſanatus fuit Hydropicus diu „decumbens, cui ejus uxor, ſumptuum pertæſa, de eo „dederat, veneno tollere cogitans, unde copioſum red„didit lotium, iterumque dato pulvere, ut mortem „præcipitaret; ſed multo uberius reddita urina præter „ſpem ſanatus eſt vir ejus, ut habetur in lib. Wieri de „Lamiis. Helleborus niger (monente *Avicenna*) uri„nam potenter movet. Hujuſce remedii (inquit D. „*Freind* Hiſt. Med. pag. 105. vol. 2.) vires frequenter „expertus ſum, & in Hydrope, confiteor, effectus plus „admirandos obſervavi, quam ex alio qualicunque „diuretico.

WILLIS.

Aſcites.

Art. 19. Aſcites *anaſarcæ* ſuperveniens eſt facilioris curationis, quam morbus iſte *ſolitarius*, propter tumores circa viſcera, vel propter vaſa lymphatica, aut lactea

Digitized by Google

lactea disrupta eveniens. Si quando in Ascite, a cathartico exhibito, aqua copiose cum εὐφορίᾳ per sedem evacuatur, indeque abdominis intumescentia quidpiam minuitur, de curatione non desperandum erit; si vero venter plus intumescat, & velut *tympaniticus* evadat, morbi eventum non nisi funestum expectare licet.

Art. 20. Fœmina ascite gravissima, ac uti mihi videbatur, deplorata laborans, medicamine seq. per vj. dies continuos assumpto, multo melius se habuit, & brevi postea integre convaluit: *Curatio.*

℞ *Gum. Gutt. Gamb.* gr. xij.
Ol. Cinnam. gt. j.
Conf. Ros. Rub. q. f.
M. F. Bolus.

Dosis indies augeatur ad gr. xx.

Jalapa & *elaterium* potentissima *hydragoga* habentur. *Diuretica* quoque in hoc morbo conveniunt; & si cum *tympanitide* complicatur, applicari potest *empl. diasaponis*, & injici ene[illegible] ex *urina sani*, &c. infra descript.(35).

BOERHAAVE.

Art. 21. Hydrops in genere producitur ab omni causa, quæ valet liquidum serosum 1. ita coërcere, ut stagnare faciat in vasis, vel 2. ipsa vasa rumpat ita, ut intra membranulas effundatur, vel 3. vasa reducentia a cavitatibus ita obstruat, ut liquida non exhalent, nec reforbeantur. Causæ hæ sunt variæ, aliquando morbi acuti, tumores scirrhosi alicujus visceris insignioris, evacuationes quæcunque nimiæ, præsertim hæmorrhagiæ, &c. Signa sunt tumores, primo pedum ac crurum, & postea abdominis indies crescentis, hujus extensi sonus in *tympanitide*, si percutiatur, in *ascite* strepitus fluctuantis aquæ, at in ascite ab aquis clausis in suis cistis, fallit. Adest insuper dyspnœa, sitis gravitas, torpor, alvus dura, urina pauca, febricula lenta, sudor nullus, macies, vultus livor, &c. *Causæ hydropis in genere.* *Signa.*

Digitized by Google

Intentiones curativæ.

Art. 22. Ad curationem primo fluor conciliandus eſt lymphæ *cardiacis*, *roborantibus* & *ſtimulantibus*, quæ, ſi ſitis valida non urgeat, petuntur ex *aromaticis*, *ſalinis*, *oleoſis*, & *calidis* ſub variis formis, inter quas eminet *vinum medicatum* aut *infuſum noſtrum*. Si vero morbus erit calidior, & ſitis vehementer urgeat, adhibenda ſunt *cardiaca reficientia*, *acida grata*, & leniter *aromatica*. videantur remedia. [In hoc caſu *tartarus vitriolatus* eſt proficuus, item *aquæ Spadanæ*, *Tunbrigenſes*, &c. cum vin. rhenan.] Secundo liquidi nimia tenacitas (ſi adſit) tollenda eſt *ſalibus alcalinis*, *volatilibus* & *fixis*, item remediis *mercurialibus*, *antimoniatis*, & e *cupro* præparatis. Tertio aquæ in cavitates congeſtæ educuntur, interdum *Paracenteſi*, de qua operatione vid. locum, *emiſſariis* arte factis, *cauſticis*, *lanceolis*, &c. [ſed huic praxi adverſatur *Aphorismus Hippocratis*; hydropicis ulcera in corpore orta non facile ſanantur.] *Diureticis*; *vomitoriis*, quæ mirabiliter in hoc morbo proſunt; *catharticis*; *diſſipatione*, *calore*, *foci*, *hypocauſti*, *furni*, *arenæ*, *ſolis*, *ſalis*, *fimi*, &c. tum maxime pertinaci abſtinentia a potu, victu panis biſcocti cum pauco ſale pauxillo vini oleoſi. Labes viſcerum debilitatorum emendatur *chalybeatis* & *roborantibus*, *victu ficco*, *vino veteri meraco*, & *exercitio*. Egregium eſt vinum chalybeatum ſtomachicum noſtrum (16.267).

MAYERNE.

Laus mercurii dulcis.

Art. 23. Mercurius dulcis cæteris intactis quasvis cauſas morbificas aggreditur, & ſi ſuperari poſſint, proſternit; ſed dandus eſt iſte athleta in debita doſi: ſcio aliquando huic ſuccedere *ptyalismum*, qui præcavebitur addito *cathartico* ſatis activo; ſed ſi nihilominus moveatur ſputum, nihil eſt periculi, immo *ſalivatio* in hydrope, quamvis ſemper ſit moleſta, attamen ſæpiſſime eſt ſalutaris.

Art. 24.

Digitized by Google

Art. 24. Nihil majus dat hydropicis levamen, quam larga *urinarum profusio*, idque cum minima virium dejectione. Sales omnes sunt diuretici, verum *nitrum* omnibus præfero, quod sitim, intolerabile in hoc morbo flagellum, extinguit, & calorem præternaturalem viscеribus in hac muria mersis impressum egregie temperat. *Nitri.*

Art. 25. Ova formicarum in lacte ebutyrato cocta copiose urinam movent. ℞ *Ovor. formicar. coch.* j. coq. in lacte ebutyrato, exprime & dulcora pauco sacchar. detur mane superambulando hor. 4. ante prandium per octiduum. Mulier hydropica, cui hæc *ova* præscripsi, mire commendavit, dixitque movisse ingentem flatuum copiam, & prolixos crepitus magno cum levamine; dixit etiam frequens primo ortum meiendi desiderium, tandem se fudisse copiosas urinas, ita ut una vice totam repleverit matulam sæpius. *Ovorum formicarum.*

LISTER.

Art. 26. Quædam hydropica ab omni potione ex toto abstinuit per mensem; ad sitim autem fallendam sic fecit, tenuem ac parvam particulam panis tosti cum *spiritu vini* intincti super linguam detinuit ad salivam potenter movendam, & convaluit. „Pharmacopola „quidam, habitus obesioris, vir equidem haud medio„cris ingenii, neque inhonestæ existimationis, in Hy„dropem incidebat; valde intumuerunt crura, & venter „quoque turgescere incepit. Hic ex lectione *præceden„tis sectionis* animum obfirmavit, & serum decrevit ab „omni potu per 30. dies abstinere, & abstinuit; unde „a morbo gravissimo liberatus est. Idem vir probus „(ut nuper aliquis mihi retulit) in eundem morbum „lapsus *eidem experimento* spem omnem sanitatis recu„perandæ iterum crediturus est. Huic affinis est Hi„storia *Samuelis Ongly Equitis aurati opulentissimi*, civi„bus Londinensibus, dum vixit, satis noti. Hic, cum „septuagenarius esset, in Hydropem incidit deplora- *Abstinentia a potu.*

„tiſſimum, medicis celeberrimis (quibus fretus) prorſus „incurabilem, in hoc rerum ſtatu animo ſecum ſtatuit, „*ſe a potulentis quibuscunque ex toto abſtinere:* ſitim vix „tolerabilem forti animo aliquot menſes ſuſtinuit, ac „convaluit; & vixit ſex vel ſeptem annos ab iſto morbo „immunis, & non niſi biennium circiter abhinc, dum „hæc ſcribo, mortuus eſt. Atque hic reticere nequeo „*(utcunque me forſitan ludibrio ſibi quis habuerit)* ex„perimentum, paucis credo adhuc notum, curandi in„tumeſcentiam crurum equorum mediante nimirum „*potus eorum decurtatione.* Hic morbus Hippiatris vulgo „The Greaſe appellatur, equi hoc malo affecti decum„bere omnino reſpuunt, unde intumeſcentia valde auge„tur, & inſuperabilis quandoque evadit. Methodus „medendi breviter ſic ſe habet. Qui curam equi atten„dit, *duas tantum aquæ libras* ad potandum equo præ„bere ſolet, mane & veſperi, ad dies 6. vel 8. quo „tempore curatio efficitur; crura detument, & equus „ad dormiendum procumbit, &c.„ Quod ptarmica faciunt in naribus, idem *elaterium* aut *euphorbium* in inteſtinis efficere videtur, pituitam vehementer movendo. Illud notandum eſt, *elaterium* (quæ iſtius medicamenti ſumma eſt commendatio) dejectiones movere, *authore Dioſcoride*, citra ſtomachi injuriam, exhiberi poteſt ad gr. x.

Laus elaterii.

℞ *Elater.* gr. x.
Sal. Gemm. ℈j.
Miv. Cydon. q. ſ.
M. F. Bolus.

In caſu ancipiti & moribundo ex dyſuria plurium dierum, aliis medicis dimiſſis, ſic hominem reſtitui.

℞ *Succ. Limon. recenter expreſſ.* ℥vj.
—— *Cochlear. hortenſ.* ℥iv.
—— *Hepatic.*
—— *Plantag.*
Syr. Violar. ana ℥ij.
M.

Hujus

Digitized by Google

Hujus ℥iv. omni trihorio ſiccavit, poſtridie urinam copioſe reddidit, & poſtea modicis *hydragogis* detumuit venter & convaluit. Hydrope ſiccato *aq. abſynthii ſtillat.* in qua *rhabarbarum* maceratum eſt, eſt uſus eximii ad confirmanda viſcera. [Virtutes *elaterii* per totam exercitationem ſummopere extollit author, & re vera laudem omnem exſuperat.] „Hoc remedium „equidem ſucceſſu vix credibili aliquoties exhibui. Anno „proxime elapſo, verno tempore, ſeni aſthmaticæ, diu„turnitate morbi contritæ, cui pedes crura & femora „valde intumebant, quod moribundis fere ſemper eve„nire ſolet, elaterii doſin unam & alteram atque tertiam, „interpoſitis debitis intervallis, effectu plane admirando „propinavi. Prima vice humoris ſeroſi per ſedem eva„cuata ſunt duodecim pondo, ſecunda purgatione de„cem, & tertia demum vice ſolummodo duo vel tria. „Atque ita a tumoribus Hydropicis omnino liberata eſt, „& valetudine mediocri vixit usque ad initium hyemis, „cum, ingraveſcente aſthmate, colica vel iliaca paſſione „correpta eſt, ex qua, poſtquam ultra hominis ætatem „vixiſſet, tandem naturæ ſatisfecit.

HYDROPS VESICALIS.

Hydrops abdominis Veſicalis eſt *aſcitis quædam ſpecies*, in qua quidem incluſa aqua tumorem abdominis facit, non vero in ejus cavo fluctuans, ſed in veſiculis ſive hydatidibus innumeris variæ magnitudinis contenta; quæ hydatides nihil aliud ſunt, quam portiones vaſorum lymphaticorum alicujus viſceris, in quibus motus lymphæ eſt impeditus; unde ſpatiola inter valvulas, liquore prædicto diſtenta, in figuras oblongo-ſphæroidales efformantur, & totam cavitatem adimplent; ita ut poſt abdominis apertionem quandoque nihil aut parum aquæ extravaſatæ effluxerit. Hic morbus in brutis animantibus frequentius occurrit, præcipue in ovibus. In corporibus humanis exempla poſtant apud *Hydrops Veſicalis.*

Digitized by Google

Sennertum, *Tulpium*, *Bartholinum*, &c. Valde curiosum est istud in Collectaneis Gallicanis Acad. Scien. *Memor.* p. 215. anno 1722.

Historia. Sexennium abhinc historiam mihi communicavit D. *Richardus Blinch*, *pharmacopola Bidifordensis* juvenis cujusdam nautici, qui ex febre ardente, in qua permagnam frigidæ copiam potasset, in ingentem abdominis intumescentiam incidebat. Applicata erant emplastra, & cataplasmata, ex quibus parum utilitatis; demum loco prominenti ad latus sinistrum umbilici caustico imposito apertum est foramen, ex quo *hydatides quamplurimæ prodierunt*, aliæ ova gallinæ æquantes, nonnullæ grandiores, plurimæ minores, omnes numero ad minimum octoginta. Homo convaluit, & adhuc vivit ab omni morbo immunis.

Alia In Transactionibus Philosophicis N°. 370. extat historia cujusdam hominis hujusmodi Hydrope laborantis, e cujus abdomine facta paracentesi exivit ingens hydatidum copia, figura & magnitudine diversarum N°. septem vel octo millium; una cum his etiam evacuata erat magna quantitas materiæ gelatinosæ, coloris grisei & lutei, albumine ovorum aliquanto spissioris. Vid. locum.

HYDROPS PERITONÆI.

Hydrops Peritonæi. Hydrops Peritonei est collectio aquæ inter abdominis musculos & Peritonæum, maxime inter hoc & tendines musculorum transversalium, unde ex errore quidam authores, anatomiæ ignari, hunc morbum *Hydropem duplicaturæ peritonæi* falso nominarunt. Tumor abdominis aliorsum æquabilis circa umbilicum minus prominet, ob strictam ibidem tendinum muscularium peritonæo adhæsionem; atque hoc *propriam morbi hujusce diagnosin* constituit. Aqua sive lympha eo loci comprehensa, ibidemque moram ducens, carnem muscularem corrumpit, & hinc ulcus sordidissimum internum

Digitized by Google

tenum progreſſu temporis procreatur. Hic Hydrops *tempeſtiva paracenteſi* forſan ſanari poteſt. D. *Cheſelden* vero aliter ſentire videtur, Anat. p. 126.

Operatio Paracenteſeos cum hiſtoria ipſius medicinæ eſt coætanea, ab *Hippocrate* memorata, & ab *Albucaſi* æque accurate deſcripta ac in noſtra ætate. Experientia recentiori docemur aquas una vice ad ſiccitatem tuto depromi poſſe, quod praxi in noſtris noſocomiis & Lutetiæ Pariſiorum confirmatur. *Paracenteſis.*

Memorabilis eſt hiſtoria apud D. *Cheſelden* Anat. p. 187. &c. cujusdam aſcite laborantis, qui novies vigeſiesque in uno anno paracenteſin ſubivit, & deprompti fuerunt plusquam ſeptuaginta aquarum congii. Tribus ultimis ſeptimanis ante obitum *rheumatismo* laborabat, & frequenti *narium hæmorrhagia*, quæ immediatæ rationes vel cauſæ mortis ejus videbantur; aperto cadavere recur repertum eſt ſanum.

Operatio paracenteſeos non molienda eſt in corporibus valde macilentis, vel ſenio vel tabe confectis, niſi in Hydrope ſubito exorto) in ægris, qui non respirandi difficultate laborant, & quorum partes nobiliores adhuc fere ſanæ & integræ ſunt. De operatione, & ejusdem difficultatibus, vide *Barbette* & alios ſcriptores chirurgicos.

FARRAGO.

Art. 27. Qui ex morboſo jecore oritur hydrops, vehementiſſimam ſed inanem tuſſim conjunctam habet, quæ in aliis hydropum ſpeciebus vix aut raro apparet. *Baglivus.* *Tuſſis in hydrope.*

Art. 28. Omnes fere hydropici circa plenilunium moriuntur. *Tycho Brahe.* „Diarrhœa in Hydrope, „quæ non juvat, eſt peſſima; pravam enim in viſceri„bus diatheſin oſtendit. *Plenilunium.*

In Hydropicorum cadaveribus (inquit *Cheſelden*) ſemper obſervavi cor ſolito majus, fibrasque ejusdem

Digitized by Google

valde laxatas, & vasa sanguifera plurimum distenta, & præterea concretiones polyposas, interdum in amborbus auriculis & ventriculis, sed frequentius in dextris.

Prognostica varia ex Hippocrate.

Art. 29. Hydrops (inquit *Hippocrates in coac.*) qui medicinæ concedit, & revenit, desperatus est. Hydrops omnis (inquit idem) qui ex acutis morbis oritur, malus & lethalis. Hydrope detentus (addit) curari potest, si robustis sit visceribus, si bene concoquat & spiret, sine dolore sit, extrema colliquefacta non habeat.

Infusum theæ.

Art. 30. Stomacho & visceribus rite emundatis *infusio theæ viridis* in vino rhenano evadit medicamentum laudabile, non modo diureticum & stomachicum, sed etiam sanguinem exagitans, & ejus motum adaugens. *Wainewright.* — Ex vegetabilium classe (inquit *Dolæus*) pro arcano in hoc morbo revelo succum *brioniæ*, sequenti modo collectum, luna crescente, tempore imprimis verno radicem *brioniæ* terræ adhuc commissam excava, & semper iterum impone operculum ex superioris radicis parte abscissa paratum, & singulis mane invenies coch. ij. vel iij. istius succi, quem exhibe singulis matutinis horis hydropico a coch. j. ad ij. vel iij. quo solo vili medicamine plures Deo adjuvante curavi. Deploratissimum, Hydropicum curatum vidit D. *Beeston*, Medicus *Bathonienſis* celebris, nuper defunctus, ut mihi retulit, per radicem Brioniæ circumforaneo quodam exhibente, cum ex aliis remediis quotcunque a peritis medicis exhibitis nullum juvamen acceperat. Sequens infusum diureticum fuit præscriptum celeberrimi Loweri & in sua praxi frequenter usurpatum;

Succus rad. Brioniæ.

℞ *Rad. Lapathi acut.* ℥ij.
—— *Taraxac.* ℥j.
Flor. Sambuc. M. j.
Summit. Abiet.

Fol.

Digitized by Google

Fol. Cochlear.
—— *Becabung.*
—— *Naſturt. aquat. ana* Mß.
—— *Raphan. Sylv.* ℥ij.
Sem. Sinap. ℥j.

Infund. in Vin. alb. ℔ij. *clauſe & calide per hor.* 4; *colatur pro uſu, doſ. coch.* iv. *vel* v. *bis vel ter in die.*

Art. 31. Inter remedia reliqua melioris notæ recenſentur *pil. hydropicæ* Bontii. *Electuar. hydragogum* Sylvii. *Potio hydragoga* Liſteri. *Tinctura allii vino abſynthit. extract. tinctura cochlear. compoſ. cataplasma hydropicum, pil. hydragogæ, cereviſia hydropic. cereviſia purgans hydrop. hauſtus hydragogus, lixivium de calce, vinum hydropicum. Sapo caſtilienſis, expreſſ. diuretic.* *Remedia varia.*

Pilulæ hydropicæ Bontii.
℞ *Aloes opt.* ℥iiß.
Gum. gut. gam. ℥ß.
Diagrid. ℥j.
Gum. Ammoniac. ℥ß.
Tart. Vitriolat. ℥ß.
Syr. Roſ. ſolut. q. ſ.
F. Maſſa Pil.
Doſ. a ʒß. *ad* ʒj.

Electuar. Hydragogum Sylvii;
℞ *Bacc. Junip. in aq. coct. expreſſ. & ad Pulpæ conſiſtentiam redact. Pulp. Tamarind. ana* ℥iv.
Rad. Jalap. ℥ß.
Scammon. elect. ℥j.
Cinnam. Acut.
Sem. Fœnic. dulc. ana ℥ij.
Sacchar. clarific. ℥x.
M. F. Electuarium;
Doſis in adultis a ℥iij. *ad* ℥ß.

Digitized by Google

Potio Hydragoga Liſteri;

℞ *Decoct. Sennæ Gereon.* ℥iij.
Syr. e Spin. Cervin. ℥ſs.
Succ. Limon. ℥ſs.
Elater. gr. iv.
M. F. potio.

TYMPANITIS.

BOERHAAVE.

Tympanitis. *Art. 32.* Tympanitis iisdem mediis, [& eadem methodo, tollitur, ac *anaſarca* & *aſcites*, ſi ortum duxit a rarefacto vapore humoris extravaſati, & putrefacti; tum enim, cauſa ablata, tollitur; Si vero ex tum duxerit ex aëre per membranas inteſtinorum putrefactorum perforatas in cava delapſo, retroire non tente, ſed calore corporis rareſcente, tum cuncta putrefiunt, aëre juvante, malumque expoſita cau fere ſemper inſanabile: unde *hydrops ficcus* longe magis immedicabilis habetur: *punctura* ſæpe latio, raro ſanationi, ſuffecit; *faſciæ* poſt punctu locum habent.

WILLIS.

Quomodo generatur. *Art. 33.* De hujus morbi *ætiologia* inſtar omn audiendus eſt *Williſius*. *Tympanitis* eſt tumor ve ſed quæ ſit materies morbifica tumorem iſtum in cens, quomodo in ventre aut progignitur, aut alin illuc advenit, plane neſcitur. In *aſcitem* degener ſolet. Non a flatibus intra vel extra inteſtinorum c vitates concluſis excitatur, verum exoritur [quantu conjectura aſſequi poſſumus] quatenus in imo ventr ſpiritus animales ad viſcera membranacea ſpectantes, ab incongruo quodam in *ἀταξίας* adacti, fibras ubi que nerveas tumultuarie irruunt inflantque, nec ſ de

Digitized by Google

denuo ab iis recedunt; hinc peritonæum extumescit, intestina ampliata & distenta velut inflantur, mesenterium, aliaque viscera membranacea spiritu impetuoso turgida, velut in molem attolluntur; porro dum hæc fiunt, ut vacuitates a viscerum concavorum extumescentiis, factæ impleantur, humoris statim cujusvis intus contenti portio in vapores rarefacta, illico in flatus spatia illæc inania oberrantes cedit.

Art. 34. Spiritus animales potius quam flatus ejusmodi ventris intumescentias, saltem breves & transitorias, quales in paroxysmis colicis & hystericis contingunt, excitant: atque hinc evenit, quod, qui affectibus *hypochondriacis*, *colicis*, aliisque imi ventris *spasmodicis* diu obnoxii fuerunt, demum *tympanitici* fiant. *Quinam huic morbo sunt obnoxii.*

Art. 35. Hic affectus raro per se interfecit, quin longo tempore protractus, quo demum certius jugulet, sibimet *ascitem* lethi prænunciam adscisit. A *catharticis*, præsertim fortioribus, fere semper exacerbatur hic morbus, saltem non alleviatur. *Enemata* crebro injecta eximii sunt usus, & hoc præ cæteris; *Curatio.*

℞ *Urin. Sani* ℥j.
Sal. Prunel. ʒj.
Tereb. Venet. cum Vitel. ovi solut. ʒiß.
M. F. Enema.

Applicetur *empl. de sapon.* toti abdomini. Ad sitim intolerabilem in hoc morbo;

℞ *Conf. Lujul. per Setaceum traject.* ʒiij.
Pulp. Tamarind. ʒij.
Sal. Prunel. ʒj.
Syr. e. Succ. Lujul. q. f.
M. F. Eclegma Molle.

De quo sæpius lambat æger.

Art. 36. „Tympanitis est flatuosa abdominis moles, „rugitu strepens, dumque percutitur, instar *tympani* „reso- *Vix differt ab ascite.*

Digitized by Google

„reſonans. Vix differt ab *aſcite*; raro enim flatus abs„que aqua reperiuntur, niſi in ipſis morbi primordiis. „Experientia didici hoc malum tractari debuiſſe reme„diis *antihyſtericis*, *antiſcorbuticis*, & *corroborantibus*, *Remedium empiricum.* „priusquam in aſcitem demigraverit. Sequens eſt reme„dium *empiricum* valde decantatum;

℞ *Succ. Folior. Porri*
—— —— *Sambuci ana p. æ.*
M. Analytice.

„Capiat æger coch. iij. vel iv. bis vel ter die, hoc „valet aliquando in extremis, poſt alia omnia in„caſſum tentata. *Antihyſterica*, *chalybeata*, *empl. de „cicuta cum ammoniaco*, *fotus ad tympanitidem*, &c. „ſunt valde proficua.

M. LITTRE.

Eſſentia morbi tandem detegitur. Scriptoribus de Tympanite inter ſe minus convenit, quippe qui neque cauſam morbi neque ſedem deſignarunt. Ex cadaverum Tympanite mortuorum ſectionibus patet, ventriculum & inteſtina, præ reliquis craſſa, mirum in modum diſtendi, ac ingenti mole vix ſane credibili ampliari. Frequenter *(ſouvent)* obſervavi *cæcum & colon femur humanum craſſitie æquantia;* reliquorum viſcerum in abdomine contentorum dimenſionem ultra naturalem nusquam inveni. In recentibus Tympaniticis humiditatem tantum aliqualem in abdominis cavo reperi, & in inveteratis non niſi duas vel tres libras aquæ; quantitas adeo exigua neutiquam pro morbi cauſa haberi poteſt: ideoque *inflationi ventriculi & inteſtinorum* monſtroſa iſta ventris moles ſoli debetur. Ventriculus & inteſtina quaſi muſculus cavatus ſpectari poſſunt, cui aër incluſus eſt antagoniſta. Parietes inteſtinorum & aër internus ſunt tanquam duo ἔλατρα ſe mutuo indeſinenter impellentia. Quamdiu hæ duæ poteſtates æquipollent, ventriculus & in-

Digitized by Google

& inteſtina alternatim ſe contrahunt & dilatant ſalva dimenſione naturali, ſuntque officiis ſuis obeundis paria, manente ſcilicet æquilibrio: ſi autem laterum ventriculi & inteſtinorum ſyſtole vim elaſticam aëris incluſi ſuperat, fiſtula inteſtinalis ſupra modum coarctabitur: e contra ſi quando fibrarum inteſtinalium vires elaſticæ quoquo modo imminuantur, aër incluſus canalem plus juſto dilatat, & quo debilior eſt inteſtinorum elaſticitas, eo major evadit eorum capacitas, *unde Tympanites ortum ducit;* qui affectus ut plurimum eſt incurabilis, ob amiſſam aut valde diminutam iſtorum viſcerum elaſticitatem; fibræ nimis laxatæ ſeſe contrahere rurſus nequeunt, aut ſaltem admodum debiliter: & proinde ventriculus & inteſtina non niſi imperfecte admodum officia ſua peragunt, in quantum præcipua eorundem energia & operatio a contractione, dilatatione, & motu periſtaltico magnopere pendent. *Memoir. de l'Academ.* Vol. 17. p. 314.

HYDROCEPHALUS.

SCHENKIUS.

Art. 37. Hydrocephalus eſt morbus adultis raro accidens, infantes vero ſunt magis obnoxii, & frequenter fit a violenta obſtetricatione. Eſt *tumor capitis aquoſus;* colligitur autem humor vel inter cutem & cranium, aut inter cranium & cerebri membranas; *Ætius* addit inter membranas & cerebrum; [*Boerhaave* addit inter cerebri plicas, & in cavitatibus;] ſed hæ poſteriores ſpecies ſunt incurabiles: externa & evidens cauſa eſt plaga aut contuſio in puerperio. [Ex tumore intus ſub cranio neminem convaluiſſe vidi; ſed ab externo tumore facile ſaneſcunt.] *Hydrocephalus.*

„Caput in tantam molem turgeſcit; ut quandoque „*integrum corpus* præponderet. Inſignis hiſtoria habe„tur in Tranſact. Philoſ. p. 207. infantis biennis hoc

„malo

„malo mortui, e cujus capite sectione patefacto exivere „*aquarum decem pondo*; humor erat tenuis, pallidus, „& insipidus, in interstitiis meningum & cerebri ven„triculis reconditus; de reliquis circumstantiis vid. lo„cum.

Methodus medendi. *Art. 38.* Oppugnandus est hic affectus primo *resolventibus*; sed si id fieri nequeat, facienda est *incisio* vitato temporum musculo, & humor exprimendus est [*Ambr. Paræus*].

℞ *Ol. Cham.* ℥iv.
Sulph. ℥j.
M. F. S. A. Unguentum.

In hoc affectu magnarum virium.

BOERHAAVE.

Curatio. *Art. 39.* Hydrocephalus, levi *inustione*, *terebratione*, *punctura*, prudenter, lente, adhibitis, simulque *hydragogis* & *roborantibus* internis curatur; vel externis *discutientibus* dissipatur.

„Excepta ista specie incurabili, quæ in cerebri ca„vitatibus formatur.

Remedia varia. „Inter cætera ad hunc morbum oppugnandum „*pseucrolousiam* emolumento fuisse animadverti. In„terne evacuantia & corroborantia eadem sunt ac *in* „*ascite*. Pro usu externo lixivium calcis vivæ egregi„um admodum est in discutiendo Hydrocephalo *teste* „*Aquapendente*, & linimentum sequens a *Foresto* com„mendatur;

℞ *Ol. Cham.* ℥iv.
Flor. Sulph. ℥j.
Digere s. a.

„Hydrocephali curatio (inquit *Barbette*) omni tem„pore experientissimis medicis insignem creavit mole„stiam. Purgantia, sudorifera vel diuretica raro ali„quid

„quid conferunt: cauteria, veſicatoria, fonticuli, ſe„tacea, immo plerumque ad inciſionem vel uſtionem „impellimur, quæ tamen media quosdam in vita con„ſervarunt.

M. PETIT.

Hydrocephalus eſt tumor capitis aquoſus adultis raro accidens, infantes vero in primis annis e nativitate, immo interdum ante nativitatem occupat; & caput infantuli ex utero nondum educti tam grande exiſtit, ut *punctura vel ſectionem capitis* facere ad partum facilitandum chirurgo incumbat. Aqua ſecundum authores colligitur, vel externe inter cutem & cranium, vel interne Primo inter cranium & duram matrem; Secundo inter duram & piam matrem; Tertio in ventriculis ipſius cerebri; atque hanc ultimam ſpeciem ſolam in praxi vel in cadaverum ſectionibus unquam obſervare potui; credo itaque reliquas rariſſime occurrere. Hoc morbo affecti ſunt languidi, triſtes & pallidi, oculi illorum luridi & prominentes pupillis dilatatis; oſſa cranii tenuia & mollia evadunt, & figuras irregulares induunt, naſus depreſſus, frons valde elatus, capitis magnitudo plane monſtroſa, & gravitatis non ſuſtentandæ, non raro crepat & diſrumpitur, & mors non multo poſt inſequitur. In cadaverum ſectionibus notavi duram meningem plus ſolito cranio adhærentem, craſin cranii valde prolatam, & quaſi ubique confractam, oſſium margines membranis e longinquo connexos, cerebrum minime corruptum, ventriculos cerebri adeo in immenſum diſtentos, ut ſubſtantia ejus corticalis & medullaris extrorſum detruſa digiti vix duas lineas craſſitie æquabat, & multis in locis a protruſione aquarum penitus diviſa aquis usque ad meninges pertingentibus, vaſa ſanguifera prolongata & craſſa, in pluribus *glandulam pituitariam ſcirrhoſam*, quod inter cauſas hujus morbi locum habere videtur. Paracenteſin

Accurata morbi deſcriptio.

Digitized by Google

centesin quod attinet, tam diu procrastinari solet, ut vix illum ista operatione servatum vidi; intra 4. vel 5. horas plerumque moriuntur, si una vice aquas ad siccitatem depromant; sin vero tardius progrediantur, non ultra quadraginta horas supervivere solent.

HYDROPS PECTORIS.

SPONIUS.

Hydropis pectoris signa diagnostica.

Art. 40. Si hydrops in pulmone accidat, juxta *Hippocratem*, febris & tussis vexant, æger confertim respirat, pedes intumescunt, ungues incurvantur, & velut empyïcus afficitur, sed remissius & diutius. Hæc signa diagnostica hydropis pectoris apprime sunt scitu necessaria; est enim morbus satis frequens, nec tamen satis cognitus; sed qui ista ad unguem tenebit, hunc morbum ab aliis facile distinguet. Plurima habet cum *empyemate* signa communia; ea tamen symptomata sunt remissiora, quia serum sive aqua minus impedimenti in pulmonum *Bronchiis* & pectore afferunt quam pus ipsum, at diutius durat affectus, quia sero non ita corrumpitur aut opprimitur pulmo, ac purulenta ibidem collecta materia. *Sponii Aphor.* p. 145. &c.

ETTMULLER.

Symptomata.

Art. 41. In hydrope pectoris præter pectoris tumorem & sensum fluctuationis, adest tussis sicca, difficilis respiratio, orthopnœa, palpitatio cordis, febricula. Ex ruptis vasis lymphaticis oritur, & curatur ut & aliæ hydropis species. De *paracentesi* vid. locum. p. 766.

WILLIS.

Hic affectus in ovibus valde frequens.

Art. 42. In hydrope pectoris lympha in compagem pulmonarem restagnante sæpenumero accidit vesiculas hydatides dictas, in extima hujus visceris superficie excitari, quæ postea disrupta *ascitem in thorace* producunt. Hujus-

Digitized by Google

Hujusmodi affectio in ovibus, quando ob tempestatem humidiorem, & pascua aquosa ab hydrope gregatim intereunt, passim cernitur. Morbus dignoscitur ex aquarum fluctuatione. Author historiam producit hydropis pectoris per *paracentesin* curati; & aliud affert exemplum cujusdam juvenis curati per *cathartica* & *diuretica*.

Art. 43. De hydrope ovarii, hydrope uterino, & uteri inflatu, alibi in morbis mulierum dictum est. (14.42. &c.)

ICTERUS.

Inter legendum & ex observatione.

Art. 44. Signa hujus morbi & symptomata præcipua sunt lassitudines totius corporis, anxietas præcordiorum, difficilis respiratio, virium dejectiones, faciei pallor, pulsus debilis & lentus, urinæ tenues, aut crassæ, coloris flavi ad rubrum vergentis, croceo colore pannum immersam tingentes, interdum adsunt vomitus biliosus, dejectiones albæ, prurítus totius corporis, & ariditas & veluti exustione solis aspera cutis superficies, flavedo per universam cutem, maxime in oculorum albis; quo quidem colore interdum omnia apparent tincta. *Icteri signa diagnostica.*

SYDENHAM.

Art. 45. Icterus interdum est proles *colicæ*. In tali casu solo *rhabarbaro* purgandum est, & morbus plerumque sponte sua sensim facessit; sin vero non nisi ægre discedere videatur, convenit sequens apozema; *Icterus ex colica.*

℞ *Rad. Rub. Tinctorum* *Ejusdem curatio.*
—— —— *Curcum. ana* ℥j.
Chelidon. maj. cum toto
Summit. Centaurii minor. ana Mj.
Coq. in part. æqual. Aq. Font. & Vini Rhenan. ad ℔ij.
Colat. adde Syr. e quinque rad. ℥ij.
M. F. Apozema.

U Capiat

Capiat ℔ß. calide mane & ſero uſque dum convaluerit.

Curatio in genere. *Art. 46.* At ubi icterus per ſe invadit, colica neutiquam prægreſſa, *cholagoga*, quæ per alvum bilem ſubducunt: ægro ſunt exhibenda, & alia *antiicterica* uſurpanda. His denique morbum non ſub gentibus ad *aquas ferreas*, quales ſunt *Tunbrigenſes*, adeundum, quæ ex ipſo fonte ſunt bibendæ.

ETTMULLER.

Symptomata. *Art. 47.* Icterus eſt totius corporis *cachexia* flavedinem inducens, ut plurimum cum cardialgia, hypochondriorum dolore, præcipue dextri, alvi ſegnitie, laſſitudine, &c. Si flavedo ad viriditatem, vel ad cærulitatem, vel ad obſcurum livorem inclinet, icterus niger vocari ſolet: febris interdum conjuncta eſt, interdum abeſt. Triſtitia aliquando inducit icterum. Icterus *flavus* diuturnior ſemper in *nigrum* degenerat, unde *eſſentialiter* non differunt. Anxietas in præcordiis, dolor præcordiorum compreſſivus, virium dejectiones, lipothymiæ, &c. ante eruptionem icteri frequentiſſime occurrunt. Urina ictericorum ſuccuſſa ſpumam flavam oſtendit, & linteum tingit colore croceo, ſed non ſemper, ſedimentum croceum dimittit; fæces alvinæ ſunt plerumque albicantes, vel cineritii coloris, & hoc poſtremum ut plurimum eſt ſignum *Prognoſis.* *calculi in veſica fellea.* Urina craſſa turbida & nigerrima eſt ſignum ſolutionis morbi. Quo magis flavus exiſtit icterus, eo facilior eſt curatu, quo vero magis niger, eo difficilior. Cum *hydrope* conjunctus raro curatur. „Si ſudor erumpat (inquit *Sylvius*) citior „plerumque curatio expectanda erit, ſin vero urinis „plus deponatur materiæ rubentis & paulo poſt ſubſi„dentis, ſegnior erit expectanda.

Curatio. *Art. 48.* Quoad curam, *vomitoria*, *martialia*, & hinc *amara*, totam abſolvunt paginam. Præmiſſis univer-

Digitized by Google

universalibus usurpentur *stomachica, martialia* (*limaturæ crudæ* in ictero nigro) *rhabarbarum, lumbricalia, viperina, alcalina, volatilia, amara, aquæ acidulæ, gum. ammoniacum. Venæ sectio* & *catharsis* vix locum habent. Specifica sunt (omnium optimum) *chelidonium majus, marrhubium, flor. hyperici*; *crocus, genista, absynthium, sem. cannabis in lacte coctum, rad. curcum. rub. tinctor. urinæ potus, stercora* fere omnium *avium* & *animalium, pediculi, lapis in folliculo fellis tauri.* In genere moneo, in curando ictero insistendum esse ad tempus medicamentis *antiictericis*, quia morbus est chronicus & contumax: & quidem quamdiu urina mingitur tenuis & splendida, tamdiu illis insistendum, donec signa coctionis apparent, usque dum urina sit crassa & turbida, & cum sedimento repleta; his tamen apparentibus spes est salutis. Cura peracta, ad abigendum cutis flavum colorem conveniunt *frictiones* & *balneatio.*

Willis.

Art. 49. Curatio icteri inchoanda est cum *vomitorio*; ℞ *Fol. asari* N°. 9. *incis. & contus. affund. vin. alb.* ℥iij. exprimatur succus, & detur cum regim. Remedium vulgare, & *empiricum* apud nostrates est, vt 9 *pediculi vivi* sumantur mane, per 5 vel 6 dies, quo remedio (cum alia minus efficerent) plures sanatos audivi. *Chalybeata* ut in aliis *cachexiæ* affectibus, ita in hoc juvamen præstant, atque hinc est quod *acidulæ* frequenter post omnia prosunt. „ Cum apozemate „ sequente (inquit *Dolæus*) semper initium curationis „ facere soleo. *Vomitorium & alia remedia.*

℞ *Rad. Tarax.*
—— *Chelidon. Maj. ana* ℥j.
Herb. Cichor.
—— *Fragar. ana* Mjß.
—— *Marrhub. Alb.* Mß.

Digitized by Google

Tartar. Alb.
Fol. Senn. ana ℥j.
Infund. in Vin. Alb. & Aq. Font. ana p. a.
Coq. ad ℔ij *Col.*
F. Apozema.

VELSCHIVS.

Eſt affectus in prægnantibus ſatis frequens.

Art. 50. Mulieres ſæpe geſtationis tempore fiunt *ictericæ*, præſertim in ultimis menſibus; an quod bilis tunc temporis viſcoſior evadat, & ita in glandulis hepaticis non ſecernatur; an quod uterus tumens comprimendo inteſtina in cauſa eſt, quod ductus choledochus nimis compreſſus bilem in inteſtina non tranſmittat: notandum eſt, quod hic morbus in prægnantibus *poſt partum* ſtatim evaneſcat.

SAMPSONIUS.

Sapo caſtellienſis.

Art. 51. Saponis caſtellienſis 3ß. *in hauſtul. vin. alb. ſolut.* valet ad urinas provocandas in ictero & hydrope experimento *domus Bedfordienſis*, ubi pro magno ſecreto habetur. *Sylvius* hoc idem medicamentum laudat, ſed in lacte ſolutum ob ſalem fixum & oleoſam ejus ſubſtantiam. Ego quoque in nonnullis *ictericis* expertus ſum, in his cum fructu, in illis aliter. Ubi acidi humores vel in *ictericis*, vel in *hydropicis* abundant, credo hoc medicamentum valere, quoniam ab acri ſale fixo temperantur, ſubiguntur, & per vias urinarias expelluntur: & e contra ubi acres humores dominio potiuntur, acre medicamentum nihil valet; metuo, ne noceat.

FARRAGO.

Dubitatio.

Art. 52. Dubitatur, an icterus ſemper oriatur ab obſtructione bilis; quoniam neque in ſanguine vel urina ictericorum ulla eſt *amarities*; icterus etiam generari poteſt ſine hepatis obſtructione, *teſte Sylvio*, & obſtru-

Digitized by Google

obſtructiones in hepate non ſemper pariunt icterum, *authore Ettmullero.* Aliquando oritur ex animalium quorundam morſu. Ictericorum alvus & aperta & fæces flavo colore tinctæ [interdum] conſpiciuntur. *D. Gailard in Theſi apud Cantabrigienſes.*

Art. 53. Si ſit ſuſpicio *hepatis ſcirrhi*, apprime conveniunt fotus & empl. ſeq. *In hepatis ſcirrho.*

℞ *Fol. Malvæ*
—— *Althææ*
—— *Abſynthii*
Flor. Melilot.
—— *Chamæm. ana* Mj.
Fol. Meliſſ.
—— *Chamæpit. ana* M ß.
Sem. Fœnugr. ℥ ß.
Coq. ex Aq. ℔v. *ſub finem*
Adde Vin. Alb. ℔ij.
F. Fotus.

Cum *pannis laneis* foveatur latus, deinde ſuperimponatur *empl. de cicuta cum ammoniac.* vel *de ranis cum mercurio, Pitcarnius in* MS. Si vero jecur durum ſit i. e. ſcirrhoſum, res eſt deſperata. *Hippocr. Aphor.* Si morbus diu duret, *hydropem* minatur.

Art. 54. Candidum ex avium fimo eſt earum urina, ideo confert ictero, qui morbus *inflatio* eſt; album in *anſerino ſtercore* diligenter abraſum ſiccatumque privatim ad icterum facit. *Liſter.* In ictero pertinaci, medicamentis uſitatis minus cedente, ex repetitis experientiis omnibus commendo *Æthiopem mineralem, tanquam remedium in hoc affectu potentiſſimum.* Icterus in ultimo ſtadio ſanguinem fundens per ſedem, per urinas, per ipſam cutem, per ſputum, vel ſtillicidium ex naſo, &c. vix unquam curatur. *Avium ſtercora.*

Digitized by Google

Boerhaave. *Art. 55.* Instar omnium religiose consulendus est præclarissimus *Boerhaave*, qui de *ictero multiplici*, & de *hepatitide* egregie scripsit. *p.* 201.

Remedia varia. *Art. 56. Stercus ovinum* in cerevisia infusum pro pauperibus est laudabile medicamentum. Decoctum *sem. cannabin. sapo venet. flores sal. armoniaci martiati, ens veneris*, &c. sunt remedia optatissima. Ut etiam sequentia, *cerevisia ictherica*, *decoct. berber. decoct. icteric. expressio milleped. icteric. haust. saponac. pil. icteric.* [probatissimum medicamentum] *vinum chalybeatum.*

CAPUT IX.

SIVE FASCICULUS MORBORUM NONUS.

RHEUMATISMUS.

SYDENHAM.

Rheumatismi historia. *Art. 1.* Nullo non tempore, maxime autummo cum rigore & horrore & cæteris febrium symptomatibus adoritur, elapso uno vel altero die (citiusve) dolor adest atrox nunc in hoc nunc in illo artu, in carpis, humeris, & genubus præsertim, vicissim hos relinquens & illos occupans, frequentius cum rubore & tumore. Febris sensim evanescit, manente dolore: est morbus diuturnior, aliquando per menses aliquot durans, & annos, non continuo, sed paroxysmis repetitis. In *lumbagine rheumatica* immanis dolor adest circa lumborum regionem fixus, *nephritin* mentiens, nisi quod æger non vomituriat. In rheumatismo sanguis pleuriticorum similis est.

Lumbago rheumatica. *Art. 2. Sanguis mittendus* est ad tertiam quartamve vicem, habita ratione virium, alternis vel tertiis diebus. *Victus* admodum *tenuis* præbendus est; æger quotidie

Digitized by Google

quotidie e lecto ad horas aliquot exſurgat. Potus ordinarius ſit cereviſia tenuis vel potius ptiſana ex *hordeo rad. liquirit. acetoſ.* &c. vel *emulſio;* parti dolenti applicari poteſt cataplaſma ex *pane albo* in lacte coct. cum antillo *croc.* diebus a venæ ſectione liberis injiciendum eſt *enema* ex lacte ſaccharato, vel ex decocto communi pro *clyſtere*, &c.

Aliæ medendi methodi.

Art. 3. Si imbecillitas ægri *phlebotomiæ* repetitionem non ferat, tum poſt ſecundam vel tertiam venæ ſectionem curatio alia methodo tentanda eſt, videlicet capiat alternis diebus potionem *purgativam* communem, donec convaluerit, & iiſdem noctibus *pareoricum* ex *ſyrupo de mecon.* his minus ad votum conducentibus, *antiſcorbuticis* morbi reliquiæ fugandæ ſunt. In juvenibus, atque iis, qui temperate vixerunt, vino non plus æquo dediti, rheumatiſmus *diæta ſimplici* admodum *refrigerante*, & mediocriter *nutriente*, atque feliciter, ac repetitis *venæ ſectionibus* profligari poteſt, nempe *diæta* ex ſolo *ſero lactis.*

SCHMITZIUS.

Rheumatiſmus eſt quodammodo arthritis univerſalis.

Art. 4. Per rheumatiſmum vulgo intelliguntur dolores erratici externum corporis habitum occupantes; crebri quandoque ac leviuſculi horrores adſunt; febris ſi quæ adſit, mitis, noctu plerumque recrudescens. Sede, nocturna exacerbatione & contumacia *morbi venereæ* cruciamina æmulatur. Lubricus eſt rheumatiſmi in *arthritidem* tranſitus; nam communis eſt utriuſque morbi materia, hinc *arthritis univerſalis* quibusdam appellatur.

Indicationes curativæ.

Art. 5. Commodius *ſudoribus* ſolvitur. *Venæ ſectio* ſemper in hoc affectu curando eſt neceſſaria; eſt enim remedium ἡγεμονικὸν, neque ſine magna ſanguinis jactura & virium ruina domari poteſt; poſt venæ ſectionem *emetica* fortiora ſunt propinanda, hinc *purgantia* leniora, ut pulv. *Comitiſſ. Warvicenſ.*

Digitized by Google

&c. Partes affectæ foveantur tepide cum *lapide medicamentoso* in aq. pluviali solut.

MUSGRAVE.

Lentor in sanguine a sale alcalico provenit.

Art. 6. In rheumatismo ab acri sale alcalico, quam ab acido, lentorem fieri longe probabilius, *Baynardi* experimento liquet, videlicet ex rheumaticorum urina, salis alcalici ejus, quem habent sani bonaque utentes valetudine, pars quasi trigesima, nec quidem supra, destillando elicitur: unde conjicitur, salem istum in sanguine retentum pituita (forsan adjuvante oleo, veluti in *sapæ* compositione) irretiri involvique, & ad viscidum in rheumatismo faciendum, ad dolores & tumores inferendos opere quidem maximo contribuere. Serum quoque sanguinis rheumatismo laborantium *syrupo violarum* admixtum viridescit, & cum *mercurio sublimato* albissimum deponit concretum.

Vomitoriorum præstantia.

Art. 7. De magna efficacia *vomitorii* aliquoties repetiti in hoc morbo debellanda dignus est, ut consulatur, auctor. *p. 26. Balsamo sulphuris terebinthinato* artus motu privati bis de die superillinantur, vel etiam *vernice terebinthinat. oleum terebinthinæ & camphora* sunt remedia interne & externe proficua.

ETTMULLER.

Rheumatismus cum arthritide convenit.

Art. 8. Arthritis vaga scorbutica seu rheumatismus re vera cum *arthritide vera* convenit, accidentibus saltem variat, terminatur nunc per sudorem aut urinam, aut per eruptionem cutaneam, instar purpurae relicta cutis asperitate: adsunt interdum gravissimæ præcordiorum anxietates, sitis clangosa, sudores, dolores lancinantes & pungentes; imbecillitas ad motum, locorum dolentium tumores, &c. fundamentum hujus morbi est sal scorbuticum fibras vellicans.

Art. 9.

Digitized by Google

Art. 9. Vomitus in principio convenit; *venæ* sectio in principio & incremento; *volatilia* non debent exhiberi in principio, sed *alcalia & testacea*, ut etiam *antimonium diaphoretic. cinnabaris antimonii*, speciatim *arcanum duplicatum Mynsichti*; postmodum fiat accessus ad *volatilia* cum *antiscorbuticis* mixta, *lumbrici terrestres* est remedium sine pari in vino infusi, vel in sero lactis cocti, vel pulverisati; *millepedes* etiam commendantur. Declinante morbo conveniunt remedia ex *pino* vel *abiete* [*scobs abietis* in sero lactis coct.] *rob bacc. junip. Sambuc. Decoct. e lignis. Decoct. strobilorum pini* curam fere absolvit. Externe locis dolentibus applicandi sunt *lumbrici terrestres* donec moriantur. *Curatio.*

FARRAGO.

Art. 10. Miasma rheumaticum quandoque cerebrum, pulmones & viscera obsidet cum dolore & ægritudine excrucians. *Boerhaave.* *Partes nobiliores quandoque obsidet.*

Art. 11. Dedi nonnunquam *terebinth. venet.* ℥vj. vel ℥j. (& tantam ejus quantitatem veteres vulgo adhibebant) cum vitello ovi solut. in hausto quodam, non modo in *paralysi*, verum in *arthriticis* & *rheumaticis* affectibus cum optimo successu, sed in hoc postremo affectu *venæ sectio* debet anteire, & si opus fuerit, repeti. *Harris.* *Vires terebinthinæ.*

Art. 12. Infusio *stercoris equi masculi* in vino tenui vel liquore Posset. facta, ad ℥iv. vel vj. bis in die propinato est medicina in hoc affectu minime contemnenda. *Willis.* „Et nunc, quoniam de medicamentis sordidis sermo agitur, prætereunda non est *Urina vaccæ* „apud *Parisienses*, & etiam non ita pridem *Londinenses*, perquam celebrata, non modo in rheumatismo, „sed etiam arthritide, hydrope, Asthmate, ictero, &c. „ curandis. *Memoir. de l' Acad.* Vol. XI. p. 41. *Stercoris equi.*

Lini *sylvestris* cathartici herba integra cum caulibus & capitulis vino albo leni calore infusa satis valide purgat serosos humores, indeque in *Rheumatismo* valde *Linum sylvestre.*

Digitized by Google

prodeſt; ſed non niſi robuſtis propinanda eſt, quorum plurimos, ruri degentes, ſolo uſu iſtius remedii curatos vidi. Non novi præſtantius remedium quam *rhabarbarum* diu continuatum ad hunc morbum contumacem oppugnandum. Et ſi malum ſit habituale, ejuſdem *maſticatio* non modo morbum tollit, ſed etiam *recidivationem* præcavet. In corporibus languidis & emaciatis; hujus morbi diuturnitate, nec non medicamentorum farragine, fractis & detritis, *lac aſininum cum pulveribus teſtaceis*, vel ſaltem *diæta lactea* plerumque felici adjumento eſſe poteſt.

Rhabarbarum.

Lac Aſininum.

Art. 13. Ad rheumaticos lumborum dolores potum *lactis* cocti cum aqua decoctione *theæ* & mane ſumptum ad ℔ j. circiter, feliciſſime ſum expertus. *Baglivus.*

Infuſ. theæ lacteæ.

Art. 14. Remedia *antiarthritica* & *antiſcorbutica* fere omnia hic conferunt, præcipue declinante morbo & intervallis. Pil. *volatil. epithema ſaponaceum unguent. ſalino-volatile.* &c.

Remedia varia.

SCORBUTUS.

BARBETTE & DECKERS.

Art. 15. Scorbutus eſt aliqualis *cachexiæ* ſpecies ab humore melancholico peculiariter corrupto ortus; in *calidum* & *frigidum* plerumque diſtinguitur; ſed re vera omnis provenit ab unica cauſa, nempe lympha vel pituita craſſa, unde tot ſymptomata pro temperamentorum & locorum diverſitate, ex variis obſtructionibus & humorum ſtagnationibus, quadraginta novem diverſa enumerat *Eugalenus* in ſuo tractatu de *ſcorbuto*; ſed illa omnia nunquam concurrunt in uno eodemque corpore. Conqueruntur de dolore interdum punctorio, plerumque gravativo capitis, de cordis palpitatione, anguſtia; inflatione ventriculi, tenſione ventris; tuſſiunt, putant ſe interdum ſuffocari, difficulter reſpirant, vomunt, febricitant, appetitus proſternitur, ſingultu, ructibus,

Scorbutus qualis morbus.

Symptomata varia.

Digitized by Google

ructibus, flatibus, convulsionibus vexantur, tremunt, lassi sunt artus, maculis rubris vel purpureis aspersi, (quæ tamen non sunt multi faciendæ, nisi degenerave-rint in ulcera, vel elevatæ sint) adest plerumque oris pruritus, gingivarum erosio, cum sanguinis effusione, dentium vacillatione ac nigredine, halitus gravis, immo cum teterrimo aliquando odore; salivatio adest multa, urina cruda & tenuis, jam vero crassa & rubra, immo fere nigra, pulsus semper inæqualis, ac ut plurimum debilis, dolores vagi, imprimis crurum, præcipue noctu ingravescentes; ulcera maligna, tumores varii generis plerumque œdematosi, sudores copiosi, ipsa atrophia, viriumque defectus, carus & sopor profundus, hydrops, &c.

Art. 16. His regionibus adeo familiaris est, ut nullus fere reperiatur morbus, cui non aliquid scorbuti subsit: vere & autumno maxime infestat, in adultis & senibus gravior est; inveteratus & hæreditarius difficillime curatur; solvitur aliquando per *alvum* vel per *hæmorrhoides*, vel per *urinam*; aliquando in alios morbos degenerat, scilicet, *hydropem*, *atrophiam*, *apoplexiam*, *epilepsiam*, *stuporem*, aut *convulsionem*; interdum scorbutici subito moriuntur; dysenteria rarissime laborant, plerumque *diarrhœa* vel *lienteria*, quæ difficulter curantur, longo temporis tractu ægros necant *hydropicos* vel *tabidos*; respiratio difficilis non adeo periculosum est malum, quam vulgo putatur. „Scorbutus fixam „habens sedem (inquit *Waldschmidius*) raro curatur, „nisi quandoque palliative: impossibile enim est san„guinem totaliter corruptum ad statum naturalem re„ducere. *Diæta* in hoc malo est optima medicina, de „qua videatur *Sennertus* in praxi. *Est morbus frequentissimus & diuturnus, & difficilis curationis.*

Art. 17. Exactissima *diæta* medicamentis præstat, sine qua scorbutus sensim fit incurabilis; *venæ sectio*, non prodest, *purgantia* fortiora nocent, sufficiunt suo tempore leniora; præparandi sunt humores *incidentibus*, inter *Curatio.*

Digitized by Google

inter quæ *falia volatilia* quæcunque primarium obtinent locum. *Antiſcorbutica ſimplicia primaria* ſunt *radix raphan. ſylv. oxylapath. petaſitid. ſcorzoner. taraxici, zedoar. angel. polypod. helenii, lignum guaiac. ſaſſafr. ſem. ſinap. ſol. cochlear. becabung. naſturt. aquat. trifol. paludoſ. acetoſ. perſicar. mala aurant. acidor. pom. citri. bacc. junip. ſem. dauci. gum. ammoniac. lacc. crem. tart. tartar. vitriolat. chalybs*, &c. Saccharum & ſaccharata omnia *ſcorbuticis* nocent. „ Omnem ſcorbutum „ (inquit *Dolæus*) feliciter intra 12 dies, diis faventibus, „ tollam per *mercur. dulc.* & re vera dulcificatur ſin- „ gulari & peculiari motu ſublimatum, ut duntaxat ſu- „ dorem moveat, & nullam efficiat ſalivationem, cujus „ ope omnes ſcorbuti humores intra prædictum tempus „ conſumuntur & educuntur, ſed durante hac cura ni- „ hil bibendum, niſi decoctum appropriatum, & ab aci- „ dis & carne ſuilla abſtinendum.

Vires mercurii dulcis.

Art. 18. Singulorum ſymptomatum curam peculiarem videre licet apud *Eugalenum*, cujus hæc ſumma eſt; quod omnibus *ſpecificis* parti affectæ dicatis admiſcenda ſint *antiſcorbutica*. In difficili reſpiratione *ſp. ſalis armoniac. cum tinctura croci & aq. cochlear.* ſpecifice prodeſt. (27.)

Gingivarum laxitas.

Art. 19. In gingivarum laxitate & putrefactione *tinctura gum. lacc. ſp. cochlear.* &c. pro lotione item miſtura ſequens.

℞ *Pulv. Rad. Ireos. Florent.*
Gumm. Lacc. ana ℥j.
Alum. uſt. ℈j.
Mel. Roſ. q. ſ.
Spirit. Sal. parum pro grato acore.
M. F. Miſtura.

(37.) (46.)

Dolores vagi.

Art. 20. In doloribus vagis crurum, &c. inter externa topica *epithema ſaponaceum* (16. 129.) maxime commendantur. (38.) (48.)

Art. 21.

Digitized by Google

Art. 21. In torminibus ventris convenit *ſp. ſal. armoniac. cortic. aurant.* infuſ. cumque *ſp. junip.* vel *ſem. aniſi* mixtus: externe fotus, & linimentum ſeq. ℞ *Ol. lumbricor. terreſt. chamæm. ſp. cochlear.* ana p. æ. (29). *Tormina ventris.*

Art. 22. In convulſione & contractione interne convenit *ſp. ſal. armoniac. cortic. aurant. ſalv. & rorimarino* affuſus, item *ol. hyperic. & cochlear.* pro inunctione tendinum. (30.) (51.) *Convulſio.*

Art. 23. In eryſipelate (II. 21.) præter externa exhibeantur *ſudorifera*, ut *rob ſambuci*, ſp. *ejusdem*, *bezoar. mineral. ſp. ſal. armoniac. cochlear.* &c. *Eryſipelas.*

Art. 24. In atrophia non datur præſtantius remedium quam *lac caprillum ſpiritu aliquo antiſcorbutico* prius ipſi inſtillato. (31.) *Atrophia.*

CHARLETON.

Art. 25. Scorbutus in his regionibus ſeptentrionalibus eſt morbus *endemius*, & maxime frequens in locis boreæ patentibus, fuliginoſis, paluſtribus & maritimis; huc faciunt quoque inſalubres ædium calce recens obductarum exſpirationes; & in carcerum, fornicum ſpeluncarumque anguſtiis concluſus, nec ſolutus ſyderum luce aër. Scorbuto præ aliis maxime tentantur ii, quibus alimenta ſale ac fumo indurata, craſſa, viſcida, terreſtria, nautica, atque id genus alia, quæ nec facile digeri, nec ad ſtatum ſummæ fluxilitatis cito perduci norunt, diutino in uſu ſunt; item quibus vina polygophora & ſpiritus ardentes ſunt in deliciis, utpote ex quibus confertim ſcaturientes particulæ ſalinæ & ſulphureæ ſanguinem ſuccumque nutritium fœda rauciditate inficiunt; adjice & illos, qui oxygari, omphacii, acetariorum, aceti, &c. ejuſdem commatis condimentorum languenti per luxum ſtomacho male conſulunt; acida quippe omnia ſtrenue faciunt ad productionem *melancholiæ hypochondriacæ*, quæ ſcorbuto adeo affinis eſt, ut non niſi gradibus quibus- *Scorbuti cauſæ inſigniores.*

Digitized by Google

quibusdam ab eo differre videatur; ſub eodem cenſu cadunt inſalubres potus, aquæ nimirum corruptæ, craſſæ, fæculentæ, graves, ſubſalſæ, cereviſiæ, & vina vitioſa. Qui delicate vivunt magis ſcorbuto obnoxii ſunt, quam qui laborioſe, fœminæ viris, urbani agricolis, ſtudioſi obtuſis, &c. Plures ſibi ſcorbutum *contagio*, quam ex aliis ullis cauſis forinſecus adventibus contrahunt.

Cauſa ſcorbuti ſecundum Dolæum.

„Cauſa ſcorbuti (inquit *Dolæus*) „eſt ſal fixum acre in maſſa ſanguinea, in qua latent „multæ particulæ vel acidæ vel muriaticæ; *acidæ* „quando ſanguis craſſior & nigricantior apparet, *muriaticæ* vero, ubi conſiſtentia amiſſa tota diffluit; cer„tum eſt utcunque ſcorbutum non ſemper ab una ali„qua ſingulari & ſimplici cauſa proxima ortum ſuum „habere ac dependere, ſed ſæpe a multiplici: tot enim „ſcorbuti ſpecies ſeu differentiæ dici poſſunt, quot „ſunt vitioſæ ſanguinis tincturæ e ſalibus diverſis „(quæ propemodum infinitæ ſunt) & horum diverſi„moda combinatione ortæ.

Remedia ad ſcorbutum acidum.

Art. 26. Acido ſcorbuto affectis nullum (ſpondemus) ſive præſentius, ſive certius adhibueris remedium, quam *lactis*, *emulſionum ex amygd. dulc. decoct. chinæ. juſculorum conſummatorum & cæter. antiacidarum & analepticorum* uſum ad plures ſeptimanas productum.

Diſpnœa.

Art. 27. Difficilis reſpiratio oritur plerumque vel a ſanguine grumeſcente vel ab irritatione ſpaſmodica a ſalium ſtimulis; in priore caſu conveniunt *incidentia*, *ſpiritus & ſalia volatilia*, *viperina*, *ſimus equinus*, &c. aliquando *venæ ſectio* eſt neceſſaria; in poſteriori caſu *antiſpaſmodica*, *ſpiritus caſtorei*, *lavendulæ*, interdum *opiata*. (18.) (44.)

Diarrhœa.

Art. 28. In diarrhœa ſcorbutica pluribus indicationibus ſatisfacit *rhabarbarum* modice toſtum, quo præmiſſo, cæteris omnibus merito præfertur *crocus martis aſtringens* cum *conſerva roſ. rub.* (36.)

Art. 29.

Digitized by Google

Art. 29. In torminibus ventris *lac asininum*, *caprillum*, aut *serum lactis vaccin.* adhuc a coagulo tepidum, sunt remedia proficua: his enim mitigata post tormina primarumque viarum purgationem propinatis, non alvina tantum regio, sed totum etiam corpus perfectum *neoterismum* consequetur; sed omnium instar sunt *aquæ minerales cathartic*æ, ut *Ebshamienses*, harum virtus est plane admirabilis [nec minores sunt vires *aquarum Bathonienſium.*] (21.) *Tormina ventris.*

Art. 30. In paralysi, stupore, tremore, &c. conveniunt remedia *invigorandis corroborandisque cerebro & nervis* appropriata cum *antiscorbuticis generosioribus* conjuncta, item *Balneatio* in *thermis sulphureis* [& earundem *aquarum* potatio] (22.) *Paralysis, stupor.*

Art. 31. Atrophia scorbutica partium nutriendarum crimine contingit. Inter *deobstruentia* haud scio an quicquam utilius datum sit *acidulis*, quæ facile in adyta mesenterii & glandularum sese penetrantes vias chyliferas omni ab infarctu liberant, nec tamen ullum interim relinquunt sive caloris sive acrimoniæ vestigium; locum etiam habent *lac asininum, caprillum, jusc*ula *instaurantia ex limacum, cancrorum astacorumve fluviatilium carnibus*, &c. (24.) (32.) (51.)

Art. 32. In atrophia scorbutica interdum contingunt dejectiones unguinosæ, quasi adipe vel oleo perfusæ, nimirum solidarum partium colliquationes sunt: ægroti *hecticorum* more sunt tractandi, advocatis simul in subsidium *antiscorbuticis temperatioribus.* *Dejectiones unguinosæ.*

WILLIS.

Art. 33. Scorbutus non est affectio simplex, sed potius morborum *legio*; secundum vulgares appellationes dicitur *biliosus* sive *calidior* exanthematibus aliisque symptomatibus apertioribus se prodens; vel *melancholicus*, cujus virus quasi sub cineribus latet. Dolor ventris scorbuto adeo familiaris est, ut juxta *idioma* *Scorbutus est morborum legio.*

Germa-

Digitized by Google

Germanicum Scheurbuyck exinde nomen acceperit; hoc ſymptoma nonnullos, in mitiori licet gradu, fere continuo affligit: in quibuſdam vero dolores valde acuti ſunt, & tanquam affectiones *colicæ* frequenter eveniunt; paroxyſmo autem diutius perſiſtente cruciatus ſæpenumero in lumbos & dorſum propagantur, & exinde in membra totius corporis diffunduntur, tujuſmodi affectioni non raro *paralyſis* ſuccedit: ratio eſt, quoniam nervi lumbares & meſenterici intime communicant, ac pluribus in locis inoſculantur. Dolores etiam alibi frequenter ſentiuntur, ut in capite, pectore, cruribus &c. Novi plures ſcorbuticos dolore moleſtiſſimo ſubter *ſternum* excitato perquam diu vexatos, ut in quibuſdam nihil minus quam *abſceſſum* in mediaſtino latentem ſuſpicarer. Cephalalgiæ ſunt frequentiſſimæ et intolerabiles, ut & tibiarum dolores atrociſſimi.

Dolores varii.

Cathartica & digeſtiva.

Art. 34. Si ægrotantis conſtitutio ſit calidior, *aloetica* & *diagridiata* vitentur, & temperatiora ex *ſenna*, *rhabarb.* &c. exhibeantur pro *cathart.* Inter medicamenta *digeſtiva* merito recenſentur *cremor tartari*, *tartar. vitriolat. tinct. ſalis tartari*, *elix. proprietat. mixtura ſimplex*, &c. Tincturæ cum menſtruo ſequenti melius ac facilius conficiuntur, quam vulgari modo;

℞ *Spirit. Vitriol. rectificat.* ℥vj.
—— *Vini Alcoholiſat.* ℥xvj.
M.

Et diſtilla in retorta vitrea cum ternis cohibiis.

Art. 35. Præter ſcorbuti curam radicalem medicus ſymptomatibus gravioribus ſublevandis ſubinde operam navare debet.

Diarrhœa.

Art. 36. In diarrhœa inveterata methodo ſequenti ſæpe bono cum ſucceſſu uſus ſum; imprimis purgatio cum

Digitized by Google

cum *infuso rhabarbaro*, *aromaticis astringentibus adjectis*, instituatur, & aliquoties iterata intervallo trium & quatuor dierum: cæteris diebus sumatur dosis elect. seq. bis in die.

℞ *Conserv. Absynth. Vulgar.* ℥vj.
Spec. Diarrhod. Abbat. ℥ij.
Santal. Alb.
—— *rub. ana* ℥j.
Croc. Mart. opt. ℥ß.
Syr. Chalyb. q. s.
M. F. Electuarium.

(9. 28.)

Art. 37. Quoad oris vitia, quando caro gingivarum intumescit & fungosa evadit, valet *gargarisma scorbuticum nostrum:* quando gingivæ putrescunt & corrumpuntur, medicamenta fortiora adhibeantur, imprimis infusio *lapidis medicamentosi*, & *astringentia* in dentium vacillatione. (19.) (46.) *Oris vitia.*

Art. 38. In artuum doloribus *sudorifera* cum julap. ex *aq. cochlear.* & *sp. lumbricorum*, & *diuretica*, item *lumbrici terrestres* quocunque modo usurpati frequenter juvamen præstant; aliquando tamen *phlebotomia* convenit. „Infusum *stercoris equini masculi*, decoct. „e *lignis*, *gum. guaiac.* &c. hic locum habent. „ (20.) (48.) *Artuum dolores.*

Art. 39. Crepitus ossium medelam vix admittit. „Nec mirandum; nam ex cadaverum sectionibus pa„tet *epiphyses ab ossium extremitatibus sejungi & peni„tus separari;* unde sonum crepitantem inter moven„dum edunt. *Memoir. de l'Acad.* Vol. III. p. 238.

PITCAIRN.

Art. 40. Scorbutus est congeries plurium morborum natura diversorum. Uti febris est vitium sanguinis, sive omnium *excernendorum*, intra arterias *Scorbuti essentia.*

Digitized by Google

dum fluunt, ita ſcorbutus eſt vitium omnium aut multorum ſimul *excretorum*, dum per excretoria fluunt ſua; vel eſt defectus, aut augmentum in excretoriis canalibus. Pulſus in omnibus ſcorbuticis eſt tardus (inter ſigna *pathognomonica*) ideoque generaliter *naſturtia* & *antiſcorbutica* dicta proſunt; quia talia remedia pulſui frequentiam conciliant.

Curatio. *Art.* 41. Scorbuti cura optime eruitur reſolvendo ipſum in ſymptomata, quibus conſtat, quorum remedia ſunt nota.

Maculæ. *Art.* 42. Pro maculis in ſcorbuto exhibe *anti-ictterica*; nam maculæ iſtæ ſunt lividæ & fere nigræ, ut in ictero nigro. (47.)

ETTMULLER.

Signa ſcorbuti primaria. *Art.* 43. Præ aliis *Belgæ* & *Angli* ſcorbuto ſunt obnoxii, urina plerumque eſt nimis flammea, vel cum arenulis iſtis rufis imprægnata, in ſummitate vari-colorata inſtar candæ pavonis; jejuno ſtomacho frequens eſt ptyalismus. Sequentia ceu ſigna primaria ſcorbuti recenſet *Lindanus*, colorem purpureum ſemilunarem ſub concavo oculorum apparentem, cruentationem gingivarum, fœtorem oris, maculas in femoribus & tibiis, vacillationem genuum, phlogoſin & exæſtuationem per totum corpus.

Reſpiratio difficilis. *Art.* 44. Maxime obſervatu dignum eſt prognoſticon *Sennerti* de ſcorbuto; reſpirationis (inquit) difficultas & pectoris anguſtia periculoſum eſt malum, magis quam ſi medicus & adſtantes ſuum officium non faciant, ſæpe ægri *Syncope* præter expectationem intereunt; ſin vero fortior natura morbum diutius tolerare poſſit, plerumque in *hydropem* incidunt, præcipue ii, qui purgantibus fortioribus ſubinde uti ſolent. Scorbutus calidus difficilioris eſt curationis quam frigidus; inprimis ſcorbutus cum diarrhœa eſt periculoſiſſimus, inquit *Eugalenus*. (27.) (18.)

Art.

Digitized by Google

Art. 45. Basis curandi mali hypochondriaci & scorbuti est *vomitus* in majori dosi; *purgantia* fortiora nocent, *laxantia* conveniunt; alvus enim semper servanda est aperta; de usu *martialium* notabilis est cautela *Tachenii*; in iis, quibus viscera tumida & infarcta jam ad scirrhosam naturam degenerant, minus proficua. *Acetum* est nocivum, non tamen *succi acidi* vegetabilium & fructuum. *Lac* & omnia *lacticinia* in scorbuto, præmissis universalibus, quamdiu stomachus adhuc digerendo aliquid valet, sunt optima. *Mercurialia* sunt vitanda ob metum salivationis, *antimonialia* potius sunt eligenda. Ad curam conducunt *martialia* omnia, præmissis *digestivis* & *vomitoriis*, ut *sal digestivum hypochondriacum* [i. e. caput mortuum *sp. salis armoniac.* per solutionem, crystallisationem, &c. factum] *tartarus vitriolatus*, *sal absynthii* [*pulv. hyster.* (16. 236.)] *antihectic. Poterii*, *bezoar. min. elixir. proprietat.* &c. Præmissis ita *digestivis*, propinandum est *vomitorium*, inter quæ eminent *antimonialia*, *tart. emetic.* dos. a gr. iv. ad vj. & postea per alvum *laxantia*, inter quæ *gum. ammoniacum*, *extract. hellebor. nigr. rhabarbarum*, *mercur. dulc.* (sed parce.) Demum accessus fiat ad *martialia*, & *acidulas naturales*, *amara*, & *stomachica*, *arcanum duplicatum Mynsicht.* *Antiscorbutica specifica* sunt, *cochlearia*, *nasturt. flamul. Jovis*, *trifolium palustre*, *radix raphani*, *oxylapath. bardan. ari*, *sem. sinap.* *abies*, *junip. chin. sarsaparilla*, *sassafr. cort. winteran.* *citri*, *aurant. sp. cochlear. rob sambuci*, *juniperi*, *sp. sal.* *armoniac.* & *sal. volat. ejusdem.* *Curatio.* *Specifica.*

Art. 46. In gingivarum pathematibus succus *salviæ*, *cochleariæ*, *rorismarini*, *gum. lacc. myrrh. alum.* utramque faciunt paginam, cui addi potest *cremor*, *aquæ calcis* supernatans. (19.) (37.) *Gingivarum laxitas.*

Art. 47. Maculæ cutaneæ sunt semper bonum signum malæ causæ foras erumpentis; internæ conveniunt *diaphoretica*, *antihectic. Poterii*, *cinnab. antimon.* *Macula.*

Digitized by Google

Tinct. coral. &c. item *decoctum ſummit. pini* expectando ſudorem.

Dolores crurum. *Art. 48.* Ad dolores crurum interne *ſudorifera* decoct. *e lignis*, &c. Externe *ſp. junip. camphorat.* item *ſal. armoniac. in ſp. lumbricorum ſolut. Balneum quoque ex formicis earumque cubile eſt egregium* (20.) (38.)

Colica ſcorbutica. *Art. 49.* „Eſt & colica quædam ſcorbutica (inquit „*Waldſchmidius*) ubi ægri querunter de intenſo dolore „circa lumbos, & non in inteſtinis, ſed in muſculis „abdominis; ibi meſenterium afficitur, & cauſa morbifica hæret in plexibus nervorum ſucco nutrito depravato, ſæpe terminatur in paralyſin, & ceſſante „paralyſi redit dolor conſuetus. Conveniunt *anti-* „*ſcorbutica* & *nervina*, *diuretica*, *ſudorifera*, &c.

Colica & nephritis. Ad colicam & nephritin notham *ol. amygd. dulc.* in juſculo gallinaceo, item *ſperma ceti*, & *opiata* cum *catharticis*, *clysmata terebinth. ſtomachica & carminativa.* (56) De arthritide vaga ſcorbutica vide infra.

Capitis dolor. *Art. 50.* Ad cephalalgiam *ſal volatile ſuccini*, *cinnab. antimonii*, & uſus lactis.

Paralyſis, &c. *Art. 51.* Paralyſis ſcorbutica, ut & convulſiones & contracturæ curantur *vomitoriis*, *antiparalyticis*, & *antiſpaſmodicis* cum *antiſcorbuticis.* (30.) (22.)

Febris ſcorbutica. *Art. 52.* Febris ſcorbuticæ ſigna ſunt omnia ea, quæ per ſe ſcorbutum ſignificant; palmarium interim notetur ſignum, quod in febre hac adſint notabilia circa appetitum vitia, v. g. adeſt nimius, ut plurimum autem cum vomitu, aut depravatus, ut ad omnis generis falſa appetitus feratur, obſtructiones alvi contumaces, &c.

Curatio. *Art. 53.* Febres hæ curantur ut aliæ, adhibitis etiam *antiſcorbuticis*, *arcanum duplicatum* eſt optimum remedium, & *ſp. ſal. armoniac.*

FARRAGO.

Sydenhami *ſententia de ſcorbuto.* *Art. 54.* Scorbutus non ita frequens eſt morbus, ac

ac vulgo putatur; nam multi ex iis affectibus, qui ſcorbutici audiunt, ſunt vel effecta morborum fientium, vel reliquiæ nondum perfecte devictorum, quod facile probatur exemplo *arthritidis*, *podagræ*, atque *hydropis:* rebus ita ſe habentibus, methodus medendi non adulterinis illis ſymptomatibus, ſed ipſo morbo, qualisnam is demum fuerit, ceu perfecte formato, jamque actu exiſtenti accommodanda eſt. *Sydenham*, videatur locus m. p. 307.

Art. 55. Succi *limonum aurantiorumve* ſunt *antiſcorbutica* nunquam ſatis laudanda. „Peritiſſimi, inquit *Piſo*, nonnulli *Indiæ* medicaſtri plus præſidii in *limonibus* ponunt, quam in *lapid. bezoard.* ac *theriaca* contra malignos morbos, & peſtilentiales febres atque ipſa venena: Ego autem ſine jactantia affirmo, me ex nullo alio aliquo remedio ſimplici tot felices effectus in tota praxi mea obſervaſſe, quam ex *limonibus Liſter.* *Vires limonum & aurant.*

Art. 56. Sabulus rutilus tartareus in urinis ſcorbuticorum excerni ſolitus nephritidem ſpuriam ſæpius incit, quatenus angulis acutis ejusdem atomi gaudent od patet ex adhæſione ejus tam firma matulæ lateris, ut non niſi vi inde ablui poſſit) quibus partes nerſas vellicant, & tormenta ipſis nephriticis graviora citant, unde quoque ſæpius in ſtranguriam inducunt, quo caſu omnia *diuretica* calidiora malum exaſpet, *ſp. ſalis dulcis* tamen hic multum præſtat. *Ephem. rman.* Anno 30. obſ. 44. (49.) *Stranguria.*

Art. 57. Uſum remediorum ſequentium peritus n ignorat. *Æthiops mineral. aqua limacum ſcorbut. omnium florum, aq. raphan. comp. aq. ſcelotyrbica, evifia ſcorbutica, cereviſia ſcorbutica attemperans, ithema de calce, expreſſio ſcorbutica calida, expreſſio rbutica temperata, fotus podagricus, fotus ſpiriſus, galbanetum Sennerti, gargarisma contra fætom, gargarism. myrrhiſatum* 1, 2. *Gargarisma pru-* *Remedia varia.*

Digitized by Google

nellorum, miſtura ecphratica, pil. cathartic. ſcorbutic. ſerum ſinapinum, ſucci antiſcorbutici 1, 2. *tinctura cantharid.* 1, 2. *tinctur. gum. laccæ, tinctura antimonii, tinct. virginiana, pulv. ari comp. vinum viperinum, vitriolum martis.*

ARTHRITIS.

SYDENHAM.

Podagra Hiſtoria accurata.

Art. 58. Podagra exeunte *Januario*, aut incipiente *Februario* derepente & nulla fere præſenſione antecedente ingruit, niſi quod ventriculi cruditate, aut apepſia ad ſeptimanas aliquot æger laboraverit; corporis interim intumeſcentia quaſi ventoſa & gravitate, quæ indies augetur, donec tandem detonet paroxyſmus; quem paucis diebus præit torpor & quaſi flatuum deſcenſus per femorum carnes cum affectione σπασμοειδεῖ, tum etiam pridie paroxyſmi appetitus voracior, non tamen naturalis. Sanus lecto ſomnoque committitur, hora vero ſecunda poſt mediam noctem excitatur a dolore *pollicem pedis* ut plurimum occupante, quandoque vero *calcaneum*, *ſuram aut talum:* hic dolor eum refert, qui oſſium dictorum diſlocationem comitatur, cum ſenſu quaſi aquæ tantum non frigidæ partis affectæ membranis affuſæ. Mox ſequitur rigor cum horrore & febricitatione aliquali. Dolor autem hic primo remiſſior gradatim intenditur (pari paſſu rigor & horror recedunt) idque in ſingulis horis donec tandem ſub noctem ad apicem peruenerit, ſe ad varietatem oſſiculorum *tarſi* & *metatarſi*, quorum ligamenta obſidet, perbelle accommodans; nunc tenſionem violentam, vel ligamentorum iſtorum dilacerationem, nunc morſum canis rodentis, quandoque preſſuram & coarctationem exprimens: adhæc, ita vivum exquiſitumque habet ſenſum pars affecta, ut nec linteorum ſuper incumbentium pondus, nec cubiculi a fortiori ambulatione

Digitized by Google

tione concuſſionem ferre valeat; hinc mille conamina, ſitus tum ipſius corporis, tum membri affecti mutatio aſſidua, doloris ſedationem incaſſum exambit; quæ tamen non contingit ante horam ſecundam tertiamve matutinam (decurſo ſcilicet *nycthemeri* ſpatio a primo appulſu paroxysmi); quo tempore æger poſt materiæ peccantis modicam digeſtionem & diffiationem aliqualem, ſubito a dolore reſpirat. Jam leni madore perfuſus ſomno concedit, a quo evigilans, dolore multum imminuto, partem affectam tumore recenter occupatam cernit. Intra paucos dies alter pes eodem dolore torquetur, easdemque excitat tragœdias; nonnunquam etiam ambos pedes in initio occupat: poſtquam utrumque pedem exercuerit, qui ſequuntur paroxysmi abnormes ſunt, tum quoad tempus invaſionis, tum etiam quoad durationem, hoc tamen ubique ſervant, quod dolor noctu recrudeſcat, mane vero remittatur; atque ex ſerie horum paroxiſmulorum conſtat paroxysmus, qui dicitur podagræ, diuturnior breviorve pro ægri ætate, &c. quod in vegetioribus, & iis, quos podagra rarius inviſit, diebus ſæpe quatuordecim fit; in ſenioribus, atque iis, quos ſæpius afflixit, duobus menſibus, iis vero, qui aliquot annis podagrici fuerunt, non prius valedicit, quam ætas adultior eam fugaverit.

Art. 59. Ad quatuordecim primos dies urina colo- *Paroxysmi progreſſus & terminatio.*
ratior eſt, quæ poſt ſeparationem ſedimentum rubrum, & quaſi arenulis refertum deponit; nec æger ut plurimum niſi tertiam potulentorum quæ aſſumpſit partem per veſicam reddit; alvus item ad dictos fere primos dies conſtipata eſt. Appetitus proſtratio, rigor totius corporis ſub veſperam, partium etiam non affectarum gravitas & moleſta ſenſatio integrum paroxysmum comitantur. Recedentem paroxysmum excipit pedis affecti pruritus vix ferendus, maxime inter digitos, unde decidunt furfures, & pedes ipſi quaſi ab epoto veneno desquamantur.

Digitized by Google

Symptomata morbi post annos aliquot infestantis.

Art. 60. Atque hoc modo se habet podagra *regularis*, cum vero vel indebita medicatione turbetur, vel diuturnior invaserit, jam per annos aliquot, phænomena sunt multum diversa a jam descriptis; jam manus, carpos, cubitos, genua, aliasque regiones occupat; quandoque digitos distorquens, motu paulatim privans, tandemque concretiones, circa articulorum ligamenta, tophaceas generans, cretam vel oculos cancrorum æmulantes; nonnunquam in cubitis tumorem subalbum ciet, fere ad ovi magnitudinem, qui senfim inflammatur, nonnunquam femur occupans, sensum exhibet, quasi ingentis ponderis appensi, sine dolore tamen notabili; at genu exinde petens, id acrius urget, artus jam habet æger fere undequaque contractos & impeditos, ita ut claudicet, & permolestе prorepat.

In morbo inveterato minuitur dolor & augetur ægritudo.

Art. 61. Animadvertendum est, quod ubi quis ad multos annos podagra laboraverit; dolor singulis paroxysmis gradatim imminuitur, tandemque *ægritudine* potius afficitur, quam *dolore; dolor* & *ægritudo* quasi alternatim lacessit; DOLOR IN HOC MORBO EST AMARISSIMUM NATURÆ PHARMACUM, qui, quo vehementior est, eo citius præterlabitur paroxysmus, atque insuper & longior erit intermissio, & magis perfecta, & vice versa.

Neque venæ sectio neque catharsis nullatenus prodest.

Art. 62. In podagricis quamvis qui educitur sanguis pleuriticorum & rheumatismo laborantium sanguinem ut plurimum referat; attamen *venæ sectio* haud minus insigniter in hoc morbo afficere ægro, quam in duobus prædictis prodesse cernitur; *catharsis* etiam justissimis de causis damnatur. Tam in hoc, quam in aliis morbis quibuscunque, dempta sola peste, sudores proliceré non tam medici quam naturæ provincia est; ideoque curatio medicamentis *diaphoreticis* in cassum tentatur.

Unde difficilis est curatu.

Art. 63. In hoc morbo curando duæ sunt causæ principales præcipue spectandæ, prima est *causa antecedens*,

Digitized by Google

tedens, videlicet humorum indigestio a caloris & spirituum defectu orta, altera est *causa continens*, scilicet humorum calor & exæstuatio; hæ duæ toto cœlo discrepant, atque hinc quæ huic prosint remedia alteri obsint, unde hic affectus tam difficilis est curatu.

Art. 64. Quæ *ventriculum roborant*, & *concoctionem* adjuvant, medicamenta *digestiva* appellata, intentioni adimplendæ conferunt, hujusmodi sunt *radix angelic. enul. campan. & antiscorbutica*, e medicamentis vulgo cognitis *theriaca Andromachi* concoctionibus roborandis præ cæteris confert. Inter simplicia *cortex peruvianus* primas obtinet, cum sanguinem corroborat vegetumque reddit, si ejus grana aliquot mane & sero assumantur. Medicamenta *digestiva* modo laudata præcipue in paroxysmorum intervallis, idque longissime a paroxysmo insecuturo in usum revocanda sunt majori cum fructu. Liquor sequens, utpote qui gustu ac colore jucundo est, authori maxime arridet; *Præcipua indicatio curativa.*

℞ *Rad. Sarsaparil.* ℥vj.
—— *Chin.*
Lign. Sassafr.
Rasur. C. C. ana ℥ij.
Glycyrrhiz. ℥j.

Coq. in aq. font. cong. ij. per hor. dimid.

Deinde stent clause super ciner. calid. per hor. 12.

Postea ebulliant ad tertiæ partis consumptionem, cum primum ab igne amoveatur, infund. *sem. anis.* ℥ß. post hor. ij. coletur liquor & per residentiam depuretur, &c.

Art. 65. Tollere nodosam nescit medicina podagram; exercitatio tamen *tophorum* generationem præscindit, & etiam generatos & induratos solvit: si cuivis innotesceret medicamentum, quod & celare vellet, æque efficax in hoc morbo, ut in chronicis plerisque, ac est *equitatio*, constans & assidua, opes ille exinde amplissimas facile accumulare posset. (77.) *Tophi.*

Digitized by Google

Languores. *Art. 66.* In debilitate & languore ventriculi aut ventris torminibus neque *vinum gallicum rubrum* vel *theriaca Andromachi*, neque aliud quodlibet e *cardiacis* mihi hactenus notis pares habet vires, ac *vini canarienſis* hauſtulus ſubinde deglutitus languore atque ægritudine urgentibus.

Arthritidis retroceſſio. *Art. 67.* Sin autem gravius aliquod ſymptoma ex retroceſſu materiæ podragicæ ſubito ingruat, & mortem ægro minitetur, neque vino neque exercitio ſupra laudatis fidendum eſt, verum modo non caput, aut partes vel naturales vel vitales ejusmodi malum impetat, ad *laudanum* cum *cardiacis* permiſtis ſtatim confugiendum. Signum *retroceſſionis* materiæ arthriticæ, eſt ægritudo ingens cum vomituritione & aliquali ventris dolore; in hoc caſu congium unum liquoris Poſſet. vel alicujus iſtiusmodi devoro, & cum totum per vomitionem rejecerim, tum ebibo hauſtum *vin. canarin.* cum *laudan. liquid.* gt. xviij. in lecto ad quietem me componens. *Schedul. monit.* p. 120. (80).

Diarrhœa. *Art. 68.* Ad diarrhœam, ſi *laudano* non obtemperet, unicum remedium eſt, ut *ſudor* provocetur methodo & medicamentis huic uſui deſtinatis, quod ſi fiat ad biduum triduumve per duas tresve horas continuas, ſiſtetur ut plurimum diarrhœa, & morbi fontes magna vi in artus detonabit. (83.)

Peripneumonia. *Art. 69.* Metaſtaſis materiæ peccantis in pulmonum lobos pari modo tractanda eſt, quo peripneumonia abſoluta, videlicet *venæ ſectione*, &c. (87.)

Nephritis. *Art. 70.* Si podagricis ſuperveniat *nephritis* (quod ſæpiſſime accidit) poſthabitis aliis bibat æger magna copia *liquor. Poſſet.* cui *radix* (& *fol. alth. & malv.*) incoct. ſunt. Et injiciatur *enema*, & poſtremo exhibeatur *laudani* doſis grandior. (84.)

Therapia radicalis adhuc deſideratur. *Art. 71.* Therapia *radicalis* podagræ adhuc in *Democriti* puteo latet: neque temere curanda eſt arthritis; quid enim eſt niſi naturæ providentia ad depurandum ſenum

Digitized by Google

senum sanguinem, atque expurgandum corporis profundum, ut cum *Hippocrate* loquamur.

LISTER.

Art. 72. Ductus humori pituitoso in artubus excernendo dicati, aliquo modo labefactati, i. e. vel laxati ab improbo aliquo exercitio, maxime a cibo, ex nimia venere, a qua tot motus articulorum convulsivi, ex frequenti usu vini, &c. quibus iidem ductus vehementer resolvuntur, vel ex naturali quadam imbecillitate, qua contractioni impares sunt; vel obstructi ex aliqua longa hæmorrhagia; ex crapula & otio, humor ille ex crudo jam & lento sero confectus, in ductibus articulorum excretoriis moram trahendo, facile putredinem & acrimoniam concipit, & ichorosus tandem fit; ipsa denique ossa rodendo, illa in tophos dissolvere potis est: quod satis constat ex ossibus cariosis verniculato quodam opere profunde insculptis. Unde primum atrox dolor, nempe a continua distentione & dilatione ductuum, a corrumpente humore, ex nativa autem partium istarum conformatione dolor acerbior evadit: atque hinc illi sensus strictura infinitæ, compressionis, ponderis, caloris urentis, lancinationis, punctionum, rosionum, ut humor putrescens in angustis & vix dilatabilibus ductibus impactus viam sibi faciat. *Arthritidis causæ.*

Art. 73. Ad dolorem mitigandum (78.) sequens cataplasma præscripsit: *Ad dolorem & fitim in arthritide laborantibus.*

℞ *Mic. Panis Siliginei ex Lacte coct.* ℥j.
Croci ʒß.
Aloes Succotrin. ad pulv. sicc. & friabilem ustulat. ʒiij.
Ol. Liliorum albor. q. s.
M. F. Cataplasma.

&c. Alio paroxysmo atroci *Emplast. viride Glyconis* (16. III.) apud *Scribonium Largum* descriptum adhibui non

Digitized by Google

non minori cum succeſſu. Decurſu morbi ad ſitim leniendam convenit hujusmodi *aq. limac. ad* ℥vj. ter in die.

℞ *Cochlearum hortenſ.* ℔vj.
Nuc. Moſchat. ℥j.
Lact. recent. ℔xij.
Caute diſtillentur evitando Empyreuma ad medias. Sing. ℔i. adde
Succ. Limon. matur. ℥ß.
Sacchar. cand. q. ſ.
M.

Quantum valet abſtinentia.

Art. 74. Unica illa aurea regula de abſtinentia mihi certe maxime arridet; nempe ut iis, quibus aut integra ſanitas, aut longiora valetudinis bonæ intervalla cordi ſunt, PARVA CIBATIO SUMMÆ CURÆ SIT: atque hoc omnibus hominibus, quocunque ſtatu & conditione ſint, cum ipſius quoque EXERCITII loco eſſe poteſt, etiam *pedibus ex toto captis.*

ETTMULLER.

Signa arthritidis appropinquantis & Symptomata præſentis.

Art. 75. Arthritis fere per paroxysmos affligere ſolet, extra quos, niſi in inveterato malo, ſatis commode habent ægri; quoties imminet paroxysmus, alvus fere ſegnior evadit, ægri moleſtiam quandam haud bene explicabilem circa præcordia ſentiunt, conſuetum excrementum intra pedum digitos non reperitur, & circa articulos tenſio percipitur, hinc dolor pungens, lacerans & pulſans, interdum ardens in arthritide *calida* dicta, in hac ſymptomata ſunt acriora, ſed breviores ſunt paroxysmi; in *frigida* tumor plus minus œdematoſus, nec niſi poſt longum tempus evaneſcens; in incremento paroxysmi conqueruntur ægri de æſtu circa regionem ſtomachi, hinc ſitis, & appetitus proſtratus. Hæc fere ipſa ſymptomata in dolore *iſchiadico* occurrunt; ſi crebrius redeant paroxysmi, & vehementius affligant, inſigniter debilitantur articuli. *Bacchus dicitur pater, venus mater, & ira obſtetrix arthritidis.* Art.

Digitized by Google

Art. 76. Ingruente podagra convenit *vomitus*, & forsan blanda *purgatio*, quæ omnino vitanda est in statu morbi. *Opiata* nunquam fere sunt proficua, malum contumacius reddunt, & motum naturæ impediunt. Optime conducunt *fixa acida absorbentia, volatilia*, &c. *venæ sectio* minus convenit, nisi in *ischiadico* dolore, in principio paroxysmi, decoctum *e lignis. Spiritus cochlear. trifolium palustre*, &c. laudantur. *Topica*, non nisi præmissis universalibus, locum habent: *narcotica* fugienda sunt; symptomata adjuncta sunt considerandæ, ardor, dolor, tumor, &c. *Topica* non nisi in statu morbi sunt applicanda, laudantur *sp. lumbricorum* cum *camphora, sale armoniaco*, &c. *sp. theriacalis camphorat.* misturæ ex *calce viv.* & *sal. armoniac.* affundatur *sp. vini*, & huic distillato adde *camphoram*, & sic optimum habetur specificum in inflammationibus podagræ. *Flores sambuci* in lacte cocti dolorem leniunt. *Caro bubula* sine pinguedine mane & sero mutata dolorem compescit, & omnibus præfertur; item *stercus bubulum* cum *urina humana putrefacta*, in qua *calx viva* extincta est; *sapo venetus in spiritu vini solutus* cum additione *olei juniperi* & *petrolei* insigne facit unguentum. *Qualia vemedia utiliter usurpentur.*

Art. 77. Vesicatoria in malo *ischiadico* multum conducunt. Ad tophos (65.) *caseus vetus* & *putridus* cum decoct. *fuillæ* est proficuus. In malo *ischiadico* omnibus encomiis dignum est *Poterii* emplast. *de pice sulphuratum* (16. 104.). *Ischiar.*

PITCAIRNIUS.

Art. 78. In arthritide nihil ages urgendo pharmaca *purgantia; vomitoria* prosunt, post illa *mercurius* sensim datus. Parti dolenti (73.) applicare licet *balsamum Guidonis*, aut lintea liquore sequenti madentia. *Pitcairnii methodus.*

℞ *Aq. font. fervent.* ℔viij.
Arsenic. alb. vel flav. ʒij.
Calcis viv. ʒvj.
Digere per hor. 24. lento igne.

Sed

Digitized by Google

Sed de ejus usu incidit mihi suspicio. Si dolor accedat in ventriculo, utere *NM. condit. pulv. rad. sarsaparil. cort. peruv. ol. cinnamom. zinzib. condit.* &c. Proderit etiam in podagra decoct. sequens ℞ *Vin. alb. vel cerevis.* ℥viij. *lact. fervent.* ℥iv. ablato coagulo immitte *bacc. oxyacanth.* ℥j. coq. per hor. dimid. bibat æger ℥j. mane & vesperi.

MUSGRAVE.

Sedes arthritidis propria in artubus.

Art. 79. Sedes arthritidis propria & exoptatissima est in artubus, non in trunco corporis; posteriori autem casu, non priori, mortem minatur: quid agendum sit, brevi comprehenditur in divini *Hippocratis* effato, nimirum, „Revellenda ea, quæ quo non oportet, re„punt: sin autem quo convenit, iis viam sternere opor„tet, ut singula eo vergant.„ Quando *recessus* fiat miasmatis arthritici in partem aliquam internam, morbum istius partis adeo exquisite imitatur, ut de existentia ipsius minime constaret, nisi arthritis regularis præcesserit.

Indicatio generalis in arthritide anomala.

Art. 80. Medendi indicatio generalis est, ut arthritide anomala pars affecta quam citissime, quam tutissime levetur; accurate itaque perpenso morbi genio, juxta partem, quam occupat, & factis necessariis *evacuationibus*, optime feliciſſimeque curatio perficitur per materiæ in artus translationem; hoc enim est ipsum naturæ propositum. Medicamenta huic intentioni inservientia interna, *expellentia* dicta, sunt plerumque *cardiaca*, quæ satis nota sunt; ad extrudendam autem arthritidem nihil potentius aut efficacius invenitur quam *chalybs tritus* (præparationem vide sis apud auctorem). *Topica*, quæ arthritidem artibus invitant, sunt emplastra ex *gum. caran.* vel *oxycroc.* vel *cephalic. cum pice Burgund. dimidio vel triente*, vel *ceratum viride* vulgo *Hutcase*, &, si vires ægri ferant, & res in dubio versetur *Phœnigmus.* (16. 213.) (67.).

Art. 81.

Digitized by Google

Art. 81. Si arthritis ventriculum occupet, ibique commoretur, indicatur lene *emeticum* ex decocto *fol. theæ viridis*, vel *cardui benedicti*, vel ex *sale vitrioli*; &, finita operatione, *paregoricum*; convenit etiam interdum *catharsis*, & demum arthritis in artus omni vi depellenda est, ut ante ostensum est. *Arthritis in ventriculo.*

Art. 82. In colica arthritica propinari debet *cathar-* *Colica arthritica.*
ticum huic morbo idoneum, & tunc podagram *expel-*
lentibus, una cum *anticolicis*, utendum est; *fotus* etiam
& *linimenta* suum habent locum; sed (quod maximi est *Nota bene.*
momenti) probe animadvertendum est, & recordandum, *quod vana & frustra arthritidis regularis in artubus excitandæ sit spes omnis, quamdiu intestina fuerint immunda fæcibusque onerata.*

Art. 83. In diarrhœa vel dysenteria arthritica *lau-* *Diarrhœa.*
dani sensim cohibendus est fluxus, & postea expellendus est cum cautela inimicus. (68.)

Art. 84. In paroxysmo arthritico & nephritico *Nephritis.*
simul *paregorica* sunt necessaria: *adeps cuniculi* externe inunct. dolorem mirifice lenit ex senis calculosi experimento. (70.)

Art. 85. In asthmate arthritico cura varie instituenda *Asthma.*
est pro diversitate morbi vel *sicci* vel *humidi*; arthritis (si fieri possit) in artubus excitanda est; interim in spirandi difficultatibus omnium maxime certissimeque inflationem mirum in modum cicurat compescitque *potio Coffee.*

Art. 86. In angina arthritica plurimum valet sequens *Angina.*
gargarisma:

℞ *Aq. Hord.* ℥j.
Diamor. ʒiij.
Sp. Sulph. per Campan. quantum lingua ferre poterit.

M.

Nihil vero pulvere sequenti præstantius efficaciusve novi:

℞ *Cry-*

Digitized by Google

℞ *Cryſtal. Mineral.*
Sacchar. Cryſtal. ana p. æ.
M.

Teneatur in ore ℈j. donec ſaliva abundaverit, tunc exſpuatur, & repetatur frequentiſſime, mirum quantum hinc ſalivæ, &c. (87).

Pleuritis, peripneumonia, &c.

Art. 87. „In pleuritide, peripneumonia & angina „arthritica non novi præſtantius remedium, quam infu„ſum vel decoctum *ſtercoris equini;* eſt etenim medi„camentum non modo iis affectibus primario profi„cuum, ſed etiam arthritidis in artus expulſor fortiſſi„mus; expertus loquor.„ (69)

Arthritis caput petens.

Art. 88. Arthritis caput petens, varios ac periculoſos producit affectus, cephalalgiam, vertiginem, apoplexiam, convulſiones, paralyſin, &c. in his affectibus cerebrum quam citiſſime allevetur *evacuatione*, *revulſione*, & in artus amandatione; in hujusmodi caſibus ægrotantium pedes in *aquam fontanam fervidam* immitti curo, ibidemque ad tempus detineri, unde capiti juvamen præſentaneum obtinetur.

Conſulendus eſt author.

Art. 89. „Si doctiſſimum authorem inſpicere haud „graveris, ille tibi plura ampliſſime ſuppeditabit de „arthritidis anomalæ ætiologia & curatione.„

FARRAGO.

Temperantia.

Art. 90. Omnia remedia calculoſis & podagricis præſcripta inutilia propemodum erunt, niſi *vinum*, *venus*, *otium*, & *crapula* temperantius uſurpentur. *Baglivus.*

Diæta lactea.

Art. 91. Novi quosdam inſigne levamen accepiſſe ex *diæta lactea* per tres aut quatuor menſes ſine ullo alio alimento: alios vero ex *lactis* uſu deterius habuiſſe, viſcerum obſtructiones contraxiſſe; ideoque ſine prudentis medici conſilio utrum conveniat, necne, haud temere ineatur. *Willis.* Cum ego olim articulorum doloribus vexarer (inquit *Sennertus*) & varios de ea re authores legerem, in eo omnes conſentire animadverti, in arthritidis

Digitized by Google

tidis curatione, plus ſpei in *bona diæta*, quam in medicamentis ponendum eſſe.

Summarium præſcripti celeberrimi D. *B——e* pro Nobili quodam Anglicano ad *arthritidem eradicandam* hujusmodi fuit.

—— Lac novum cum duplici aqua commiſta repudiatis aliis quotcunque liquoribus ſolummodo ad potandum concedendum eſt; utcunque tamen *coffee* & *thea* modica quantitate interdum permittenda ſunt, his vero ſorbitionibus lac ſemper conjungendum eſt. Mane cum primum expergiſcaris, coctionibus plene ac perfecte abſolutis, libram aquæ fontanæ bibas, ſuadeo; & deinde elapſis duabus horis ad jentaculum accedas; cui ſufficiat lac coctum addito exiguo pane, juſculum avenaceum, cum vel ſine lacte; interdum *coffee*, *thea* vel *chocolata* cum lacte temperata, panis butyratus, &c. Prandio nihil edendum eſt, niſi ex avenis, hordeo, oryza vel ſeminibus milii paratum fuerit, radices dauci vel raparum, ſpinachia, fabæ vel piſæ, &c. admitti poſſint in victum; quinetiam fructibus veſci, cum maturi ſint, non interdico; pyra vel mala furno cocta inter edilia minime contemnenda recenſeantur; ſed præ reliquis panem biſcoctum cum lacte commendo; aliquando ſed rarius de piſcibus non ſalitis modicum comedere licebit. Acida & ſalſa vitanda ſunt. Cœna ſit lac & panis. Hora 9. veſpertina vel citius cubitum eundum eſt. Somno indulgeas; quanto enim plus ſomni capis, eo melius tibi ceſſurum eſt. Frictio ſicca artuum mane & veſperi repetita plurimum valet: Humores enim diſſipat & nodorum ac tophorum generationem prohibet: Exercitium inter primaria auxilia pono, equitatio licet potior ſit quam curru vehi, ambo tamen utilia ſunt, & in eorum frequenti uſu eſſe debes. Inter exercendum ſolummodo caveas, ne aëri frigido ac humido teipſum nimium exponas. Si denique his non obſtantibus arthritis inſultum faciat, & cum vehementia deſævierit,

Digitized by Google

quod vix credibile est, interdum dosin laudani exhiberi, parca licet manu & non nisi premente necessitate, concedimus. Transitus a communi vivendi more ad hoc vitæ genus est tutissimus, neque est quod extimescas a subitanea mutatione; sed hoc semel instituto in eo usque ad vitæ terminum perstistendum est; nam reditus ad luxum & liberam vivendi consuetudinem periculo haud vacaret. Arthritis hæreditaria perinde ac adventitia huic regimini cedit: labes etenim morbi in gremio sanguinis latitat, & in utroque genere hujusmodi victu facillime exterminabitur. Amplexibus venereis ne nimis obedientem te geras, concubitus illicitos omnino fugias, &c.

Remedium celebre.

Art. 92. Perquam celebre fuit præscriptum sequens aliquando apud *Londinenses:*

℞ *Rad. Turbith.*
—— *Hermodact.*
—— *Jalap.*
—— *Tart. Vitriol. ana* gr. xv.
M. F. Pulvis.

In haust. vin. alb. sumendus singulis mensibus.

In eundem etiam usum *electuarium caryocostinum* a quibusdam valde prædicatur. Ast omnium *vomitus* podagræ est prophylacticum præstantissimum, qui potest provocari emeticorum ope in insigni humorum colluvie, ubi juncturæ admodum laxæ, & morbus præ foribus est. Atqui *Podagricus* est vir sui arbitrii, præceptis medicis non auscultat, sed genio in valetudinis incommodum plerumque indulget.

Ad nauseam ventriculi.

Art. 93. Ad nauseam ventriculi in hoc morbo frequentem non datur præstantius remedium quam *vinum canariense radice zedoariæ medicatum. Tinctura coralli* specificum audit.

Verulamii methodus.

Art. 94. Singularis est ista clarissimi *Verulamii* methodus.

℞ *Mic.*

Digitized by Google

℞ *Mic. Panis albiſſim.* ℥iij.
Coq. in lacte recent. Sub finem adde
Flor. Roſ. Rub. ℥jß.
Croc. ∋ß.
Ol. Roſ. ℥j.
M. F. Cataplasma.

Parti affectæ applicand. ſubtepide; poſt horas tres amoveatur, & uſurpetur fotus ſequens per horæ quadrantem cum coccineo panno vel lana ejusdem coloris;

℞ *Fol. Salviæ.* mß.
Rad. Cicut. ℥vj.
—— *Brion.* ℥ß.
Fol. Roſ. rub. p. ij.
Coq. in Aq. Font. in qua chalybs candens ſæpius extinctus fuerit ad ℔ij.
Colaturæ adde.
Sal. Marin. mß.
M.

Statim poſt uſum fotus applicetur *emplaſt. Diachalcit.* cum *ol. roſ. malaxat. Baconis hiſt. nat.* „In podagra „unicum commendamus *topicum* (inquit *Dolæus*;) *repel-* „*lentia* vero in hoc affectu non magni facimus, quia „inde plus damni quam commodi experti ſumus. Se- „quens vero pro arcano hic in ſolatium podagricorum „communicare voluimus, quod nunquam te fruſtrabit „effectu, modo in tempore adhibeas; *mille enim expe-* „*rientiis eſt comprobatum*, quod extrahat dolores poda- „gricos non repellendo eosdem, ſed morbificam ma- „teriam *extrahendo, reſolvendo*, & *diſcutiendo*. Quan- „doquidem primordia ſunt ut plurimum ab aciditate „hoſtili, ad corporis ambitum delata, & artus moleſtante; „unde podagræ character digeſtionem afficit.

Topicum ſingulare Dolæi.

℞ *Confect. Hamech.* ℥j.
Pulv. Jalap. ℥ß.
Extract. Triſol. Fibrin. ℥ij.

Digitized by Google

Litharg. Auri ℥vj.
Sapæ Antimon. ℥ß.
Sacchár. canth. ℥vj.
Ol. Olivar. q. ſ.
Ceræ & Picis parum.
M. F. S. A. Emplaſtrum.

„Quod imponatur artubus dolorificis quamvis in„flammatis, & relinquas, donec dolores & humores „evanuerunt, quod mira præſtat.

Remedia varia.

Art. 95. Remedia ſequentia interdum pro re nata in uſum adduci poſſunt; *allium conditum, aq. omnium florum, aurum moſaicum, balſamum rhamelii, cinnab. antimonii, electuarium caryocoſtinum, empl. pleuriticum, empl. ſmecticum, epithema ſaponaceum, expreſſio millepedum. Flores ſalis armoniaci martiati, fotus podagricus, gum. guaiac. miſtura balſamica nephritica, Rob Sambuci* fere ſpecificum.

ISCHIAS.

Coelius Aurelianus.

Accurata morbi hiſtoria.

Art. 96. Dolor iſchiadicus nunc ex manifeſtis nunc ex occultis cauſis generatur, ut ſuſceptione frigoris, terrena cubatione, caſu aut repentino percuſſu, vel luxatione, venere immodica, vel morbo aliquo prægreſſo. Adeſt primo membri affecti gravedo & difficilis motus cum levi torpore ac formicatione, in quibusdam cum vehementi, pungenti, ac fervido dolore, & ad ſenſum patientis tanquam ſerpentis convoluti motu; interdum etiam adeſt febris, ut ſe in lecto continere non valeant ægrotantes; dolor in vertebro ſentitur, dehinc in articulationes partium vicinarum penetrans, ad poplitem pertingens atque ſuram, dehinc etiam ad talum, & pedis ſummitatem: progreſſu temporis fit cruris totius extenuatio cum debilitate, & ejusdem abbreviatio, & miſerrima claudicatio; quidam ambulant, capitibus digitorum

Digitized by Google

digitorum gradientes, alii antrorsum, alii extrorsum, &c. Loci principaliter affecti sunt periosteum & musculorum capita sive insertiones; aliquando in abscessum tendit [rarius credo]. Si quis velit, consulat authorem de curatione.

„Methodus medendi hunc morbum satis contuma„cem D. *Cheynei* ex suggestione præclari *Pitcarnii* sic „se habet: Sumat æger pro virium sufficientia & ven„triculi tolerantia *Spiritus æther. Terebinth. a* ℥j. *ad* ℥ij. „*vel* ℥ß. *cum triplici quantitate mellis purissimi quotidie „mane jejuno ventriculo ad 4. 6. vel ad summum 8. „vices superbibendo hausi.* ij. *vel* iij. *Ser. Lact. cum vin. „Canarien. alterati.* Intermitti potest ad diem unam „aut alteram, si nauseam pariat; diebus, quibus spiri„tum assumpserit, hora decubitus capiat dosin *Pil. Mat„thæi.* Spiritus *Æthereus* est iste, qui in distillatione in„ter spiritum & oleum prodit. Hæc methodus doloris „vehementiam (inquit author.) *infallibiliter* aufert ma„nente solummodo artus quadam debilitate. Et ut „reliquiæ penitus eliminentur, exhibenda est dosis *flo„rum* sulphuris in lacte ad tempus bis in die.

FARRAGO.

Art. 97. Si alia non proficiant, ad *causticum* deve- *Causticum.*
niendum est; ipse uti soleo *foliis ranunculi* „[omnium „optimus est *ranunculus flammeus minor palustris*, for„ma cataplasmatis paulo infra genu applicand.]„ vel mixtura *calcis vivi & saponis liquid.* hæc summopere confert. *Baglivus.* Folia Ranunculi (inquit *Ettmullerus*) contusa & regioni lumbari applicata per 6. horas, donec vesicas excitent, quæ discussæ pro more suo emittunt serum acre, Ischiadicum dolorem penitus tollunt & morbum subigunt, p. 630. Applicatio *foliorum Ranunculi flammei minoris* facta fuit paulo infra genu a *circumforaneo* quodam, ut ipse observavi plusquam

Digitized by Google

triginta abhinc annis cum succeſſu mirabili: Ego quoque plus ſemel idem experimentum compertum habui.

Radix Brion. alb. recens tuſa & cum Ol. Sem. Lini mixta & loco dolenti tepide applicata mirum in modum dolorem pacat; & renovandus eſt labor, donec tota materia morbifica tranſudetur.

Emplaſtra. *Art. 98.* Laudatur *empl. Poterii* (16. 104.). „Emplaſtrum ſequens in praxi expertus ſum. ℞ *Pic. burgund.* q. ſ. malaxetur cum q. ſ. *ol. ſem. ſinap.* per expreſſionem. *Emplaſt. iſchiad.* quoque applicari poteſt.

Colocynthis. *Art. 99.* Colocynthis *clyſteribus* indita privatim coxendici in doloribus prodeſt. *Liſter.* Interna eadem ac in podagra.

LUES VENEREA.

ETTMULLER.

Lues venerea. *Art. 100.* Innotuit hic morbus *Europæis* non niſi circa annum 1493. controvertitur, an veteribus cognitus fuerit, necne. *Symptomata varia.* Primo poſt impurum coitum plerumque exoriuntur inflammatio præputii & tumor, urinæ ardor, gonorrhœa, bubones in inguinibus, puſtulæ variæ in pene & aliis partibus, atque hinc ulcera ſordida & maligna, cancroſa & calloſa, progreſſu temporis etiam oſſa corrodentia, dolores atrociſſimi nocte exacerbantes, nodi, tophi, calor in volis manuum & plantis pedum, atque hinc fiſſuræ & excoriationes, verrucæ, condylomata, &c. circa anum, pilorum defluvium, maculæ rubeſcentes, flaveſcentes, aut liveſcentes. Inflammatio teſtium, raucedo, uvulæ relaxatio & eroſio, palati ulcus, ozæna, tinnitus aurium, ſurditas, cæcitas, ſcabies, tabes, &c. Sed hæc ſymptomata omnia non cuivis contingunt; non raro ſub larva *ſcorbuti* & *arthritidis* latitat. ægri ut plurimum rem cum infectis ſe habuiſſe conſtanter negant.

Art. 101.

Digitized by Google

Art. 101. Paulo poſt congreſſum impurum circa penem aut vulvam æſtus exoritur, aut ardor urinæ, hinc inter biduum aut triduum gonorrhœa; interdum nulla ſuccedit gonorrhœa; ſed virus per cutem potius ad inguina fertur, & bubones excitat; contingunt etiam quandoque ulcera calloſa in ſcroto ac perinæo; interdum ulcus cancroſum ac calloſum inter præputium & glandem; in quibusdam intumeſcunt teſtes. Sanguis miſſus in lue inveterata fere maculis lividis aut colore quaſi cæruleſcente in ſuperficie conſpici ſolet. „In lue con- „firmata (ut recte obſervavit *Lommius*) erumpunt ma- „culæ frequentes, eæque more lentiginis exiguæ, aliis „rubræ, aliis flavæ; in fronte quoque & in temporibus „& pone aures, maxime circa radices capillorum, dein „in capite, vel etiam univerſo corpore, malignæ puſtulæ, „tumoresque non unius coloris efflorescunt, quæ ſponte „ſanantur, iterumque paſſim expullulant: puſtulæ modo „flavæ, modo rubræ ſunt, rotundæ omnes, ſiccæ, puris „expertes, & aridam cruſtam habent; ex his deinde in „ambitum ſerpentibus puſtulis, cutemque cavantibus, „ulcus oritur virulentum & ſordidum.

Morbus varie incipit.

Maculæ ac puſtulæ.

Art. 102. Galli facilius ſalivant & citius curantur quam Germani. Inter *ſudorifera* eminent *guaiacum & ſarſaparilla*, & regula ſemper obſervanda eſt in *frigidis* guaiacum, *calidis* ſarſaparilla; decoctis *ſudoriferis* non incommode addatur *antimonium crudum.* In inunctione mercuriali tutius procedunt, qui artuum flexuras, inguina & alas ſufficienter fricant; abdomen, pectus, & caput non inungenda, aut rariſſime.

Curatio generalis.

Art. 103. In gonorrhœa effluit humor cum acerbo dolore a locis circa penis radicem, ubi ſunt proſtatæ, primo ſeminalis aquoſus liquor, qui hinc ſucceſſive flaveſcit, tum magis acreſcit, tandem virideſcit, aut cæruleſcit, non raro graviter fœtet; urina cum acerbo dolore mittitur; ſupervenit tumor præputii & glandis, & ulcuſcula, interdum carunculæ in urethra. Præter

Gonorrhœa.

Curatio.

Digitized by Google

cathartica mercurialia convenit privatim *emulsio ex sem. cannabis viridis* parata, *os sepiæ*, *terebinthina*, *saccharum saturni*, &c. multum laudatur *mercurius præcipitatus viridis*, & *mercur. dulc. Balsam. saturni terebinthinatum*, *ex sacchar. saturni & ol. terebinth.* blando igne paratum, egregie conducit, ubi ardor nimius circa renes & genitalia, ut & *camphora*; item infusum *cantharidum* in vino, quod expertum est remedium medici cujusdam *Belgiæ* (16. 171.) *resina ligni guaiaci*, *balsam. de copaiva*, specificum habetur, *antimonium diaphoreticum*, *bezoardicum minerale*, aqua simplex in qua *argentum vivum* incoctum fuerit. Injectio (16. 176.) (126.) (133.)

Digressio de Gonorrhœis non virulentis.

Gonorrhœa vera non virulenta.

Art. 104. Gonorrhœa *vera* est, in qua semen verum effluit. *Succus citri*, *granator. limon.* &c. sunt remedia optima, venerem extinguunt, præcipue si *camphora* & *terebinth.* in usum adhibeantur, ut & *emulsio* cum *sem. cannabin. sacch. saturn. os sepiæ*, specificum cum *ceruss. antimonii. Balsam. copaiv. extract. rad. tormentil. vel ejus decoct. Lenis purgatio* cum *bolo mercuriali*, & die sequent. *rhabarb.* externe *fotus astringentes*, &c.

Gonorrhœa notha.

Art. 105. Gonorrhœa *notha*, *benigna dicta*, non *virulenta*, est quando materia, non semen verum continuo effluit ex pene citra tentiginem aut pruritum venereum, diu durans sine multa virium prostratione, *fluori albo* mulierum respondens; *gonorrhœa catarrhalis* vocari solet. Partes affectæ sunt glandulæ prostatæ, nimis laxæ vel exulceratæ.

Curatio.

Art. 106. Cura debet institui generalis, *digestio* rectificanda, stomachus *roborandus*, *cruditas corrigenda*, pars affecta *astringentibus* firmanda. Est affectus *catarrhalis*, rosmarinus, decoct. *e lignis*, *acidulæ* prosunt; interdum a scorbuto pendet. Non nimis cito supprimenda est hæc gonorrhœa. Ad majorem cautelam aperiendus est *fonticulus* in crure. *Art. 107.*

Digitized by Google

Art. 107. Ulcuſcula glandis & præputii curantur cum unguento *diapomphol.* & *mercurio dulci*, ſi fuerint cancroſa & calloſa in uſum venit ſolutio *mercurii ſublimat. corroſiv.* in *aq. plantag.* Si præputium inſigniter tumeat, & inflammetur, applicetur ſolutio *ſacchar. ſaturn. in aq. calcis, item camphora in ol. amygd. dulc.* ſoluta (123). *Ulcera glandis, &c.*

Art. 108. In mulieribus exulcerantur partes internæ vaginæ, & ſaniem plorant plus minus purulentam ac lividam, cum inſigni dolore ac moleſtia; nec multo diverſam a virorum poſtulant medelam. *Ulcera vaginæ.*

Art. 109. Pro puſtulis & tuberculis lac virginale. *Puſtulæ.*

Art. 110. Ad ulcera ſananda *unguent. baſil. cum mercur. dulc.* (107.) (121.). *Ulcera.*

Art. 111. Ulcera oris & palati curantur cum gargariſm. ex *decoct. lign. cum melle roſ. & pauco alumine.* Ozæna *decoct. hord. alth.* &c. primo tractanda eſt ad removendam cruſtam, & poſtea decoct. *e lignis*, &c. tanquam palati ulcera. Omnia hæc ulcera ſub *litu mercuriali* ſponte evaneſcunt, nec metuenda ſunt ulcera oris; nam per *ſalivationem* citius ſanantur. *Oris & palati ulcera.* *Ozæna.*

Art. 112. Bubonum ſuppurationi & apertioni pro elicienda virulentia, mature opera danda eſt, interne *ſudorifera* exhibenda ſunt, externe *ſuppurantia*, quin & *cucurbitæ*, & ſi ſecundum votum haud ſuccedant, aperiantur *lanceola* profundius intruſa. (132.) *Bubones.*

SYDENHAM.

Art. 113. Lues venerea contagioſa eſt, generatione, lactatione, contrectatione, ſaliva, ſudore, liquido genitali, exhalatione: & qua parte contrahitur, primo ſe manifeſtare ſolet. *Boerhaave.* *Quot modis contagium propagatur.*

Art. 114. Lues confirmata non niſi per *ſalivationem* ab *hydrargyro* excitatam extirpari poteſt; ad hanc autem recta licet procedere, ſine ulla præcedente evacuatione aut corporis præparatione. Unguentum præſcribere ſoleo ex *axung. porcin.* ℥ij. *argenti vivi* ℥j. cum hujuſce *Methodus ſalivandi.*

Digitized by Google

parte tertia brachia, crura, tibias ad tres noctes continuas manibus ſuis ægrum perungere permitto, ita tamen, ut ne axillas, neque inguina, neque abdomen attingat uſpiam. Poſt tertiam inunctionem gingivæ ut plurimum intumeſcunt, & *ptyalismus* ſuboritur; ſi vero intra id tempus haud procedat, tum *turbith. mineral.* gr. viij. in *conſerv. roſ. rub.* exhibeantur ægro, quod remedium vomitum ciet, & ptyalismum ſuſcitabit; & poſtea ſi ſalivatio jam incœpta prius elangueſcat, quam ſymptomata penitus diſparuerint, extimulanda eſt ſubinde cum doſi *mercur. dulc.* Diætam quod ſpectat & reliquum ægri regimen, eadem prorſus, ac in catharſi, imperanda ſunt.

Quid agendum ſit, quando ptyalismus excitari non poſſit.

Art. 115. In quibusdam reperitur *idioſyncraſia* peculiaris tam ſalivationis reſpectu, quam purgationis, ita ut methodus laudata vix gingivarum exulcerationem queat efficere, multo minus ptyalismum movere; in hujusmodi ægris cavendum eſt medico, ne importunius urgeat, recalcitrante natura, & horrenda ſymptomata accerſat; lente itaque feſtinet & moras trahat *mercur. dulc.* ℈j. Semel in ſeptimana exhibendo, & quantumvis ſalivatio ad plenum nunquam aſſurget, æger tamen copioſius quam pro more ſolito expuet, & fœtor juſtæ ſalivationis comes adfuerit; atque hac methodo morbus expugnabitur conceſſo debito temporis ſpatio. His rite peractis (etiamſi morbus penitus profligari videatur) quo minus recidivam poſtliminio patiatur æger (utcunque bene ſe habeat) capiat *mercur. dulc.* ℈ſ. ſemel in ſeptimana ad 4. vel 6. vices.

„Unguenta mercurialia minore quantitate, quam „ad *excitandum ptyalismum* ſufficiat, inuncta, & diu„tius continuata, univerſa Luis venereæ ſymptomata „tollere & morbum penitus eradicare a quibusdam „perhibetur.

LISTER.

Origo luis venereæ.

Art. 116. Lues venerea eſt morbus contagioſus ab humore

humore aliquo venenato, fere in cœitu contractus, ulceribus doloribusque se manifestans. Ab *insulis Americanis*, in quibus, ante *Hispanorum* adventum, hic affectus populariter grassatus est, illum per *Hispanos* in *Europam* allatum esse, nullus jam dubitat: Credibile est a serpentino genere vel morsu vel cibo assumpto illum ortum esse. A serpente aut scorpione percussos coitu levari produnt; verum feminas venere ea lædi, authore *Plinio*, magnum argumentum originis luis venereæ ab aliquo infecto venenato. Ictus serpentum omnium malorum pessimum, ideo Lui Venereæ comparandum. Quis adeo dubitet istam luem ex animalibus ortam esse: nam penis ab istis morsibus venenatis vehementer intenditur; & *satyriasi*, id est furore & libidine perciti nihil præter coitum anhelant. Ita quod vulneratis remedium, feminis calamitas est & a fœminis sic infectis invicem mares conflictantur in posterorum diram perniciem. *(De humoribus pag. 417.)*.

Art. 117. Fœmina gravissimo urinæ ardore & punctionibus ibidem, item condylomatis cancrosis in pudendi labiis, non sine vehementi capitis dolore afflicta est; illam *purgavi* quarto quoque die *pilulis de duobus*, quibus æqua pars *mercur. dulc.* adjecta est; apozema *ex guaiaco*, &c. fuit pro potu ordinario, circa sudorem. Sumpsit etiam bis quotidie cochlear. tinct. sequent. in decoct. *guaiaci* ℥iv. *Curatio.*

℞ *Cochinel.* ℥iij.
Cantharid. ℈j.
Vini Rhenan. ℔j.
Digere in B. M.
F. Tinctura.

Horum usu gonorrhœa admodum virulenta, fœtidum & sanguineo-viride pus effundens, integre sublata est, & duobus plus minus mensibus sine ulla ope chirurgica etiam ulcera siccata sunt, dolorque capitis ex toto desiit.

Art. 118.

Digitized by Google

Dolores nocturni.

Art. 118. In doloribus nocturnis, præmissis universalibus pulvis sequens est maxime proficuus:

℞ *Cochinel.* ℥j.
Oss. Sepiæ subtilissime lævigat. ℥ß.
M.

Dos. ℥ij. sexta quaque hora cum decoct. *valid. guaiac. Guaiacum hydrargyri, ut hydrargyrus in lue antidotum est.*

SYDENHAM.

Gonorrhœa virulenta.

Art. 119. Corripiunt dolor genitalium insolitus, & rotatio testiculorum, in non recutitis macula morbilli æmula glandem occupat, statim a cujus exortu liquor seminis instar, exstillat, qui quotidie a seminis calore & consistentia recedens flavescit tandem dilutius ovi vitello; in lue virulentiore virideſcit, & aqueo humori permiscetur sanguine tincto. Pustula dicta ulcus fit, aphthis infantum simile, in dies latius & profundius depascens, superveniente orificii collo. Verpi non glandis ulcere, sola Gonorrhœa tentantur. Mox magnus dolor in pene, quoties erigitur, quasi manu transversus fortiter constringeretur, noctu præcipue urget, dum æger lecto incalescit. Curvatur penis a fræno contracto. Accedit ardor urinæ inter mingendum vix perceptibilis, sed mictu finito, per urethræ ductum acriter urens, maxime qua in glandem desinit. Carunculæ lotii exitum quandoque impediunt; & scroti dolor ac inflammatio nonnunquam superveniunt.

Curatio.

Art. 120.

℞ *Mass. Pil. Coch. Maj.* ℥iij.
Extract. Rudii ℥j.
Resin. Jalap.
Diagrid. ana ℥ß.
Opobalsam. q. s.
M. F. Pilulæ. e sing. drach. vj.

Cap. iv.

Digitized by Google

Cap. iv. Singulis auroris, donec urinæ ardor & color flavus materiæ semini form. admodum imminuantur. Postea alternis diebus ad septimanas adhuc duas; ac sub finem bis in septimanas, donec humor stillare prorsus cessaverit. In iis qui difficulter purgantur, subinde intercalari possit potio communis purgativa, cui addantur, *Syr. e Spin. Cervin.* & *Elect. e Succ. Rosar. ana* ʒij. vel, curatione minus feliciter succedente *Turbith. Mineral. ad gr.* viij. exhiberi potest bis vel ter, diebus quatuor interpositis, vel vice *Turbith. Mineral.*

℞ *Pil. ex duobus* ʒß.
Mercur. Dulc. ℈j.
Opobalsam. q. s.
M. F. Pil. iv.

Mane sumendæ.

PITCAIRN.

Art. 121. In principio gonorrhœæ virulentæ purgandum est cum ptisana laxante ex *sen. sal. tart.* & *flor. melilot.* & bibat æger *serum lactis;* post tres quatuorve dies purgationi insumptos, si ardor urinæ & fluxus sint minores; & color & consistentia meliores, bolum assumat ex *terebinth.* & *rheo* per 6. aut 7. dies, si alvum laxat, id fieri solet cum euphoria. Vitanda omnino sunt astringentia; gonorrhœa enim nunquam evadet in luem veneream nisi nimis intempestive sistatur. *Pitcairn.* in MSS. (103.) (128.) *Gonorrhœæ curatio.*

Art. 122. Methodus therapeutica *Pitcairnii* radicalis sic se habet: post *vomitum* bis aut ter iteratum exhibeatur *mercurius* per aliquot dies, bis in die; cum os inceperit dolere, abstineat se a *mercurio* per tres aut quatuor dies, tum *purgetur* alternis diebus; oris dolore cessante, iteretur usus *mercurii;* & iteretur hæc methodus, donec symptomata cessarint. *Methodus therapeutica.*

Art. 123. Ad ulcera & eruptiones leprosas *decoctum pro lotione, unguentum, aqua cosmetica,* & *cerevisia guaiacana,*

Digitized by Google

guaiacana, tanquam remedia maxime efficacia, ab authore laudantur. (107.) (110.).

HARRIS.

Infantes quomodo curantur.

Art. 124. Infantes a nutricibus lactantibus infecti, quanquam maculis pustulis ulceribusque scatent, quanquam & nocturnis illis doloribus erunt excruciati, facillime omnium restituuntur. *Farina sarsaparillæ* fere insipida, saltem nullo gustu ingrato, panatellis aut pulticulis suis, ut par est commista, addito etiam ventriculi gratia *santali citrini* polline, *catharticis* debitis intercalatis, tenerrimæ ætati, ut læte nonnunquam observavi, salutem perfectam reddidit.

BLEGNY.

Ulcera penis & præputii.

Art. 125. Pro ulceribus penis & præputii curandis apprime valet sequens lotio:

℞ *Vitriol. Alb.* ʒij.
Auripigment.
Alumin. nitr. ana ʒj.

Comburantur in Crucibulo, ut in lapidem coeant.

℞ *Pulv. prædict.* ʒj.
Aq. Calc.
Vin. Albi. ana ℔j.
M. F. Solutio.

Egregie etiam conducit lotio sequens *Lanfranci*, maxime in ulceribus glandis & præputii:

℞ *Vin. Albi* ℔j.
Aq. Ros.
---- *Plantag. ana* ʒiij.
Auripigment. ʒij.
Æris virid. ʒj.
Myrrh.
Aloes ana ℈j.
M.

Ulceribus

Digitized by Google

Ulceribus satis detersis medicamentum affusa aqua lenius fieri debet pro futuro; & postremo cura cum *lact. virgin. saturni* (16. 185.) perficienda est. Si vero ulcera fuerint diuturniora, adeo ut callosa & cancrosa evaserint, vulgo **Shankers** appellata, applicanda sunt remedia valde penetrantia, qualia *mercur. præcip. rub. lapis infernalis*, *aq. phagedænica*, vel *aqua divina Fernelii* (16. 11.) Notandum est tamen cum primum ex usu horum crustæ inducantur, statim amovenda esse *escharotica*, & *suppurantia* ac *digestiva* adhibenda, quibus crusta sublata, ulcera tandem cum *unguento de Vigone* sananda esse [vid. etiam p. 102.] internis remediis interim non neglectis. *Ulcera callosa.*

Art. 126. Accidunt interdum tumores genitalium oedematosi sive crystallini: remedia externa hoc in casu debent esse *exsiccantia*, *discutientia*, & aliquatenus *astringentia*; talia sunt *spirit. vin. camphorat. aq. calc. cum sal. armoniac. sp. vin. cum sapone nigro*, *pauco pipere*, *zinzib. & alum. ust.* si adsint simul ulcera cancrosa & tumores duri, præcavenda est *gangræna*. *Tumores œdematosi genitalium.*

Art. 127. De phimosi, paraphimosi, & amputatione penis consulatur author. p. 112, &c. *Phimosis, &c.*

Art. 128. Cura rationalis gonorrhœæ inchoanda est cum *leni cathartico*, alternis diebus ex *cassia decoct. senn.* & *cristal. mineral.* in sero lact. decoct. *tamarind.* & *alth.* & *rhabarb.* [gonorrh[illegible] prope occlusa] interim exhibenda sunt quoque *diur[illegible]ca* maxime *terebinthinata*, & postremo leviter *astringentia*, *aq. minerales*, *croc. mart. astring. in aq. simplici coct. tinct. rosar. tinct. coral. in coch. syr. ejusdem vel cydon.* Ptyalismus nunquam tollit gonorrhœam. [*Pil. de creta palmarii. Tinctura cantharid.*] (103. 121.) *Gonorhœa.*

Art. 129. Ardor urinæ *emulsionibus* & *ptisana* (16. 228.) mihi in frequenti usu, mitigari & tolli potest: interdum in graviori casu *venæ sectio* est necessaria; ut in urinæ suppressione, *semicupium*. (16. 245.) *Ardor urinæ.*

Art.

Digitized by Google

Tumores testiculorum.

Art. 130. In tumoribus inflammatoriis testiculorum & scroti convenit *venæ sectio; topica discutientia*, & dolorem *mitigantia* sunt usurpanda.

Caruncula in urethra.

Art. 131. Caruncula in urethra sunt curatu difficillimæ; remedium sequens optimum perhibetur; ℞ *Pulv. alumin. ust.* ʒj. *præcipit. rub. auripigment. æris virid. ana* ʒß. *unguent. desiccat. rub.* ʒj. coq. ad consistentiam mediam inter ungt. & empl. hujus portiuncula cereoli summitati apponatur, & in urethram intrudatur, &c. de consumendis carunculis vide locum p. 177, &c. & consulantur alii scriptores Chirurgici.

Bubones.

Art. 132. Bubones quoque pacto sunt suppurandi, interne conducunt *cardiaca*, *alexipharmaca*, *victus & potus generosus*; externe *suppurantia potentiora*, *emplastra*, vel potius *cataplasmata*; cum *cucurbita* fenel vel bis in die attrahendi sunt, & cum sint satis maturi, cum *causstico* aperiri debent, potius quam *lanceola*, & aperti diutius sunt servandi. (112.) „Ex erudito & eleganti tractatu Chirurgi *Gallici* D. *Blegny*.

P. S. In hoc morbo tractando D. *Turneri* Siphylis epitomen exhibere in animo habui; sed defuit mihi otium; ideoque ad ipsum tractatum præstantissimum remittendus est lector, & simul admonendus commentationes præclarissimi *Boerhaavii* de hoc morbo ut consulat. Ibi habemus novam morbi ideam, novam theoriam a medicæ artis antistite, ne oraculo dicam, traditam, & novam [illegible]endi methodum, saltem aliquid in hunc finem candide & modeste propositum, *pace nostratis* D. *Turneri*, qui etiam de facultate bene meruit. O Fortunati ter & amplius juvenes nobis senescentibus propemodum invidendi, qui sub tanto *Gamaliele* vel in ipso pavimento super mattas sedentes felicitatem habetis vos ipsos pulverizare pulvere pedum illius summi scientiæ promicondi!

)o(

C A-

Digitized by Google

CAPUT X.

SIVE FASCICULUS MORBORUM DECIMUS.

PLICA POLONICA.

BONETUS.

Art. 1. Plica capillorum morbus est *Polonis* plerumque *endemius*, tam maribus quam fœminis, immo pueris & infantibus; item in aliis regionibus, ut in *Helvetia*, *Alsatia*, & *Belgii parte* ad *Rhenum*, ac in *Hungaria* cognitus, ast non tam frequens. In *Hungaria* interdum animalia hoc morbo infestari, præsertim equos, testatur *Sennertus*. *Plica in Polonia endemia; alibi cognita.*

Art. 2. Est autem plica affectus capillorum gravis, malignus, & periculosus, in quo capilli capitis indissolubili implicatione, & agglutinatione, seu invisceratione contorquentur, cum gravissima totius corporis artuumque tam superiorum, quam inferiorum capitisque læsione, & antequam capilli complicentur, magno dolore, sudore plerumque concomitante. *Morbus gravissimus.*

Art. 3. Præscisio capillorum intempestiva in sic affectis est admodum periculosa. „Nulla certa & appro„priata remedia hujus morbi hactenus inventa sunt, quæ „illum perfecte sanare vel penitus extirpare valent; & „quoniam in his regionibus nusquam invenitur, super„vacuum erit de illo diutius exspatiari.„ *Incurabilis.*

TINEA.

TURNER.

Art. 4. Sahafati seu tinea; Angli sonant a Scall'd head. Hujus affectus tres species ab authoribus numerantur, videlicet *tinea sicca*, *humida*, & *lupinosa*, quæ *Tinea.*

Digitized by Google

re vera sunt tantum varii gradus ejusdem affectus; sed prætermissis hisce divisionibus minus necessariis, morbus definiri potest: ulcuscula manantia capitibus infantum exorsa a vitioso, corrosivo, aut salino humore, glandulas cutaneas exedente, quæ tractu temporis teturam earum destruunt, & deprædantur. In primo gradu velamine albido, sicco, furfuraceo, aut squamoso caput obducitur. In secundo gradu carò subjacet granulata apparet, ad instar seminum in ficubus transsim sectis. Gradus tertius est ulceroſus, sicut *favi*. Nomen desumitur a *vermiculo tinea* oblitudinem foraminum, quæ ab isto animali in & vestimentis effodiuntur.

Definitio morbi.

Ejusdem gradus varii.

Ratio nominis.

Curatio.

Art. 5. Ad amovendam incrustationem fotus & guentum sequentia ab *Ambrosio Paræo* laudantur:

℞ *Rad. Alth.*
—— *Lapath. acut.*
—— *Acetos. ana q. s.*

Coque in *lixivio tenui*, cui addatur modicum pro fotu bis in die usurpand. unguentum conficitur ex *foliis nasturtii hortensis* cum *axungia porcina* contusis vel frixis, quod 24 horis opus absolvet; ad radicalem autem curam hujusce mali contumacissimi recte ciendam consulatur author, qui de eo pulchre scripsit & optima remedia ex probatissimis scriptoribus cumulo dicio accumulavit.

OCULORUM MORBI.

Subjecti dignitas.

Art. 6. Oculum nobilissimum totius corporis non (quod emphasi quadam *lux corporis* appellatur) curam medicorum præcipuam mereri damnum ingens, quod a cæcitate patimur, testatur.

TRACTATUS DE OCULORUM MOR COGNOSCENDIS ET CURANDIS.

Series Morborum Ocularium (primariorum quibus Reliqui referri possunt) a scriptoribus pa censitorum in ordinem redacta.

Digitized by Google

Nomenclatura Morborum.

Morbi vel vitia palpebrarum N°. XVI.

Emphyſema, Tumor flatulentus. 7.
Pladoroſis, Tuberculum lividum. 8.
Acrochordon, verruca. 9.
Pſorophthalmia, lippitudo pruriginoſa. 10.
Xerophthalmia, lippitudo arida. 11.
Sclerophthalmia, lippitudo dura. 12.
Scleriaſis, lippitudo ſcirrhoſa, livida. 13.
Tracoma, aſperitas interna. 14.
Trichiaſis, pilorum vitium. 15.
Madoroſis, defluvium pilorum. 16.
Anchyloblepharon, coaleſcentia palpebrarum. 17.
Lagophthalmia, ſuperior palpebra juſto brevior. 18.
Atoniatonblepharon, defectus quoad motum. 19.
Hippos, oculi nictatio. 20.
Ectropium, inverſio palpebræ inferioris. 21.
Phthiriaſis, pediculatio. 22.

Morbi Tunicarum & Humorum. N°. XIV.

Ophthalmia, inflammatio oculi. 21.
Oedema, tumor œdematoſus. 21.
Hypopyon, ſanies ſub cornea. 26.
Phlyctænæ, puſtulæ miliares. 26.
Anthracoſis, carbunculus oculi. 27.
Synchyſis, humorum confuſio. 28.
Pterigium, unguis oculi. 28.
Proptoſis, ruptura corneæ. 30.
Rhexis, ruptura tunicarum cum humorum effluxu. 32.
Oule, cicatrix, leucoma, &c. 32.
Hypoſphagma, Suggillatio. 33.
Hypochyma, ſuffuſio, vel cataracta. 35.
Glaucoma, mutatio humoris cryſtallini in glaucum colorem. 42.
Epiphora, catarrhus oculi. 44.

Digitized by Google

Morbi ac vitia reliqua in prioribus classibus minus comprehensa. N°. xv.

Proptosis, exitus oculi fere ex orbita. 45.
Atrophia, tabes oculi. 47.
Midriasis, pupillæ dilatatio. 48.
Meiopis, pupillæ angustia. 49.
Plege, oculorum vulnera & contusiones. 50.
Elcos, ulcus oculi. 51.
Paralysis, musculorum resolutio. 55.
Strabismus, oculorum distorsio. 56.
Encanthis, excrescentia carnosa. 58.
Anchilops, ægilops, & fistula lacrymalis. 61.
Amblyopia, hebetudo visus. 58.
Amaurosis, gutta serena. 59.
Myopia, propinqua visio. 65.
Presbytia, affectus priori contrarius. 66.
Nyctalopia, vitium duplex infra videndum. 67.

Emphysema.

Emphysema. Emphysema sive oculi inflatio est Tumor *flatulentus* palpebrarum citra coloris mutationem, subito accidens: in corporibus cachecticis & scorbuticis est affectus levioris momenti. (vid. Emphysema 76.)

Pladorosis.

Pladorosis. Pladorosis, *sarcomatis* quodammodo species, morum ob similitudinem vocata, est tuberculum lividum in palpebris nascens, non in margine, sed frequentius in medio cilii superioris, doloris expers; est Tumor in *cista* contentus, Atheroma, steatoma, & meliceris, quæ in palpebris etiam quandoque accidunt. Hi Tumores extirpatu haud difficiles sunt. (vid. Art. 81.)

Acrochordon.

Acrochordon. Acrochordon, sive *verruca* oculi latiori sensu pro excrescentia præternaturali accepta, est vitium multifarium, scilicet, primo *Hydatis* in superiori palpebra, quæ est excrescentia substantiæ pinguis, infantibus maxime

Hydatis.

Digitized by Google

me familiaris, quæ in majorem quam reliquæ, accrescere solet, unde tota palpebra quandoque œdematosa fit: si sit recens & parva sæpe sponte evanescit, vel medicamentis facile curatur. Secundo *Crithe seu Hordeolum*, quod est tuberculum in summa palpebra ortum, prope cilia, quod *grano hordei* simile est, unde nomen mutuatur. Foveatur cera alba, vel adipe Gallinæ, vel saliva jejuni, vel corpore musci abjecto capite fricetur, vel sanguine columbæ vel perdicis. Si omnia frustra, sectione opus est. Tertio *Chalazion* seu *Grando*, quæ ab Hordeolo parum aut nihil differt, nisi forma externa, & forsan quod aliquanto durior. Quarto *Lithiasis*, *sive Tophus*, cum materia verruca contenta ad *cretæ vel lapidis* substantiam accedat. *Crithe.* *Grando.* *Tophus.*

Hæc omnia Tubercula in cistis continentur, & ut plurimum operatione manuali extirpanda sunt: nihilominus vero recordandum est, has operationes, utcunque leviores videantur, non, *sine cautela*, *temere* suscipiendas esse. *Curatio.*

Psorophthalmia.

„Psorophthalmia sive *Lippitudo pruriginosa* est mor- „bus palpebrarum *Psoræ* in reliquo corpore non mul- „tum absimilis, ab acri & mordaci humore proveni- „ente, palpebrarum marginis leviter inflammante, quan- „doque in tuberculis minimis erumpente, alias farina- „cea vel pruriginosa scabie incrustante. *Psorophthalmia.*

Est malum contumacissimum & curatu difficillimum, præcipue si fuerit inveteratum. „Ut curatio „regularis instituatur, imprimis mittendus est sanguis, „& deinde exhibendæ sunt doses aliquot calomelanos „alternis vel tertiis noctibus; & bibendæ sunt aquæ mi- „nerales catharticæ singulis auroris, quales sunt *Ebesha-* „*menses* & nostrates *Alfordenses*, *Lidfordenses* vel *Hol-* „*tenses*.„ Interim foveantur oculi quotidie fotu sequent. *Curatio.*

Digitized by Google

℞ *Fol. Roſ. rub.*
Sambuc. ana Mj.
Sem. Lin.
—— *Fœnugr. ana* ℥ij.
—— *Carui* ℈j.
Coq. in q. ſ. aq. & vin. alb. ad ℔j.
Pro fotu bis vel ter in die uſurpand.

Inflammatione & humorum acrimonia in hunc modum ſublatis vel lenitis demum palpebræ liniment. ſequent. illinantur.

℞ *Ung. Pom.* ℥j.
Flor. Sulph. ℥ß.
Camphor. ℈j.
Ol. Roſ. q. ſ.
M.

Vel cum infuſ. ſequent. humectentur bis terve in die.

℞ *Fol. Nicotian. opt.* ℈j.
Flor. Roſmarin. P. i.
Superaffund. aq. Calcis bullient. ℔ß.
Infund. per hor. quadrant. & coletur.

Valere poteſt etiam unguentum *Ophthalmicum Pharm. Londinenſ.*

Xerophthalmia.

Xerophthalmia. Eſt etiam genus *aridæ Lippitudinis, quod* Ξηροφθαλμίαν Græci appellant. Sub hoc que tument neque fluunt oculi, ſed rubent tantum, & cum dolore quodam fere levi, ac prurigine graves ſunt, & palpebræ citra duritiem ullam noctu prægravi pituita inhæreſcunt.

Curatio. „Quoad curam præmiſſis præmittendis, quemad„modum in quibusdam ſimilibus oculorum morbis, „*Celſus* commendat *vipam* oculis noctu apponendam; „nec video quid panis toſti oleo appropriato aliove li„quore idoneo imbuti applicationem prohibet; fotus „emol-

„emolliens in Articulo de *Psorophthalmia* memoratus „hic etiam locum habet.

Scleroph thalmia.

Sclerophthalmia est *Lippitudo dura*, sicca, dolorosa, callositatem crassam in palpebris efficiens, earumque motum valde impediens. Ad effectus alterutriusque priorum fere semper quoad medendi rationem referenda est. *Scleroph-thalmia.*

Scleriasis.

Scleriasis vel scleroma oculi est *durities palpebrarum scirrhosa*; vix a Sclerophthalmia differt nisi gradu, unde prorsus malum incurabile evadit. *Scleriasis.*

Tracoma.

Tracoma est internæ palpebrarum partis asperitas, cum pruritu & rubore, sæpe & pustulis semen milii referentibus, ab humore acri. Gradus ejus sunt *sycosis*, & *tylosis*. *Tracoma.*

Præter generalia, *revellentia*, *intercipientia topica* sunt *mollientia*, postea *refrigerantia*, ultimo *detergentia*. *Paræus* seq. instar omnium esse scribit, si parum *vitrioli* in *multa aqua ros.* solvas. *Curatio.*

Trichiasis.

Trichiasis vel Phalangosis est vitium pilorum in ciliis, duplici ordine crescentium, vel saltem introrsum spectantium, atque ita oculum lædentium. Ophthalmiam non raro inducit. Forcipe avellendi sunt hi pili nocentes, si fieri possit, secus cura non est expectanda. *Trichiasis.*

Madarosis.

Madarosis sive Ptilosis est *defluvium pilorum vel palpebrarum glabrities* ex vehementia alicujus morborum trium supra recensitorum plerumque oritur, scilicet *Psorophthalmiæ* vel *Sclerophthalmiæ*. *Madarosis.*

Digitized by Google

Anchyloblepharon.

Anchyloblepharon. Anchyloblepharon est palpebrarum inter se invicem vel inter ipsas & tunicam conjunctivam *coagmentatio vel potius coalescentia.* Interdum (ut aiunt) est vitium infantibus connatum; sed frequentius ob incuriam in curandis ulceribus vel aliis quibusdam oculorum morbis provenit. Coalescentiæ præternaturales manu chirurgica cum cautela separandæ sunt; & oculus tanquam in vulneribus & ulceribus topicis appropriatis tractandus.

Lagophthalmia.

Lagophthalmia, quid. Lagophthalmia est cum superior palpebra justo est brevior: vel nativa est, vel a cicatrice vel convulsione, vel cum infantes in cunis sursum vel retro semper spectant.

Curatio. Curatur *mollientibus.* Si a cicatrice, sectio sit supra eam figura *falcatæ lunæ*, in plagam *litus* injiciendus est. „Sed re vera est malum ut plurimum prorsus insanabile.„

Atoniatonblepharon.

Atoniatonblepharon. Atoniatonblepharon est affectus palpebræ superioris ex impotentia musculi attollentis, ortus, hinc motus ejusdem superne in totum amissus est; provenire potest a *paralysi;* (novi quosdam a *nativitate* sic affectos) a vulnere vel contusione gravi discissis scilicet istius musculi fibris; hujus rei documentum habemus satis notabile ac æque deplorandum in insigni quodam *Baronetto Anglicolis* fere omnibus noto ex ictu infelici calcis equinæ. Fœmina quædam a *fistula lacrymali*, qua aliquandiu afficiebatur, ope chirurgica sanata, hunc defectum in supercilio contraxit, &, quod mirum videatur, idem in *nepotem* traductus est, nimirum virium imaginationis impressione: filia etenim, cùm prægnans esset cum matre prædicta cohabitans, & intuitu ac consuetu-

Digitized by Google

ſuetudine quotidie utens filium peperit ſimiliter oculo affectum. Eſt quidem Atoniatonblepharon, a quacunque cauſa oriundum eſſet, prorſus incurabile; neque curatio ſectione, ut nonnulli ſuadent, temere tentanda eſt, ne gravius malum, nempe | *Lagophthalmia* accerſatur.

Hippos.

Hippos eſt inſtabilitas palpebrarum, cum palpebræ inordinato motu continuo clauduntur & aperiuntur hujusmodi nictatio ut plurimum eſt hæreditaria, interdum vero ex mala conſuetudine comparatur, vel a gravi aliquo affectu, ut terrore, ira vel timore accidit: ſub curam medicam proprie dictam nunquam cadit. *Hippos.*

Ectropium.

Ectropium eſt affectus *inferioris palpebræ*, quæ invertitur, & deorſum trahitur, ut interna pars cum deformitate videatur, & inſtar rubræ carnis appareat; neque enim ſuperiori committitur, ſed pendet ac hiat. A paralyſi, convulſione, vel vulnere male curato plerumque oritur. *Ectropium.*

Hoc curant *aſtringentia* (inquit *Foreſtus*) ut *Aqua roſ.* in qua ferrum ignitum ſit extinctum; ſeq. ſæpe expertus eſt, *Curatio.*

℞ *Butyr. rec. diligenter lot. in aq. commun. & poſtea in aq. Plantag. vel Roſ.* ℥ij ß.
Tutia præp. & in aq. Roſ. lot.
Aloe in aq. Plantag. lot.
Sieff. alb. cum opio ana ℥i ß.
Camphor. lot. ℈j.
F. Ung.

Quo veſperi inunge & aq. calida ablue. De operatione Chirurgica vide Celſum.

Phthiriaſis.

Phthiriaſis ſive *palpebrarum pediculatio* eſt vitium

Digitized by Google

in quo pediculi inter pilos naſcuntur. Malum eſt *(inquit Sennertus)* minime contemnendum: acres enim fluxiones concitat, & oculi tandem ab iis valde læduntur; idem varia medicamenta enumerat; ſed non opus eſt, ut hic recenſeantur; nam ſola inunctione ſaponis nigri pediculi cujuscunque generis facili negotio necandi ſunt. (vid. *cap. 15. Art. 60.*)

VISUS HEBETUDO.

COWARD.

Hebetudo viſus.

Art. 7. Hebetudo viſus eſt caliginoſus videndi modus cum objecta viſibilia nebula velut tenui obvoluta apparent; primus eſt hic ſtatus ingruentis mali pejoris, niſi præveniatur, prodromus; & *cataractam* aliquando ob incuriam patientis, aut inſcitiam medici inductam, præcurrit. A ſtatu ſanguinis viſcido & pituitoſo oriri poteſt, vel a ſpirituum animalium penuria, vel ab humoris in oculo defectu, vel ex mala partium conformatione.

Unde.

Curatio.

Art. 8. Ad hanc oculorum hebetudinem diſcutiendam indicantur remedia, quæ ſanguinis lentorem tollunt, & quæ ſpirituum animalium penuriæ occurrunt. Quandoque convenit *venæ ſectio*, & deinde *catharticum cum calomel.* exhibere. *Millepedes* inter ſpecifica recenſentur, *ſalia volatilia & deobſtruentia* in ſanguinis lentore mira præſtant; ſalivationem per *maſticatoria*, potius quam *tabaci* fumo, excitatam prodeſſe autumo; *cereviſia oxydorica pharm. bat.* propinari poteſt; *collyria vitriolica & aſtringentia* ſunt vitanda; convenit *aqua ophthalmica ſapphirina Bat.* In genere duæ regulæ ad viſum utiliſſimæ, licet non usquequaque ſufficientes ſtatuantur. Primo Ut mane quolibet, nullo habito ad tempeſtatem reſpectu, *frigida* caput, tempora, & pone aures alluamus. Secundo Ut a *calidis & piperatis cibis*, nec non *potulentis ſpirituoſis*, quamtum fieri poſſit, abſtineamus.

Duæ regulæ ad viſum prolongandum.

Myo-

Digitized by Google

Myopia.

Myopia, sive luscitio, est propinqua visio, quam nos *Angli* vocamus **Purblindness**; a naturali conformatione oritur; qui autem oculos ita formatos habent, nunquam cæcutiunt, neque conspicillorum in extrema senectute indigent. *Myopia.*

Presbytia.

Presbytia est affectus Myopiæ contrarius; e longinquo melior est visio, quam propinqua; senibus præcipue accidit, & est malum prorsus incurabile; conspicilli vero egregio sunt adjumento. *Presbytia.*

Nyctalopia.

Nyctalopia est malum duplex, cujus species duæ sunt sibi invicem contrariæ. In prima specie visio noctu vel in locis obscuris est præstantior, in clara luce valde diminuta & fere nulla. In altera specie nisi in clara splendida luce nihil omnino cernitur. Hæc sunt vitia a mala constructione oculi orta, ideoque incurabilia. *Nyctalopia.*

OPHTHALMIA.

SYDENHAM.

Art. 9. Ophthalmia est oculorum inflammatio. *Morbi definitio.*

Art. 10. Mittatur sanguis e brachio ad ℥x. sequenti die sumat potionem purgativam communem, quæ repetenda est per duas alias vices, duobus diebus interpositis; iisdem noctibus sumat *haustum paregoricum ex Syr.* de *Meconio.* ℥j. Diebus a purgatione vacuis sumat ter aut quater in die ℥iv. *Emulsionis* ex *sem. frigid. Maj.* & *Pap. alb.* *Curatio.*

℞ *Aq. Plantag.*
—— *Ros. Rubr.*
—— *Spermat. Ranar. ana* ℥j.
Pulv. Tutiæ præparat. ℥j.
M. F. Collyrium.

Cu-

Digitized by Google

Cujus guttæ aliquot inſtillentur oculis bis in die: at non incipiendum, niſi poſt primam purgationem. Si his remediis affectus haud cedat, repetatur *venæ ſectio* ſemel vel bis, (præcipue ſi ſanguis Pleuriticus apparuerit) ut etiam Catharſis. Abſtineat ab uſu vini & cujusvis liquoris generoſi, ab uſu etiam ciborum coctu difficilium & ſale conditorum; & diebus inter purgationes bibat hydrogalam coctam. Nota quod ſæpe accidit. Quod venæ ſectioni & Catharſi utcunque repetitis Ophthalmia non cedit; hoc in caſu *Paregoric.* ex *Syr. de Mecon.* ℥j. ſingulis noctibus exhibitum, curationem ſine aliorum ſuppetiis abſolvit.

RIVERIUS.

Morbi deſinitio, & diviſio.

Art. 11. Ophthalmia ſive Lippitudo eſt oculi inflammatio cum tumore, rubore, & dolore: levis inflammatio *phlogoſis* dicitur; *chemoſis* appellatur, quando utraque palpebra inverſa ſit, ut vix ab iis oculi contegantur, rubrumque magna ex parte iridem occupet. Alia eſt ophthalmia *ſicca*, alia *periodica*.

Ejusdem deſcriptio.

Elegantem hujus affectus deſcriptionem habemus apud *Lommium*; „Vehemens oculos urget inflammatio cum multo dolore, & „tenſione, & tumore & ardore & rubedine; interdum „etiam tanta cum punctione, ut oculi tanquam ab in„fixa acu aut ſpina ſtimulari videantur; fervente hu„more implentur, ſequiturque pituita modo paucior, „modo uberior; ſed & ſordes quædam majoribus an„gulis inhæreſcunt; & ubi gravius eſt malum, vicina „etiam loca ad malas usque attolluntur, circum circa „arteriæ vehementer pulſant; vaſa ſanguifera tenuia tur„gent conſpicuaque redduntur, quæ per ſanitatem in „albo fuerant obſcura.

Curatio.

Art. 12. Venæ ſectio, docente *Avicenna*, usque ad lipothymiam celebranda eſt; *cucurbitulæ* ſcapulis & ſpinæ dorſi affigendæ, *catharſis* lenientibus inſtituenda. Remedium ſequens inflammationem ſedat, & fluxionem

nem cohibet. ℞ *Alb. ovi unius* agitetur cum fruſto *aluminis* ſatis magno, donec unguenti conſiſtentiam adeptum ſit, quod extendatur ſuper linteum, & oculo tepide applicetur, poſt horas 2 vel 3 auferendum eſt, ne humores nimis aſtringat. Unguentum fieri poteſt ex *butyro* & ſucco *nicotianæ* ſimul coctis maxime efficax. In declinatione collyria magis *reſolventia* uſurpanda ſunt, ut

℞ *Sarcocol. nutrit.* (i. e. *per plures dies in lacte macerat.*)
Tutiæ præparat. ana ʒiß.
Aloes ϑj.
Myrrh. ϑß.
Mucilag. ſem. fœnugr. ʒß.
Aq. Fœnic.
—— *Euphraſ.* ʒ ß.
M. F. Collyrium.

In ophthalmiis inveteratis, cum alia remedia non ſufficiant, ad *mercurialia* tanquam ad ſacram anchoram confugiendum eſt. In graviori caſu convenit *Setaceum;* aliquando etiam *maſticatoria*, & decoctum *e lignis* proſunt. *In morbo inveterato.*

COWARD.

Art. 13. Ophthalmia eſt inflammatio tunicæ adnatæ cum dolore & ardore torquens. Optime dividitur in *humidam* & *ſiccam*, prout ſcilicet cum majore vel minore humoris profluvio ſtipatur. In ξηροφθαλμίᾳ vel ophthalmia *ſicca* oculus quidem intumeſcit cum dolore quodam, leni rubedine, pruritu, & gravitate, & cum levi etiam humoris fluxione per vices ſaltem, non enim datur ophthalmia abſolute *ſicca*. *Ophthalmia humida & ſicca.*

Art. 14. Copioſiores lacrymarum effuſiones, ut mordaces, ophthalmiam non diutius duraturam indicant. Ophthalmia laborantem alvi profluvio corripi bonum eſt, inquit *Hippocrates*. *Prognoſis.*

Art.

Digitized by Google

Curatio. *Art. 15.* Ut recte instituatur ophthalmiæ cura cum *venæ sectione* incipiendum est; conveniunt etiam *cathartica* mitiora, privatim *aquæ minerales purgantes*, vel *sal mirabile* in aqua communi solut. Quoad *topica* considerandus est præ omnibus morbi status: In principio, factis debitis *evacuationibus*,

Varianda est pro ratione morbi stadiorum.

In principio.

℞ *Aq. Euphrag.*
—— *Fœnicul. dulc. ana* ℥j.
Tut. præpar. ʒß.
Trochisc. Alb. Rhas. ℈j.
M. F. Mistura.

℞ *Lact. Fœminin.* ℥j.
Succ. Fœnicul. dulc. ℥ß.
Camphor. ℈j.
Album. Ovi unius.

Probe conquassando misceantur, & redigantur in pultem forma cataplasmatis applicand. Huic usui quoque inserviunt mucilagines *seminum cydon. psyl. papav.* &c. sæpius renovandæ sunt, ne acorem contrahant. In augmento.

In augmento.

℞ *Aq. Plantag.*
—— *Ros. pallidar. ana* ℥ij.
Sacchar. Saturn. vel Ceruss. lot. ℈ß.
Spirit. Sal. Armon. ℈ß.
M. F. S. A. Mixtura.

℞ *Aq. Solani* ℥ij.
Succ. Sedi ℥ß.
Opii Thebaici gr. ij.
Album. Ovi q. s.
Conquassando probe F. Mixtura Ophthalmica.

In statu. Si comitetur epiphora, sine *vitriolatis* commixtis incassum laboramus. In statu *resolventia* remedia *repellentibus* prævalere debent, inquit *Riverius*, præcipue fotus *e flor. sambuci parat.* discutiendi gratia, sed malem ego sequens adhibere, ℞ *Fol.*

Digitized by Google

℞ *Fol. Euphrag.*
——— *Fœnicul. ana* M. j.
Sem. Fœnugr.
Aloes lot. ana ʒij.
Aq. font. pauco aceto aceſcentis (ita ut guſtu leviter deprehendi poterit) ℔j.

Coquantur ſimul ad dimid. conſumpt. colatura ſervetur ad uſum.

In declinatione ſola *ſarcocolla*, uti ſuadet *Sennertus*, maxime conandum eſt, ſi ophthalmia ſordes reliquerit, quod, priusquam aliquod applicueris medicamentum ophthalmicum, penitus eluantur ſeu detergantur. *In declinatione.*

Art. 16. In ophthalmia ſicca *emollientia & lenientia* perpetuo intermiſcenda ſunt, ne *diſcutientium & exſiccantium* medicamentorum uſu inflammatio aſperior & intenſior reddatur. *Ophthalmia ſicca.*

PITCAIRN in MSS.

Art. 17. Ophthalmia externa diligenter diſtingui debet ab ea, quæ ſimul eſt & externa & interna: *interna* eſt inflammatio retinæ, quam nemo (quantum ſcio) deſcripſit; dabo itaque ſignum pathognomonicum, & in praxi utiliſſimum: nam ſi ſigna *externæ* ophthalmiæ adſint, ſcilicet rubor, calor, dolorque, & nihil aliud viſui ſe offerat, eſt ſolum ophthalmia *externa:* at ſi præter illa *externæ* ſigna videantur ophthalmico oculis ſuis obverſari muſcæ in aëre volitantes, pulviſve quilibet obſcurus vagare, aliarumve rerum incerta ſimulacra, tum erit ophthalmia *interna externæ conjuncta.* *Ophthalmia interna.*

Art. 18. Nullus eſt morbus, qui natura ſua *venæ ſectionem* ſæpius poſtulat, quam ophthalmia. *V. S. copioſa.*

„Et ex obſervatione quorundam Chirurgorum Gal„licorum conſtat, unam Arteriæ Temporalis Sectionem „plus valere ad inflammationem minuendam, quam „duas vel tres iteratas venæ ſectiones.

FARRAGO.

Digitized by Google

FARRAGO.

Epidemica. *Art. 19.* Interdum ophthalmia eſt *epidemica* & *contagioſa* ex aëre inclementiori. In curanda ophthalmia aliquando apprime convenit *venæ ſectio* in pede, ob majorem revulſionem. Ubi humores ſunt acriores & corroſivi, collyriis addenda ſunt remedia *fixa metallica*, videlicet *tutia præparata*, *lapis calaminaris*, *ceruſſa*, *ſacchar. ſaturni*, imprimis *flores Zynci*, & *flores Jovis*, quos *Barbette* inſigniter commendat. In levi inflammatione fruſtum *carnis vitulinæ* vel *bovinæ* applicatum morbum diſcutit. *Ettmuller.* Ophthalmia ab uno oculo ad alterum facillime, ac citiſſime frequenter tranſit. Tumor, ſicut aliarum partium *Phlegmones*, vel medicamentis diſcutitur, vel ad ſuppurationem & disruptionem, vergit, & exinde ulcera conſectaria, vel denique, quod peſſimum eſt, ex intempeſtivo & imprudenti frigidorum Topicorum ac repellentium uſu *gangræneſcit*. Medici præſtantiores uno ore monent, ne topica in principio ophthalmiæ applicemus; multi enim cæci facti ſunt medicamentorum copia.

Prognoſis.

Ophthalmia ſcrophuloſa. *Art. 20.* „Ophthalmia frequentiſſime eſt *ſcrophuloſa*; quo in caſu præter *evacuantia* remedia *mercurialia* & *ſpecifica* exhibenda ſunt, item *millepedes* & *herb. euphraſ.* in cereviſia infuſ. pro uſu communi per longum tempus; ſed præ omnibus, quotcunque mihi hactenus innoteſcunt, *aquæ minerales cathartica*, quales ſunt *Ilbeshamenſes* & noſtræ *Alfordenſes* diutius epotæ morbum hunc pertinaciſſimum ſubigunt, aut ſaltem inducias paciſcuntur, ut aliquoties obſervavi. Pro uſu externo collyrium ſequens, ℞ *Mercur. dulc.* ℥ij. teratur in mortario lapideo affundendo *aq. roſ.* ℥ij. per 4. vices, & agitetur piſtillo ferreo candenti toties calefacto. Prodeſt interdum *cataplaſma de pomis Fulleri.* & etiam fotus ſequens *Boyleanus.*

℞ *Flor.*

Digitized by Google

℞ *Flor. Melilot.*
—— *Sambuci.*
—— *Calend. ana* M. j.
Sem. Lini.
—— *Fœnugr.*
—— *Cumin.*
—— *Pſyll.*
—— *Cydon. ana* ℈ß.
Hord. Perlat. ℥ß.

„*Coq. in aq. font. & vin. canarienſ. and p. æ. ad* ℔j.
„Pro fotu in doloribus magnis.

D. *Cheyne* in Tractatu ſuo de Arthritide teſtatur *Æthiopem Mineralem* larga doſi bis in die ſumptum diuque continuatum ſpem Medici nunquam deſtituere in cura Ophthalmiæ inveteratæ, immo etiamſi *Scrophularis* ſit p. 50. *Virtus Æthiopis Mineralis.*

Cataplaſma ſequens Ettmulleri in graviſſimis inflammationibus dolorem ſedare ſolet:

℞ *Pulp. Pom. dulc. aſſat. q. v.*
Alb. ovi unius cum Sacchar. cryſtal.
bene conquaſſat.
Camphor. gr. xij.
Miſce.

Stercus vaccinum more Cataplasmatis tepidum ab animali oculi appoſitum Ophthalmiæ mederi dicitur. Ex Ephemer. Leopolitan.

Oedema.

Oedema oculi eſt inflatio ſive Tumor Oedematoſus in albo oculi, i. e. in tunica conjunctiva ſine coloris mutatione, valde prominens; eſt malum ſatis conſpicuum. Cum pruritu mordaci plerumque incipit, tanquam locus ictus eſſet *ſpiculo apis vel culicis morſu*; frequentius in æſtate quam hyeme accidit. *Baniſter.* *Oedema.*

Digitized by Google

„Eſt etiam alia ſpecies Oedematis oculi minus recte „a quibusdam authoribus ſic vocati, quod nihil aliud „eſt quam Emphyſema in palpebris contingens, horum „poſterius frequentiſſime vidi, & etiam prius ſemel vel „bis conſpexi; ſed hoc ad alium Articulum pertinet. (c. 10. Art. 6.).

Curatio. Ad hujus curationem ut recte fiat; præter alias appropriatas evacuationes *cucurbitulæ* cum ſcarificatione humeris ſunt affigendæ; topica quod attinet, *fotus* ex diſcutientibus Vino & Aqua incoctis ſunt proficui, ut etiam *Mucilag. Sem. Lin. & Fœnugr. cum ſolutione Myrrh. & Aloe in Aq. Roſar.*

EPIPHORA.

COWARD.

Epiphora quid. *Art.* 21. Epiphora eſt præternaturalis, oculorum defluxio, quæ *Anglis* ſonat a Rheum in the Eyes; humore ſcilicet ſeroſo acri fere continuo depluunt oculi genas excoriante. Confer. artic. 48. fin.

Curatio. *Art.* 22. Intenſiones curativæ ſunt 1. humoris peccantis alio derivatio per *venæ ſectionem*, *cucurbitulas*, *veſicatoria*, *cathartica*, &c. 2. acrimoniæ per remedia idonea correctio, quæ plerumque vino *chalybeato amaro* feliciter peragitur; aliquando vinum ſimplex liberaliter epotum epiphoram ſanat [præcipue non aſſuetis idem bibere,] & poſtremo, præmiſſis recte prædictis evacuationibus & alterantibus, *topica aſtringentia* adhibere licet.

PITCAIRN.

Oculorum catarrhus, ejusdem curatio. *Art.* 23. Epiphora eſt quaſi ſpecies *catarrhi* in glandulis oculorum. Præmiſſis univerſalibus uſurpandi ſunt *aſtringentes*, *linimenta*, & *collyria*, &c. Cataplasma ſequens ex *Platero* egregias habet vires,

℞ *Pulp.*

Digitized by Google

℞ *Pulp. Pomor. acidor.* (vulgo vinoſ. dict.) *in*
Aq. Roſar. macerat. ℥ij.
Mucilag. Sem. Fœnugr. ℥ß.
Album. Unius Ovi.
Lapid. Hæmatit. ʒß.
Cortic. Granat. ʒj.
Ol. Roſ. q. ſ.
M. F. Cataplaſma.

Tepide applicandum.

FARRAGO.

Art. 24. Epiphora antiqua, & quæ ſenibus accidit, difficulter curatur; immo frequenter in *fiſtulam lacrymalem* degenerat. Remedia in principio debent eſſe blande *aſtringentia* & poſtea *ſiccantia: lapis calaminaris* eſt ſingularis. Aqua ophthalmica ſequens ex *Hoffmanno* valet fere in omnibus oculorum affectibus usque ad miraculum, *Aqua opthalmica præcellens.*

℞ *Vin. Rhenan.*
Aq. Plantag.
— *Roſar. ana* ℥iij.
Tut. præp. ʒij.
Myrrh. elect. pulv. ʒiß.

Coq. ad tertiæ partis conſumptionem ſub finem in modul. ſuſpend. pulv. virid. æris. ℈j. *camphor. gr.* viij. *colatura ſine expreſſione ſit pro uſu;* utiliſſima quoque eſt *aq. ſapphirina*, item *collyrium certum.*

HYPOPYON.

COWARD.

Art. 25. Hypopyon eſt *collectio puris ſub cornea* (ſecundum *Kennedy* in Ophthalmographia ſua *inter corneæ laminas*) ab Ophthalmia vel contuſione violenta plerumque ortum ducens. Intentiones curativæ ſunt *Hypopyon ejusque cura.*

Digitized by Google

doloris ſedatio & puris evacuatio per diſcutientia, &c. *Coward.* „Si materia purulenta diſcuti nequeat, ipſa „cornea lanceolæ mucrone caute & prudenter aperienda „eſt, quæ operatio periculo vacat, neque ſemper poſt „ſe cicatricem fœdam relinquit. Inciſione facta, & „pure expulſo oculus eandem medicationem poſtulat, „ac in vulneribus oculorum vel poſt cataractæ de„tractionem.

PHLYCTÆNÆ.

COWARD.

Phlyctænæ quid.

Art. 26. Phlyctænæ ſunt ulcera nunc in adnata, nunc in tunica cornea emergentia, velut tot minimæ veſicæ aqua repletæ, quales ſolent aquæ ferventis in aliquas corporis partes affuſione excitari, vulgo apud *Anglos* **Blyſters in the Eyes** appellantur, & inſtar *granorum milii* apparent, & cum uſitatius ab acri & corrodente humore producantur, vehementem dolorem & lancinationem pariunt. „Hæ puſtulæ in tunica cornea *albidæ* ſunt, in adnata rubeſcentes.

Indicationes curativæ.

Art. 27. Præmiſſis rite evacuantibus, *diſcutientia* & *exſiccantia* conveniunt, quæ varianda ſunt, prout morbus ſit in augmento, ſtatu, vel declinatione.

Detergendæ ſunt Phlyctænæ cum *Melle Roſar. addito pauxillo unguent. Ægyptiac. vel cum Pulvere Nicotianæ* [cum cautela uſurpato]. Poſt deterſionem humectandæ & exſiccandæ ſunt cum *Collyrio ex Aq. Plantag. & Trochiſc. Alb. Rhas. Kennedy.*

Anthracoſis.

Anthracoſis. Anthracoſis ſive Carbunculus oculi eſt Tuberculum graviſſimum in oculo ex inflammatione naſcens, & ad Ophthalmiam referri poteſt.

Synchyſis.

Synchyſis. Synchyſis eſt humorum oculi confuſa admixtio ab ictu, vulnere, vel contuſione violenta. Vid. vulnus ſeu contuſ. oculi. ULCERA.

Digitized by Google

ULCERA.

COWARD.

Art. 28. Omnia oculorum ulcera ſunt periculoſa & curatu difficillima. Totus curandi cardo in uſu *detergentium* & *exſiccantium* vertitur, quibus tamen ſæpiſſime addi debent *lenientia* ſive *anodyna*. Non differt horum ulcerum ab aliorum curatione methodus tractandi, niſi quod ob teneritudinem & inſignem partium uſum cura non vulgari ſuſcipienda ſint. Porro his in caſibus conveniunt *agglutinantia* cum *detergentibus* mixta; inter quæ liquorem ex ovo cocto & indurato ſacchari candi q. ſ. repleto in cella vinaria exſtillantem maxime commendat *Riverius;* quod medicamentum, ſi magis *abſterſivum*, deſideres, addito *myrrhæ pulveriſatæ* pauculo ſaccharo cand. ſuprapræſcripto, magis proficuum reddetur. *Prognoſis, & curatio ulcerum oculariorum.*

PTERYGIUM.

ETTMULLER.

Art. 29. Pterygium, vel (Latinis) Unguis, ſeu oculi pannus, eſt tunica quædam præternaturalis ab uno oculi angulo, frequentius interiori, enata, quæ ſucceſſive accreſcendo tandem ad pupillam pervenit; interdum eſt tenuis, albida, interdum craſſior, & carnoſior, aſpera, obſcura, dolorosa, immo cancroſa, quæ non eſt attingenda. *Morbi deſcriptio.*

Art. 30. Commendatur ablutio oculorum cum proprio *lotio* matutino; uſurpanda ſunt remedia *abſtergentia*, ut *ſaccharum cand. os ſepiæ*, *crocus*, *vitrum* vel *butyrum Antimonii*, ſuccus *chelidon. maj. vitriol. alb.* In malo pertinaciori tuto confugiendum eſt ad *Mercur. ſublimat.* item *ſuccus formicarum rub. expreſſ.* & cum aq. ophthalmica appropriata permiſtus. *Curatio.*

Ungulam oculi diſtinguere ſolent in *membranoſam*, *varicoſam* & *adipoſam;* membranoſa, alias panniculus *Differentia.*

Digitized by Google

appellata, est excrescentia carnosa ac nervosa, quæ operationem valde dubiam & incertam admittit; nec tractabilior est secunda species cultro tentanda, propter insignem venarum dilatationem & turgescentiam; ultimam adiposam scilicet doloris albicantis & substantiæ quodammodo pinguis, reliquis duobus benigniorem tuto extirpare licet, de operatione consulatur *Author*; ut etiam *Celsus*.

Curatio & Prognosis. Si Pterygium sit recens *ærugine, alumine usto, Sacchar. cand.* &c. absumi potest, sel animalium fere omnium valde commendatur. Pterygium re vera est malum periculosum & curatu difficillimum; est etiam frequenter contagiosum ab uno oculo in alium transiens, & fere semper metus est, ne cancrosum evadat.

Proptosis.

Proptosis. Proptosis seu Staphyloma est re vera *Hernia oculi* & isto nomine designari debet: disrupta etenim tunica cornea quocunque accedente uvea seipsam protrudit, Tumorem vel *Ramicem* faciens, qui a similitudine aliquali rerum quarundam varia apud Græcos sortita est nomina, uti *Staphyloma, Melon, Helos, Myocephale*, &c. (Vid. *cap. 10. Art. 44.*)

Curatio. Quoad curam principio haud incongruum erit experiri, quid valent *Collyria astringentia*, si ex horum usu spes frustretur, ad chirurgicam operationem accedendum est, nimirum ad evacuationem humoris aquei per *paracentesin*, quæ periculo vacat; iste enim humor de novo supplebitur, & vulnusculum curatu non est.

Rhexis.

Rhexis. Rhexis est Tunicarum oculi ruptura *cum humorum effluxu a vulnere*, contusione violenta, vel ingenti exulceratione orta, cæcitatem perpetuam inducit, si humores omnes emanarunt. Nihilominus vero Globus oculi in hoc casu quandoque humore aquoso replebitur, utcunque tamen haud usque ad dimensionem naturalem: in hoc

Digitized by Google

in hoc ſtatu oculo artificiali vitreo deformitas eleganter reſarcitur. Si ſolus humor aqueus reliquis in oculo manentibus effluxerit, natura frequenter hunc denuo ſuppeditat, & oculi pulchritudo ac viſio conſervantur.

In hiſce graviſſimis oculorum læſionibus ſemper convenit *venæ ſectio* quam ociſſima, item *enematum* injectiones, & in vulnus vino rubro cum exiguo melle prius ablutum, inſtillandus eſt *ſanguis columbinus* ex animali vivo, vel mixtura ex *melle Roſarum, vitell. ovor. & lacte muliebri* adhiberi poteſt, & ſuperimponendæ ſunt linteæ *albumine ovorum cum tantillo alumine bene agitato imbutæ.* Poſt hujusmodi Medicationem aliquandiu continuatam *Collyrium ex Myrrh. Aloe & Croc. in Aq. Roſar.* uſui erit. *Curatio.*

ALBUGO.

COWART.

Art. 31. Albugo ſeu Leucoma eſt macula corneæ albeſcens; quo latior & craſſior eſt, eo magis viſum obſcurat, & quo magis corneæ ſuperficiei incumbit, eo magis albicat, & quo propius ad nigredinem vergit, eo altius ſuas egit radices, & vix curabilis exiſtit. Quæ e *cicatrice* relicta exoritur difficillime diſſipatur, quæ *ophthalmiam* ſequitur, frequenter ſua ſponte faceſſit. *Albugo quid. Varietas & prognoſis.*

Art. 32. Totus curationis cardo in *emollientibus, reſolventibus*, ſeu *diſcutientibus*, vertitur, quæ tamen cum ſumma cautela ſunt uſurpanda. Pro *cicatricibus* tollendis *topica* acriora, immo *cathæretica* aliquando prudenti manu adhiberi debent, & primo tentanda eſt via lenioribus, & poſtea ad fortiora licet devenire. *Curatio.*

℞ *Rad. Althææ* ℥j.
Fol. Malv.
—— *Euphrag.*
—— *Chelidon. Maj. ana* Mj.
Sem. Lini
—— *Fœnugr. ana* ℥iij.
Flor. Melilot. p. j. Aa 4 *Coq.*

Digitized by Google

Coq. in aq. font q. ſ. ad ℥ij. Hujus decocti vapor oculis apertis calide excipiatur frequentiſſime. Mallem ego in his oculorum medicamentis utendis formam *fomentationis*, quam *vaporis* commendare, præcipue ſi eidem decocto, dum caleſcat, pauculas *ſalis* ſeu *ſpiritus alicujus volatilis* guttas inſtillaveris, quod tum forte prodeſſe poterit, niſi nimiam affuderis ſpirituum quantitatem, quæ oculorum tunicas feriat, & irritet. Alii utuntur *ſaccharo cand. in aq. fœnicul. ſeu euphrag. ſolut. ſuccus fœnicul. vel chelidon.* cum guttulis aliquot *balſam. peruv.* potenter albuginem diſcutit, inquit *Riverius*. Sequens ex *Riverio* feliciter expertus ſum, ℞ *Aq. roſ.* ℥iv. diſſolve in ea paululum *ſalis armoniac.* ita ut linguam feriat, deinde imponatur in vaſe aurichalceo, donec *cæruleum* colorem acquirat. *Fella animalium* præcipue *lucii piſcis*, ſuccus *chelidon.* &c. ſunt remedia calida & acria, ideoque convenit ea excipere mucilaginibus *gum. tragacanth. ſem. cydon.* &c. vel cum pulv. *Trochiſc. albi Rhaſ.*

ETTMULLER.

Pro cicatrice in oculo. Remedia aliquot.

Art. 33. Albugo ſeu Leucoma eſt cicatrix albida poſt variolas vel alia ulcuſcula in oculo. Pro nubecula & albugine delenda conveniunt *fel anguillæ, ol. papyri, ſucc. chelidon. maj. aq. ſapphirin. mercurius ſublimatus.*

Oule ſive Cicatrix.

ETTMULLER.

Scarificatio Oculi.

„Solenne eſt apud Chirurgos Gallicos ad hoc vitium „amovendum operationem inſtituere, quam vocant *ſca„rificationem oculi*. Inſtrumentum ad hoc opus perfi„ciendum, quod *Scarificatorem* nominant, fit ex ariſtis „hordeaceis, N°. xx. vel xxv. puta, ad inſtar penecilli „colligatis; cum hujusmodi autem ſcopis ſive verricu„lis oculum abradunt, quandoque usque ad effuſionem exigui

Digitized by Google

exigui ſanguinis, alternis vel tertiis forſan diebus idem repetendo ad quartam, quintam vel plures vices; finita in hunc modum ſingula ſcarificatione oculum cum aqua tepida multoties abluunt, immo fere continuo per totum diem, & deinde noctu pulpam pomi aſſati applicant: atque hæc eſt ſcarificationis methodus; accuratiorem vero hujus operationis rationem, non modo in hoc vitio, ſed etiam in quibusdam aliis oculorum affectibus vernaculo ſermone evulgandam brevi, ut opinor, expectare licet.

Hypoſphagma.

Hypoſphagma ſive *ſuggillatio* oculi eſt ſanguinis ex ictu vel lapſu, ruptis aut contuſis vaſis, vel alio modo apertis, in oculorum tunicis adnata vel cornea, in asdemque effuſio, colore primum rubeo, poſtea lido vel nigro. Cui malo & hoc accidit, ſi corneam magis occupet, objecta omnia colorem ad rubrum vergentem præ ſe ferunt; nam & ad corneam venulæ poriguntur, ea parte, qua iridem ſpectat; & ex vicinis aſis ſanguinis in eam effundi poteſt. *Hypoſphagma.*

Si malum ſit ingens opus eſt venæ ſectione & purgatione, & topica debent eſſe *diſcutientia. Galenus* a initio fotum uſurpat ex decocto *Fœnugræci & Meliloti* & poſtea *aſtringentia. Sennertus.* In oculorum uggillationibus optimum eſt ſequens cataplasma, *Curatio.*

℞ *Rad. Symphyt. maj.* ℥vj.
Sigil. Salomon. ℥ij.
Flor. Sambuc. ℥ß.
Farin. Fabar. ℥j.
Coq. in q. ſ. Aq. font.

Decoctum ſit pro fotu, & ex *radicibus*, &c. F. Cataplasma.

Digitized by Google

SUGGILLATIO.

ETTMULLER.

Remedium pro oculorum suggillationibus.

Art. 34. Suggillatio oculi fit ab ictu, unde sanguinis congrumescentia. In oculorum suggillationibus optimum est sequens cataplasma,

℞ *Rad. Symphyt. Maj.* ℥vj.
—— *Sigil. Salomon.* ℥ij.
Flor. Sambuci ℥iß.
Farin. Fabar. ℥j.

Coq. in q. s. aq. font. Decoctum sit pro fotu, & ex *radicibus*, &c. f. cataplasma.

CATARACTA.

COWARD.

Definitio.

Art. 35. Suffusio sive cataracta est pupillæ obstructio ab opaco aliquo interposito inducta, quæ visum minuit, aut extinguit.

Causæ.

Causæ hujus affectus sunt ut plurimum obscuræ, aliquando tamen evidentes, uti contusio, nimis assidua ad lucernam lectio, balneorum usus inordinatus, & in genere quicquid fluxionem ad oculos promoveat; *epiphora* nonnunquam in *cataractam* transit.

Differentia.

Differentiæ suffusionum sunt variæ, nempe Primo ratione crassitiei vel tenuitatis materiæ, ex qua pellicula constat; Secundo ratione coloris, an alba sit, vel nigra, citrina, vel viridis, aut subfusca; Tertio a situ, num etenim uveæ, num corneæ proprius adhæreat. Certum enim est cataractam semper inter *uveam* & tunicam *scleroticam* contineri, in quo nunc humore aqueo, instar syndonis, innatare & fluctuare videtur, nunc firmiter tunicis, præsertim uveæ, adhærescere.

Curatio.

Art. 36. Suffusio in initio discuti potest, ut multi fidei integerrimæ authores testantur. Suffusio nigra,

Regula de Cataractis.

nec medicamentis; nec acu curabilis est. Sequens est optima

Digitized by Google

optima regula de cataractis, scilicet; *si quando videatur accrescere, & discutientium medicamentorum vires excedere, sufficienti temporis serie permittatur callescere, donec acui depositoriæ idonea naturaliter reddatur.* Modus operationis perficiendæ unicus est; intrudendo, scilicet, acum depositoriam per adnatam & corneam e minoribus oculorum angulis versus nasum, & cataractam eadem involvendo, tandemque ad oculi basin deponendo, ut ibidem resideat, seu leni manu figatur. Post hæc usitatum est, quietem per plures dies patienti imperare vel in lecto vel extra, & *stypticis* aliquibus seu medicamentis *agglutinantibus* oculum male affectum obducere. *Operatio.*

„Statim post operationem simul ac acus oculo evul- *Post operationem quid faciendum.*
„sa fuerit, instillandæ sunt guttæ aliquot *sanguinis columbini* a vivo animali, & oculo superimponantur linteæ „duplicatæ *albumine ovorum cum frustulo aluminis conquassato & tantillo melle Rosaceo bene irrigatæ.*

„Suffusio, quæ a morbo aliquo graviori, a perti- *Prognosis.*
„naci cephalalgia, vel a contusione violenta ortum „duxerit, est omnium longe pessimæ indolis. Suffu„siones, quæ sunt virides, vel cineritiæ, item quæ ferri „rubiginosi, margaritarum vel testudinis marinæ colorem referunt, acu curabiles sunt: e contra suffusiones „nigræ vel flavæ, item cretæ, plumbo, malo citreo, colore „similes, non attingendæ sunt. Præter colorem, ratio etiam habenda est substantiæ, & consistentiæ suffusionum, quæ a fricatione oculi palpebris operti di„gnoscendæ sunt; frictio enim oculi cum digito suffu„sionem reddit latiorem & extensiorem cum vel sine „disruptione; si autem pristinam figuram statim recu„perat sine disruptione, operationem fausto eventu suc„cessuram esse sperare licet: sin vero ex frictione suffu„sio in partes & frusta desiliat, operatio nullatenus mo„lienda est, sed cunctandum est, donec suffusio firmior „& maturior evaserit.

„De

Notæ quædam.

„De operandi modo alibi dictum est (*cap. 10. Art. „36.*) sed in ipsa operatione quædam adnotanda occur„runt; ibidem minus memorata. In cataractis adhuc „imperfectis interdum simul ac acus infigitur, statim „oculus *inundatione humoris aliqualis lactei impleri* vi„detur, quem ab ipsius cataractæ vesiculis acu sau„ciatis provenire credibile est. Quandoque oculus „acu introducta *cruoré plenus* conspicitur. Alias „intromissa acu *cataracta statim duplo grandior* augeri „videtur, *tuberosis ostrearum testis* [*vel spermati ranæ„rum in paludibus*] quodammodo similis. Hæc acci„dentia saltem ad tempus operationi impedimento esse „solent. Cataractæ nonnullæ, utcunque aspectu beni„gnæ ac pulchræ ante operationem conspiciuntur, sunt „tamen adeo *tenaces ac rigidæ*, ut acui depositoriæ ob„temperare omnino respuant, & quoties infra detru„duntur, toties iterum assurgunt. Aliæ etiamsi septen„nes vel octennes fuerunt, sunt tamen *molles tanquam „gelatina*, atque ita vim acus eludunt. Aliæ *Uveæ* tam „firmiter adhærent, ut acu separari nequeant, atque „hæ sunt omnium pessimæ ab ictu vel contusione vio„lenta ortum plerumque ducentes. Quod ad acciden„tia antedicta, nimirum *humoris lactescentis*, *cruoris*, „&c. in operatione contingentia, attinet, octiduo vel „noniduo plerumque sponte evanescere solent, reliquiæ „tamen quædam aut fragmenta interdum manere pos„sunt. Post operationem visus quandoque statim, sed „frequentius circa nonum diem aliquatenus succedit, „at non perfecta & fortis ante duas vel tres septimanas, „vel forsan tot menses præteritos exspectanda est. „*Banister & alii.*

E T T M U L L E R.

Suffusio incipiens.

Art. 37. Conqueruntur ægri in cataracta vel suffusione incipiente de variis punctis, filamentis, flosculis, fumis, aranearum telis, muscis, &c. ante oculos ob-

servan-

Digitized by Google

ſervantibus; interdum vero deſunt hæc ſigna, & ex improviſo cataracta oritur. Quinque ſunt ſpecies ſive colores cataractarum, ſcilicet alba, cinerea, cærulea, viridis, & flava; cærulea & viridis vim acus eludent; reliquæ interdum per chirurgiam ſanantur.

Art. 38. De maturatione & tempore operationis vide locum, p. 799. In ſuffuſione incipiente interne conveniunt *millepedes*, *euphraſia*, decoctum *e lignis*, *ſudorifera*, &c. Externe collyria *antimonialia*, *veſicatoria*, *fontanellæ*, *ſetacea*, & in non aſſuetis *tabaci* fumiſuctio. *Curatio.*

PITCAIRN.

Art. 39. Signum pathognomonicum a *Riverio*, *Plempeio*, & aliis traditum ſuffuſioni nullatenus convenit, nempe affirmant ſuffuſionem tum ingruere, cum varia ſimulacra ante oculos volitant, pili, araneæ & ſimilia, quæ apparitiones ex omnium opinione, ſi perpetuo offerantur, eſt vera & legitima ſuffuſio: has apparitiones aſcribunt corpuſculis humori aqueo innatantibus, quæ cataractam efformant; verum naturam oculi ignorant: Nam corpuſcula humori aqueo innatantia nullum ſenſum in retina depingunt; immo ea quæ corneæ exteriori adhærent nullam ſui in retina picturam exprimunt, nec cicatricis corneæ ulla eſt imago, neque ob eam vel eas (ſi plures ſint) ullæ rerum obvolitantium fiunt apparitiones: Ea enim eſt concavitas retinæ, ut ad objectum in ea depingendum, hoc eſt ad congregandos in uno ejus puncto omnes radios, e quovis objecti puncto emiſſos, debeat objectum viſibile removeri a retina ultra diſtantiam corneæ a fundo oculi. Hinc ſequitur, ſi incipienti cataractæ conjungantur etiam ſimulacra muſcarum &c. tum oculi etiam *Gutta Serena* laborant. *Error Riverii, Plempeii, &c.*

FARRAGO

Art. 40. Si ſuffuſio ſit profunda, pupilla anguſta apparet *Prognoſtica ſigna aliqua.*

Digitized by Google

apparet; intra ſex menſes plerumque confirmata evadit: Oculo digito compreſſo ſuffuſio nonnihil diffluens & latior facta, & poſtmodum ad priſtinam magnitudinem revertens nondum matura eſt; ſi vero nullam patitur mutationem diſcuti poteſt. *Riverius.*

Art. 41. Si oculus ſuffuſione affectus ſoli obverſus nullam poſſit lucem percipere, fruſtra eſt omnino operationis periculum facere; eſt etenim cataracta cum *Amauroſi* conjuncta, quod malum eſt incurabile. *Barbette.*

Opacitas humoris cryſtal.

Art. 42. Cataractam re vera ut plurimum nihil aliud eſſe quam *Opacitatem præternaturalem humoris cryſtallini* videre licet Tranſact. Philoſoph. No. 373. Et hanc fuiſſe opinionem plurium Chirurgorum Gallicorum, ſcilicet, *Maitre Jean, Antoine, Biſſau, Heiſter*, &c. ex horum authorum lectione plane conſtat: Cataractas autem membranoſas rariſſime occurrere fere omnes conſentiunt. (vid. Artic. ſubſeq.)

MORBI HUMORIS CRYSTALLINI.

GLAUCOMA.

Glaucoma.

Art. 43. Glaucoma eſt mutatio humoris cryſtallini in glaucum colorem humore cryſtallino per exſiccationem condenſato. *Oribaſius in lib.* viii. *cap.* 47. dicit Glaucoma & ſuffuſionem veteres unum eundemque morbum eſſe exiſtimarunt. *Paulus Ægineta* idem aſſerit. Valde curioſæ ſunt diſquiſitiones *Gallorum de diſtinctione inter Suffuſionem & Glaucomæ vid. Acad. Sci.* Vol. XII. p. 47. *item* Vol. XXII. p. 36. *&c.* Poſteriores tamen *Græci proprie Glaucoma ſaltem pro humoris cryſtallini in glaucum colorem mutatione accipiunt.* Quod ubi fit, viſio impeditur; nam humore iſto pelluciditate ſpoliato ſpecies viſibiles *ad retinam* perfecte transferri nequeunt. Cognoſcitur hoc malum, quod citra pupillam inſignis & profunda apparet albedo, & omnia tanquam per fumum aut nebulam videntur. A cataracta ergo diſtinguitur, quod *albedo pro-*

Digitized by Google

profundior appareat, in cataracta *in ipsa pupilla & fere juxta corneam. Sennertus.* (vid. Art. præcedentem.)

SITUS HUMORIS CRYSTALLINI VITIATUS.

Est & aliud vitium humoris crystallini, scilicet. *Situs naturalis mutatio*, ubi, scilicet, latiore sua parte, quæ lentis majoris instar compressa est, Pupillæ foramini non recta opponitur, sed vel sursum declinat, vel deorsum, vel ad latera: & quidem si Crystallinus humor situm mutet in uno oculo, in altero vero situm naturalem retineat; vel si ambo difformiter situm mutent, ita ut alter sursum, alter deorsum, vel ad latera vergat, res geminatæ apparent; *mutatur enim planum*, ut loquuntur optici: hic affectus, sicut antecedens est omnino incurabilis. *Sennertus.* *Situs humoris crystallini vitiatus.*

GUTTA SERENA.

Coward.

Art. 44. Gutta serena seu Amaurosis est visus abolitio, sine ullo sensibili vitio in oculis apparente, ab obstructione *nervi optici* orta, influxum spirituum animalium prohibente. Quæ a causa quacunque subitanea exoritur facilius curatur, quam cui deplorabile illud infortunium obrepit. In vera amaurosi pupilla nigrior & amplior solito apparet, sed non semper, & gravitas supercilia premit. *Definitio.*

Art. 45. Quoad therapiam post universalia (ubi indicantur) medicamentis *volatilibus, antiscorbuticis, chalybeatis, mercurialibus, cephalicis, & nervinis* cura tentanda est; vix aliquid sperandum est a *topicis*; si aliquibus utamur, debent esse *discutientia.* *Curatio.*

Pitcairn.

Art. 46. Si nullis ophthalmiæ signis apparentibus, musceæ ut araneæ & similia oculis obversari videntur, signum est *pathognomonicum* guttæ serenæ nascentis. *Signum pathognomonicum.*

Art.

Digitized by Google

Curatio. *Art. 47.* Curatio hujus affectus medicamentis *mercurialibus* tentanda est, immo *salivatione* & decocto *guaiaci.*

Art. 48. „ Tutiora sunt *purgantia* (inquit *Ettmullerus*) quam *vomitoria*; conveniunt *sudorifera*, maxime „ *sassafras & euphrasia, junip. rosmarin. millepedes, masticatoria*, &c.

Epiphora.

Rheuma oculi. Huc pertinet, si non idem sit, Rheuma sive *fluxus Oculi*, *vel delacrymatio*, quod est seroforum vel tenuium humorum ab oculo profluvium, sine insigni inflammatione; a *Fistula lacrymali*, *vel ab ungula* male curata quandoque oritur, & tunc prorsus incurabilis existit; vulgo vocatur a **Weeping Eye.** (Conf. artic. 21. seq.).

Proptosis.

Proptosis. Proptosis est exitus oculi fere ex orbita, ex contusione, &c. vid. contusionem Oculi & Vulnera *cap. 10. Art. 33. 44. in add.* huc referri potest buphthalmia; magnus oculus, sive oculi valde prominentes, vulgo **Gogle Eyes**; a naturali conformatione oriundi. Quomodo ab alio morbo eodem nomine insignito differt. (Vid. *cap. 10. Art. 30. in add.*)

Atrophia.

Atrophia. Atrophia oculi, sive imminutio, profunditas vel macies oculi, est, quando omnes oculi partes imminuuntur & contabescunt. Nusquam hunc morbum, ut memini, tanquam *particularem* inveni, nisi a tabe universali provenientem; *Celsus* vero & alii hunc agnoscunt; adeo infrequenter, ut opinor, contingit, ut peculiarem medelam vix postulat, ad hanc classem pertinet *Microphthalmos*, sive parvus oculus, **The Pinkie or the Pig-Eye** a naturali conformatione ortus.

Mydriasis.

Digitized by Google

Mydriasis.

Mydriasis, sive *Pupillæ Dilatatio*, est cum foramen illud, quo uvea tunica ad species visibiles admittendas donata est, ita præter naturam versus iridis circulum ampliatur, ut visio hac de causa lædatur. Objecta visibilia grandiora apparent & minus distincta, alia est *nativa*, alia *adventitia*, prior est incurabilis; si a siccitate oriatur, humectantia indicantur. Interdum est *gutta serenæ* prodromus. *Mydriasis.*

Meiopis.

Meiopis, sive *Pupillæ Angustia*, est malum præcedenti contrarium; nimirum cum pupilla angustior est, quam naturaliter esse debet. Hi affectus insanabiles sunt. *Meiopis.*

Plege.

Oculorum vulnera, sive a punctura, incisione, vel contusione fiant, sunt periculosissima. Omni arte fluxus humorum inhibendus est, scilicet, venæ sectione, hirudinibus, clysmatibus, vesicantibus, intercipientibus, *&c.* & febris supprimenda testaceis, emulsionibus, *&c.* Interim remedia externa sunt ante omnia *Sanguis columbinus e vivo animali in oculum vulneratum instillatus, aq. hordei & mel. Rosar. pro collyrio, Oxyrrhodinum* i. e. *acetum, in quo fol. Ros. rub. incocta fuerint cum Albumine ovor. conquassat.* pro defensivo. Sequens Cataplasma habet *Turner. Art. Chirurg.* p. 370. vol. I. ℞ *Fol. Ros. rubr. Sambuc. ana* Mj. *coq. in q. s. lact. Vaccin. colatur.* ℔ß. *add. mic. panis alb. q. s. ut reducatur leni coctione ad debitam consistentiam sub finem addendo vitellum unius ovi cum tantillo croco minutim sciſſo, f. Cataplasma* subtepide applicand. illinendo prius palpebram tumefactam cum *Ung. Sambucin.* consulatur author loco citato. *Plege.*

Digitized by Google

Elcos.

Elcos. Ulcera in tunica conjunctiva vel cornea, a quacunque causa oriuntur, a vulnere, inflammatione, a variolis vel combustionibus, &c. periculosa sunt, & aliquando curatu difficilia, & semper metuendum, ne opacam cicatricem post se relinquant.

Cura. Quoad curam, materia, quæ oculis advehitur, removenda est & evacuanda, sordes detergendæ sunt, dolor, si qui adsit, mitigandus, & oculus demum in statum naturalem restituendus. Detersiva & deficcantia, quæ sunt usurpanda, debent esse lenia, temperata & minime mordicantia. Ad detergenda ulcera [inflammatione omni, si quæ adest, dissipata,] vix datur præstantius remedium, quam *aq. Ophthalmica Sapphirin. Bat.* & deinde *collyrium ex Sarcocol.* in cap. de Ophthalmia laudatum, & postremo *Collyr. cum Trochisc. alb. Rhas. cum Camphora, Sacchar. Saturn. vel lap. Calamin. præp.* &c. oleum ovorum valde commendatur.

Species variæ. D. *Baniſter* a priscis medicinæ scriptoribus octo vel decem species ulcerum in oculo accidentium enumeravit, ut *ulcus rotundum, inusſtum, ſordidum, depascens, cancrosum*, &c. Sed distinctio nimis subtilis videtur. Verum enimvero notatu dignum est ulcus istud, quod *Græci Peribrosin* nominant in Angulo oculi cum pruritu vix tolerabili conjunctum. Sequens medicamentum ab authore valde comprobatur. ℞ *Mucilag. Sem. Cydon. Lin. in aq. Plantag. & parietar. extract. ana* ℥j. *Vitriol. alb. in aq. Rosar. solut.* ℥ß. *Vitriolum album est antidotus ad pruriginem.*

Paralysis.

Paralysis. Paralysis oculi est affectus musculorum ocularium paralyticus, ex quo motus vel penitus amittitur vel multum impeditur. Est malum, uti credo, rarissime contingens; utcunque nihil habet in se peculiare a paralysi aliarum partium diversum quoad theoriam vel therapiam.

Stra-

Digitized by Google

Strabiſmus.

Strabismus ſive ſtraboſitas, eſt oculorum unius vel utriusque deformis ab invicem diſtortio, ſive *obliquatio*. Ex inæquali muſculorum oculi exercitio hoc malum provenit. Infantes facile illud contrahunt; interdum fit ex negligentia nutricum, & inconvenienti ſive malo cunarum ſitu ad feneſtram. Juvenes enim magis ad hoc malum inclinant, ſive hoc ſit ex vitioſa oculorum contorſione, ſive ex contagio quaſi aliquo, dum ejusmodi perſonas ſæpius intuentur, qui hoc morbo laborant. *Strabismus.*

Strabismus difficillime curatur; ſi a cunabulis perperam verſus feneſtram locatis ortum duxerit, mutanda eſt eorum ſituatio. *Paulus Ægineta* ad hoc vitium emendandum larvam machinatus eſt & faciei adaptavit, ita ut per duo foramina recta tantum antrorſum liceret proſpicere. Ego ad adoleſcentulum quendam generoſum ſtrabismo affectum accerſitus, ſtatim ac intellexi unum tantum oculum affici, conſului, ut *ſanus ſubligaculis probe claudatur* per duas ſeptimanas, quo facto alter oculus omnimodorum motuum liberrime potitus integre ſanatus eſt, & in futurum cum altero motus ſociales recte ſervavit, & nunc elapſis aliquot annis ſine recidivatione juvenem eleganti forma præditum in bonum virum evaſurum fore ſpero. *Curatio.*

Encanthis.

Ex curatione unguis vitia naſcuntur, quæ ipſa aliis quoque de cauſis oriri ſolent. Interdum fit in Angulo parum ungue exciſo, vel aliter, tuberculum, quod palpebras parum diduci patitur: ἐγκανθὶς Græce nominatur. Excipi Hamulo, & circumcidi debet: hic quoque diligenter temperata manu, ne quid ex ipſo Angulo abſcindatur. Tum exiguum linamentum reſpergendum eſt vel cadmia, atramento ſutorio, *&c. Celſus.* *Encanthis.*

„Encanthis eſt excreſcentia carnoſa in majori oculi „angulo carunculæ lacrymali adhærens; ſi mollis & „laxa *Curatio.*

Digitized by Google

„laxa fuerit. *Alumine ustο & Saccharo cand.* deleri pot„est; sin vero tumor sit durior & grandis filo per me„dium transmisso detinendus est, & forcipe abscinden„dus & vulnus tinctura Myrrhæ & melle Rosaceo fo„vendum.„ *Kennedy.* In operatione suscipienda ca„vendum est, ne *glandula lacrymalis* nimium lædatur, „exinde enim fluxus oculi perpetuus continuo in genam „depluens supervenire solet, quemadmodum in fistu„la lacrymali male curata plerumque accidit.„ (Vid. „*Cap. X. Art.* 44.)

FISTULA LACRYMALIS.

COWARD.

Morbi nomina & descriptio.

Art. 49. Anchilops, Ægilops, & Fistula lacrymalis apud authores promiscue usurpantur; ægilops vero est tumor [vel potius ulcusculum] carunculæ majoris ad internum oculi canthum; anchylops nominatur, cum adhuc nondum sit ulcerosus; fistula lacrymalis proprie appellatur, quando ulcus sinuosum ibidem efformatur; compressione digiti liquor e cantho ovi vitello similis, & fœtorem emittens exstillat: humor corrosivus viam facit, aut invenit, unde meatus colatorii ejus patentes facti, perpetuo stillicidio vexantur; imo frequenter os *ethmoideum* penetrat, erodit, & ad *cerebrum* miserabilem deducit; in quo statu non nisi *causterio* actuali curabilis est, hujusmodi fistula frequenter cancrosa evadit, & tunc *Riverius* monet, remediis non esse attingendam.

Progressus & exitus.

Curatio.

Art. 50. Cura est totaliter chirurgica, nisi quod intus dari possunt pauca *evacuantia* & remedia quædam humorum acrimoniam *destruentia*, præcipue *mercurialia*, & decoctum *e lignis.* In initio si anchylops adhuc sit, *repellentia* maxime profieua sunt, ut suppuratio præveniatur; huic usui inserviunt *refrigerantia*, *astringentia*, & *vitriolica:* Si vero nec refrigerantibus repelli

Digitized by Google

repelli nec resolventibus discuti poterit, quin ad suppurationem vergat, aperiendus est absessus, & *detergentibus*, *consolidantibus*, ac *cicatrizantibus* secundum artem tractandus. Alii sunt qui curam ægilopis moliuntur *instrumento chirurgico*, os nasi tramitem perforando, quo liquor perpetuo exstillans per nasum evacuetur.

„Sed graviter errant, qui existimant *perforationem* „hoc commodum præstare, ut materia per os effluat; „foramen enim ossis a carne ex ipso pullulante brevi „obstruetur. Os non est perforandum nisi præsente „maxima ipsius corruptione, quæ perveniat usque ad ca„vitatem internam ipsius nasi; sola siquidem ejus su„perficie corrupta sat fuerit partem læsam scalpro abra„dere, Euphorbium inspergere, &c. præmitti debet „*setaceum*, quod tanti est momenti, ut inveteratam „fistulam lacrymalem sine hoc præsidio vix curari posse „in aliquibus observaverim. *Hercules, Saxon. & Hildanus.*

VISUS HEBETUDO.

„Euphrasia quoque modo sumpta, seu in pulverem „redacta, & cum vino albo pota, seu per se sola ma„sticata & deglutita, seu in vino vel cerevisia infusa, „seu in aqua ad modum theæ, seu succus ejus expres„sus *videndi facultatem mirifice roborat & adauget, de„bilem aut amissam reparat & restituit. Arnoldus de „Villa Nova & alii.* *Euphrasiæ vires.*

PALPEBRARUM MORBI.

SCHMITZIUS.

Art. 51. Tracoma est internæ palpebrarum partis asperitas, cum pruritu & rubore, sæpe & pustulis semen milii referentibus, ab humore, acri. Gradus ejus sunt *sycosis* & *tylosis*. *Tracoma quid.*

Art. 52. Præter generalia, *revellentia*, *intercipientia*, *topica* sint *mollientia*, postea *refrigerentia*, ulti- *Curatio.*

Digitized by Google

mo *detergentia*. *Paræus* seq. instar omnium esse scribit, si parum *vitrioli* in *multa aqua ros.* solvas.

Hordeolum quid. *Art. 53.* Hordeolum est tuberculum in summa palpebra ortum prope cilia, quod suppurescens simile est grano hordei; continetur cysti.

Curatio. *Art. 54.* Foveatur *cera alba*, vel *adipe gallinæ*, vel *saliva jejuni*, vel corpore *muſci* abjecto capite fricetur, vel sanguine *columbæ vel perdicis*: si omnia frustra, *sectione* opus est. Si materia sit lapidescens quasi grando *chalazion* dicitur.

Ectropium. *Art. 55.* Ectropium est cum inferioris palpebræ pars interior extra apparet, inversa a paralysi vel convulsione vel vulnere male curato.

Curatio. *Art. 56.* Hoc curant *astringentia* (inquit *Forestus*) ut *aq. ros.* in qua ferrum ignitum sit extinctum; seq. sæpe expertus est. ℞ *Butyr. rec. diligenter lot. in aq. commun. & postea in aq. plantag. vel ros.* ℥ij ß. *tutiæ præp. & in aq. ros. lot. aloë in aqu. plantag. lot. sieff. alb. cum opio ana* ℥j ß. *camphor. lot.* ℈j. f. ung. quo vesperi inunge & aq. calida ablue.

Lagophthalmia quid. *Art. 57.* Lagophthalmia est cum superior palpebra justo est brevior: vel nativa est, vel a cicatrice vel convulsione, vel cum infantes in cunis sursum vel retro semper spectant.

Curatio. *Art. 58.* Curatur *mollientibus*. Si a cicatrice, sectio fit supra eam figura *falcatæ lunæ*, in plagam *litus* inciendus est. „Sed re vera est malum ut plurimum prorsus insanabile.„

Hydatis quid. *Art. 59.* Hydatis est pinguis substantia, ut adipis fructulum, sub palpebræ superioris cute latitans, unde tota palpebra in infantibus œdematosa fit.

Curatio. *Art. 60.* Curatio sectione illius partis perficitur; ipse tus oculus *albumine ovi cum aq. ros.* obducatur, & *siccantia* & *agglutinantia* usurpentur.

HÆMOR-

Digitized by Google

HÆMORRHAGIA NARIUM.

SYDENHAM.

Art. 61. Nonnullæ febres intercurrentibus annumerari debent, quæ vulgo pro ſymptomatibus tantum habentur; hujusmodi ſunt hæmorrhagia narium & hæmoptoë. Primo ut plurimum appulſu febris præ ſe fert indicia, qua derepente ſibi per nares, qua data porta, faciente viam; dolor & calor ſinciput adhuc torquent; ſanguis per vices profluit, dein aliquamdiu ſiſtitur, & mox denuo iterum atque iterum erumpit; donec tandem remediorum uſu vel ſponte omnino ceſſat, ita tamen ut ægro ſingulis annis a recidiva metuendum ſit. *Hæmorrhagia narium & hæmoptoë interdum a febre pendent.*

Art. 62. Sanguinis fervorem nimium atque ebullitionem, ut compeſcamus convenit *venæ ſectio* (ſanguis eductus eſt pleuriticorum ſimilis) item *victus tenuis ac incraſſans* imperandus eſt; quotidie injiciendum eſt *enema refrigerans*, & doſis *diacodii* hora ſomni exhibenda eſt. Quoad externas applicationes, lintea quadruplicata immerſa *aquæ frigidæ*, in qua *ſal prunellæ* diſſolvatur, & poſtea leviter expreſſa admoveantur nuchæ, ac utrinque cervice ſæpius in die. Item poſt univerſas evacuationes peractas liquor ſequens applicetur, *Curatio.*

℞ *Vitriol. Hungar.*
Alum. ana ℥j.
Phlegmat. Vitriol. ℔ß.

Coque tamdiu, donec omnia fuerint diſſoluta, liquorem frigefactum filtra, & add. ol. vitriol. partem duodecimam; tutunda ex linteo raſo liquore hoc probe humectata, nari ex qua ſanguis ſtillat, indatur per dies duos iſthic relinquenda.

Art. 63. Quando hæmorrhagia narium a *febre* pendeat, *cortice peruviano* profligari poteſt, æque ac hæmoptoë, de qua alibi (4. 65.) *Cortex peruv.*

Digitized by Google

Nota bene. „Opinione vulgari hæmorrhagias ordinario ex ar-„teriolarum evanescentium ruptura accidere statutum „est; Sed in errore magnopere versantur: in omni ete-„nim *critica saltem hæmorrhagia* sive narium, sive par-„tium circa fauces & guttur, sive pulmonum, sive re-„num, sive hæmorrhoidum, sive uteri, sanguinis fluxus „*mediantibus glandulis* omnino fit, *per ductus scilicet* „*excretorios* sanguis exilit, quod probe notandum est.

ETTMULLER.

Quinam hæmorrhagiis obnoxii sunt. *Art. 64.* Quidam hypochondriaci, scorbutici & cachectici variis & stupendis hæmorrhagiis obnoxii sunt, ita ut sanguis non unciatim, sed libratim effluat.

Curatio. *Art. 65.* In nimia effervescentia & sanguinis fervore conveniunt *blanda acida*, item succus *menth. urtic.* &c. *martialia* pluribus scopis in curandis hæmorrhagiis satisfaciunt: *martialia* etenim per se semper astringunt, per accidens aperiunt, ut observare licet in mensibus nimis fluentibus & obstructis. Ipse novi exempla infantum & adultorum etiam frequenter hæmorrhagiarum obnoxiorum solo esu *passularum* curatorum. In hæmorrhagia *habituali* sequens electuarium est [illegible]ficuum.

Hæmorrhagia habitualis.

℞ *Pulp. Passular.* ℔ß.
Pulv. Rhabarb. ʒij.
Tart. Vitriolat. ʒj.
Syr. Cydon. q. s.

M.

Materia medica in hæmorrhagia late patet [illegible] quentia simplicia sunt insigniora, *folia plantaginis*, [illegible] *millefol. heder. terrest. polygon. flor. ros. rub.* [illegible] *cort. granat. rad. symphyt. maj. bistort. tormen*[illegible] *scus terrest. gallæ, sem. hyoscyam. papaverina*, [illegible] *usnea cran. human. gum. arab. sang. dracon.* [illegible] *matit. tinct. mart. sacchar. saturn. stercus asini*[illegible] *suillum*, & *caninum*. Externe *bufo sicc. stercus* [illegible]

Digitized by Google

num recens excretum, bol. armen. pil. leporin. crepitus lupi, alumen ustum, &c.

FARRAGO.

Art. 66. Phlebotomia ad revellendum ampliori foramine celebrari debet, & ut magis confertim sanguis effluat, inter detrahendum eundem multum prodest vulnus sæpius digito occludere, dein aliquantulum sanguinis emittere. *Aliquid notandum in V. S.*

Art. 67. Deligatio artuum hæmorrhagiæ sistendæ conducit; notandum est tamen artus omnes simul non diu ligandos esse, quoniam sanguis in extremis diu detentus, & a corde nimis exulans lipothymias terribiles inducit. *Album græcum* in omnibus hæmorrhagiis est medicamentum singulare: *spiritus vitriol.* vel *ejusdem ol. in aq. simpl. instillat.* in hæmorrhagiis periculosis est extremum remedium & raro fallax. *Deligatio artuum.*

Art. 68. Reliqua melioris notæ sunt, *calcanthum rubefactum, colophonium pulverisatum, stypticum regis, ol. terebinth. decoct. catechu, decoct. incrassans, decoct. styptic. elect.* Boyleanum, *pulvis Galeni, elect. styptic. tinctura rosar. epithema de sacchar. saturni* in casu deploratissimo moribundo post omnia tentata feliciter expertus sum. *Remedia varia.*

NARIUM MORBI.

ETTMULLER.

Art. 69. Olfactus amissus rarissime recuperatur, præcipue in senibus. Præ reliquis multum confert *majorana* quocunque modo usurpata, item *rosmarinus*, suffitus ex *succino gum. animæ*, &c. quæ valent in *catarrho* hic locum habent. (4. 8.) *Olfactus amissus raro curatur.*

Art. 70. Ozæna est ulcus sordidum in naribus latens, frequenter est venereum, interdum cancrosum evadit.

Art. 71. Ad curationem conveniunt folia & unguentum *e nicotiana*; si crusta adfuerit, cum *oleo amygd. dulc.* *Curatio.*

Digitized by Google

removenda eſt; interdum uſurpantur fumi ex *cinnabar.* & *merc. dulc.* in injectionibus, immo nonnunquam *mercurius ſublimat.* Galli utuntur *mercur. præcip. cum unguent. roſ.* ſubact. & cum turundis applicatis. (9. III.)

Polypus narium.

Art. 72. Polypus narium eſt ſarcoma ſeu excreſcentia carnoſa in naribus ex earum ſummitate pronaſcens, & naſum nunc replens, nunc in fauces usque deſcendens, a *polypo piſce* nomen accepit, nunc mollis eſt, & lubrica, nunc una nunc pluribus radiculis ſe affigit. Excreſcentia hæc nunc alba, nunc rubra, nunc livida apparet; ſi liveſcat, & doleat, fere cancroſam naturam ſapit; & non attingendus eſt polypus cancroſus. Polypus narium eſt malum curatu admodum difficile. *Rare curatur.*

„*Rhaſis* polypum *hæmorrhoides narium* appellat ob ſimi„litudinem. De ejusdem extirpatione videantur ſcripto„res chirurgici. Si in ulcus cancroſum degeneravit, „admittit curationem fictam & fucatam; in hunc finem „unguentum ſequens eſt valde proficuum,

℞ *Unguent. de Plumbo,*
Succ. Solan. ana ℥j.
Aq. Roſ. ℥ß.

Diutiſſime agitentur in mortario plumbeo & m.f. Unguentum.

Olfactus amiſſus.

„Riverius diſtinguit inter *ſarcoma & polypum*, & „quidem jure merito; Sarcoma (inquit) eſt excreſcentia „carnea in naribus genita, *hyperſarcoſi* ſimillima in imis „narium partibus ſuccreſcens; Polypus vero in ſummis „ac ſuperioribus juxta naſi radicem. Cura tentanda eſt „primo aſtringentibus lenioribus, & deinde medica„mentis potentioribus, inter quæ eminet *Mercurius „præcipitat. rub. cum melle Roſaceo permiſtus;* remedia „adhuc *magis cauſtica* cum cautela uſurpanda ſunt, id„que *decreſcente luna*, cum tumor imminuitur.

LINGUÆ

Digitized by Google

LINGUÆ VITIA.

ETTMULLER.

Art. 73. Guſtus læſiones. In amiſſo guſtu convenit *Raphanus* ante paſtum maſticatus, item *cephalica* & *nervina*. Sed guſtus & odoratus vitia, ſi inveterata ſint, ſunt curatu difficilia, maxime in ſenibus. *Guſtus læſiones.*

Art. 74. Loquela amiſſa frequenter a linguæ *paralyſi* accidit; curatur *aromaticis:* convenit decoctum *ſalviæ, eruc. ſinap.* &c. in vino, item *roſmarinus, rad. pyreth. zinzib.* ſed præ reliquis ſuccus *ſalviæ.* *Aphonia.*

DENTIUM ET GINGIVARUM MORBI.

Art. 75. Dentium caries & nigredo fit a nimis calidis, frigidis, dulcibus, acidis, fumis ex mercurio, a ſcorbuto, &c. *Dentium caries & nigredo.*

Art. 76. Vitanda ergo ſunt antedicta, & dentes a cibo repurgentur & vino eluantur. *Pumex* bis vel ter ignitus & vino albo extinctus & in pulverem ſubtiliſſimum redactus albiſſimos facit dentes; quidam ſolo pulvere *panis uſti* utuntur [qui optimum & tutiſſimum eſt dentifricium]. *Cinis nicotianæ* eſt turpe medicamentum, ſed dentes reddit albos. Ad dentium ſordes tollendas & colorem vitioſum emendandum varia extant dentifricia in practicorum libris: *Curatio.*

℞ *Oſ. Sepiæ* ℥j.
Rad. Pyreth.
Lapid. Pumic.
Alumin. Uſt. ana ℈j.
Cinnam.
Lign. Aloës.
Tart. Rhenan. ana ℥ß.
M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.

Pro uſu domeſtico pulv. *panis uſti* ad dentes mundandos ſing. auroris, & poſtea opiatum ſequens uſurpandum,

℞ *Pulv.*

Digitized by Google

℞ *Pulv. Flor. Roſar. Rub.* ℥ij.
Myrrh. Elect. ℈ij.
Alum. uſt. ℈j.
Sacchar. Saturni ℥j.
Cremor. Aq. calc. ſupernatant.
Opobalſam. ana ℥ij.
Aq. Hungar. q. ſ.
M.

Poſt uſum hujus abluatur os cum vino rubro.

Cautio. *Art.* 77. In dentifriciis uſurpandis optime cavendum eſt, ne crebrior & durior attritus gingivarum, eas atterat & abſumat.

Dentium vacillatio. *Art.* 78. Ad dentes firmandos valet ſolutio *terræ japon.* ℥ij. in vin. rub. ℔ß. pro lotione (inquit *Boyle* multis in locis) conducit etiam *gum. lac.* quocunque modo uſurpatum.

Gingivæ putridæ. *Art.* 79. In gingivis putridis & dentium vacillatione inde orta,

℞ *Gum. Lac.* ℥ij.
Cremor. Aq. calc. ſupernatant. ℥j.
Alum. uſt. ℈j.
Flor. Roſ. rub. ℈ß.
M. F. Pulvis.

Subtiliſſimus cum pauco mel. roſ. uſurpand. vel cum vino rubro gallico in quo infuſa ſunt fol. roſ. rub. rad. tormentil. &c. In graviori malo ad *unguentum Ægypt.* deveniendum eſt [vel *mel. unguent. Ægypt. ſupernatans*] plura videantur in cap. de ſcorbuto. De gingivis putridis & dentium vacillatione. Interim multum valet *tinctura gum. lac. Fulleri.* „Præ reliquis autem, quot„cunque in libris inveniuntur, *pro dentibus firmandis,* „*iis denique & gingivis a putrefactione conſervandis,* „*nec non oris fœtore præcavendo*, non datur præſtantius „remedium quam *Maſticatio foliorum Nicotianæ* modica „quantitate: eo etenim ſufficiunt grana quatuor pro una „vice,

Digitized by Google

„vice, idque tantum ſemel in die uſurpandum per horæ „quadrantem in ore detinendo. Interim ſuper omnia „improbandus eſt *turpiſſimus quorundam mos totis die-* „*bus maſticandi*, non ad hos laudabiles fines conſequen- „dos: ſed plane neſcientium quare, forſan ſolummodo „fœdiſſimæ conſuetudini indulgendi gratia.

Art. 80. Oleum *Buxi* dentium dolores quosvis ad miraculum ſedat (inquit *Riverius*) *oleum origani* eſt in frequenti uſu. *Pix livid.* in ore detent. dolorem tollit, ut ab amico accepi. *Rad. pyrethri* in ore manducata pituitam evacuat & dolorem lenit. Decoctum *nicotianæ* in ore detentum dentium dolorem potenter ſiſtit (inquit *Ettmullerus*). „Sed ultra omnia, quæ hactenus novi, „*ſuccus radicis iridis luteæ* dolenti denti affricatus vel „ipſa *radix* in ore maſticata in inſtanti, quaſi ex incan- „tamento, dolorem ex cauſa quacunque oriundum fugat. „Communicator affirmat, ſe quadragies ad minimum „pari ſucceſſu tentaſſe; ego etiam ipſe ſæpius expertus „ſum; ſi dentis cavitas ſit magna, imponi poteſt plum- „bum foliatum. *Dolores dentium.*

Art. 81. Nonnunquam (inquit *Sennertus*, & ipſe idem plus ſemel obſervavi) per dentium radices & maxillæ foramina, per quæ vaſa in eas ſubeunt ſenſim extra effluit ſanies e dente corrupto & *tubercula in mala* vel *mento* excitat, quæ nullo modo curantur, niſi dens extrahatur. Vide locum p. 262. *Nota bene.*

Art. 82. Decoctum *ſabinæ* in ore detentum vermes dentium elicit, ut auctor eſt *Ettmullerus*. *Vermes dentium.*

AURIUM MORBI.

ETTMULLER.

Art. 83. In inflammatione & ulcere aurium adeſt inſignis ardor in aure, & dolor tenſivus, & pulſatilis vehemens cum rubore, quandoque conjuncta eſt febris, interdum delirium, & motus convulſivi. *Inflammatio & ulcus aurium.*

Art. 84.

Digitized by Google

Methodus curandi. *Art. 84.* Insensibiliter discutitur, vel suppuratur; convenit *venæ sectio*, item *sudorifera* tanquam in aliis inflammationibus. Externa non nisi cum cautela sunt usurpanda, fomenta tamen ex *emollientibus* & *discutientibus* sunt proficua. Si discuti nequeat, ad *suppurantia* accedendum est, ut *cepa sub cineribus* assat. pulv. *rad. lilior. alb. caric. ping. ol. cham. amygd. amar.* &c. Ulcere rupto, si pus effluens sit album, æquale, &c. melius est, quam si sordidum, sanioſum, &c. fuerit: sufficit, si modo mundus servetur meatus auditorius, id quod optime mediante *urina humana* assequimur; si ulcus fuerit sordidissimum urinæ addi possunt succus *cepæ* & *mel rosar.*

Otalgiæ curatio. *Art. 85.* Otalgiæ, sive auris doloris causa frequentissime est inflammatio, de qua modo dictum est; interdum vero ab acri humore provenit, ubi non est adeo insignis ardor & pulsatio. Fumus *nicotianæ* cum fistula inversa auri immissus valet ad dolorem compescendum, item *millepedes in ol. communi* vel *amygdal. amar. infusi*, & *ol. scorpion.*

Vermes in auribus. *Art. 86.* Si dolor aurium a vermibus fuerit, dolor tunc vage lancinans, hinc inde rodens percipitur: educendi sunt vivi, aut intus enecandi; *lac tepidum* auribus immissum dulcedine sua vermes allicit, ita ut prodeant: succus *absynthii* interficit, vel angit eosdem, item *oleum nucleorum persicorum*, *vel amygd. amar. diacolocynthidis Quercetani* cum granis aliquot *mercur. dulc.* item *elix. propriet. argentum vivum* in aq. appropriata incoct. &c.

Quid agendum sit.

Tinnitus. *Art. 87.* Tinnitus aurium frequentissime est affectus chronicus & valde molestus, interdum in omnimoda surditate terminatur; raro curatur, sæpe recidivat.

Curatio. *Art. 88.* Præmissis universalibus, suffitus ex *succino*, *olibano*, & *gum. animæ* est egregius; *spiritus sal. armoniac.* cum bombyce in aurem immissus tanquam singulare a *Lindano* laudatur; item *fel. lucii piscis*, *ol. castor. zibet.* &c. in usu sunt.

Rive-

Digitized by Google

RIVERIUS.

Art. 89. Surditas & gravis auditus ſecundum magis & minus tantum differunt, eo affecti ægre ſonum percipiunt; auris afficitur vel in exteriore vel interiore parte. Meatus auditorius interdum *cerumine* vel alia quavis ſorde obturatur, in interiore parte auris affici poteſt humoribus in cavitate collectis, qui frequentius *pituitoſi* ſunt. *Surditas.* *Cauſæ.*

Art. 90. Obturatio externæ aurium cavitatis oculis ipſis dignoſcitur, ſi ad ſolem cavitatem introſpicias. „Pro cavitate externa eluenda uti licet decocto *folior.* „*ſalviæ* & *flor. roriſmarin.* in p. æ. aq. & vin. alb. facto, „quod cum ſiphone prudenter injiciatur.„ Nihil æque conducit in ſurditate a cauſa interna etiam poſt centum remediorum uſum, quam æger præmiſſis præmittendis *ſulphureis balneis* caput madefaciat; ſedeat ſub canali balneorum, & verſo epitonio, aquam accipiat. *Ova formicarum* contrita & cum ſucco *cepæ* in aurum infuſa quam vetuſtiſſimam ſurditatem perſanant. Si affectus ſit contumaciſſimus poſt omnia incaſſum tentata tentare licet *ptyalismum* ex inunctione mercuriali. *Curatio.*

ETTMULLER.

Art. 91. Inter remedia externa in ſurditate præ reliquis granum unum *moſchi*, vel *ambræ*, vel *zibethi* cum bombyce involutum & veſperi auribus immiſſum eſt optimum remedium, præcipue in ſenibus; laudatur etiam *fel anguillæ* cum *ſpiritu*, & *fel perdicis* a *Lindano*, liquor ex ovis *formicarum* expreſſus, ſi quid aliud, admodum confert. Sunt qui valde commendant ſuffitum ex *ſulphure* mediante fiſtula in aurem transmiſſum; extremum remedium eſt ſalivatio. *Vapor auricularis Fulleri.* *Remedia externa.*

UVULÆ RELAXATIO SIVE PROCIDENTIA.

Art. 92. Gurgulio ſeu uvula eſt glandula pendula ad for- *Uvulæ relaxatio.*

ad formationem & modulationem vocis conferens, quæ defluxionibus, æquæ ac aliæ glandulæ, obnoxia est; si infra tumeat, supra gracilis evadit. E palati extremo propendet, inque fauces & gulam caput fertur; itaque hæc loca titillatione quadam afficit, metuque præfocationis sollicitat.

RIVERIUS.

Causæ. *Art. 93.* Humor pituitosus in columellam defluens, eam humectat, emollit, & relaxat, ut longior facta partem superiorem œsophagi tangat, & nauseam pariat.

Curatio. *Art. 94.* Evacuantia universalia eadem esse debent ac in *catarrho*. In principio *topica astringentia* & *repellentia* conveniunt, quemadmodum in curatione *anginæ*, quibus postmodum *resolventia* & *exsiccantia* erunt admiscenda: Remedia autem forma pulverum potius quam liquidorum sunt ut plurimum utiliora & efficaciora, *Excisio.* præsertim si nulla adsit inflammatio. Excisio est ultimum remedium, sed cum suprema cautione admolienda est; nam valde periculosa est (inquit *Hippocrates Progn.*) de qua operatione videantur authores chirurgici. „Audiamus *Tulpium*. A Medicis *prolapsus* „*palati* vel omnino prætermittitur, vel leviter tractatur; „& tamen vitium est non minus grave quam rarum. „Vidi equidem tumorem hunc in palato adeo celeri „gressu exortum, ut vix licuerit cogitare de *Gargarismate*, ne dum de aliis auxiliis, præterquam de sola „*Scalpelli incisione*, qua dextre & festinanter id tempo„ris instituta vidimus non modo effluxisse inde pluri„mum aquæ, sed detumescente palato ad se rediisse „hominem extinctioni jam proximum. Unum ex „optimis remediis pro uvula prolapsa est *semen cannabis* „in posca parum coctum pro gargarismate (inquit *Et-* *Remedia varia.* „*mullerus*). Proficua quoque esse possunt sequentia pro „arbitrio vel potius judicio periti medici usurpata; *de„coctum catechu, decoctum rad. tormentil. cum pauco sale „armoniaco & alumine crudo, gargarisma pro uvula, „pulvis uvularis.*

APHTHÆ.

Digitized by Google

APHTHÆ.

BOERHAAVE.

Art. 95. Aphthæ ſunt parva, rotunda, ſuperficiaria ulcuſcula os internum occupantia; ſunt enim exulcerationes ultimorum emiſſariorum, hinc occupant omnia loca, ubi talia emiſſaria hiant; adeoque labia, gingivas, genas internas, linguam, palatum, fauces, tonſillas, uvulam, gulam, ſtomachum, inteſtina tenuia, [ad anum usque], ubique fere eadem ſpecie. Præcedere ſolent, febris, incipiens cum diarrhœa vel dyſenteria, nauſea, appetitus proſtratus, præcordiorum anxietas, debilitas magna, evacuatio notabilis, ſtupor, ſomnolentia. Varius eſt aphtharum color, albus, fuſcus, flavus, lividus, niger, quarum poſteriores ſunt pejoris notæ. Sapor omnis aboletur; adeſt plerumque oris ſiccitas, interdum, cruſtis deciduis, ſalivatio vel diarrhœa adoritur, immo dyſenteria ex vaſorum dilatatione.

Aphthæ quid. Et quas partes occupant.

Varius aphtharum color.

Art. 96. Ut curetur optime hoc malum, exhibenda ſunt *calida*, *diluentia*, *reſolventia*, & *abſtergentia*, ut cruſta in facilem citumque lapſum diſponatur; ſimulac lapſus conciliatus eſt, tum *anodyno*, *demulcente*, & ſimul parum *corroborante* medicamento utendum, uti *gelatin. C. C.* vel ſq.

Curatio.

℞ *Aq. Roſ. Stillat.*
Syr. Pap. Alb. ana ℥ij.
Vitel. Ovor. ij.
M.

Hujus pauxillum ore aſſiduo contineatur. In fine dandum eſſe *catharticum corroborans ex rhabarbaro*, &c.

ETTMÜLLER.

Art. 97. Aphthæ ſuccedunt frequentius febribus ingentibus, aliquando oriuntur ex vitio ſalivæ, & cruditate ventriculi. Aphthas futuras in morbo cognoſcimus ex ſopore & ſingultu, qui toto morbi decurſu non dor-

Aphthæ unde.

Digitized by Google

miverunt, in ſoporem incidunt, & tunc aphthæ prodeunt. Singultus acidit, ſi ſunt ex ventriculo, & tunc plerumque ſunt deteriores.

Curatio. *Art. 98.* Nil pejus quam ſæpius purgare in hoc malo. Tota curatio conſiſtit in *humectatione*, quæ emolliat, & leniter calefaciat; optimum eſt *decoctum raparum cum nitro*, item *decoctum herb. bellidis major. cum ficubus & ſal. prunel.*

FARRAGO.

Laudanum ultimum remedium. *Art. 99. Spiritus vitrioli vel ſulph. melli roſacea* permiſtus in pueris ac adultis a *Riverio* commendatur; ſi vero morbus ſit valde pertinax (inquit idem) & humorum fluxus copioſus, adeo, ut vita ſit in ſummo periculo, extremum remedium eſt *Laudanum*, quod dolorem ſedat, & humorum fluxum inhibet.

Cortex peruv. *Art. 100.* Poſt febrem aphthæ, vel ſingultus, vel horum utervis, ſi non ſponte faceſſat, ſed in longum tempus decurrat, facile fugatur uſu *corticis peruv.* Uſurpari poteſt ad os colluendum gargarisma ſequens ℞ *Succ. pomorum agreſtium* [omnium opt. Cochagee] ℥ß. *ſyr. de rub. idæ.* ℥j. m. *Sydenham ſched. mon.*

Remedium ſingulare. *Art. 101.* „Sequens omnibus remediis, quæ hactenus expertus ſum, multis paraſangis antecellit in hoc „morbo vincendo. ℞ *Terr. japon. pulveriſat.* ℥iij. *coq.* „*in aq. calc.* ℥xij. ad tertiæ partis conſumptionem, co„laturæ add. *ſacchar. ſaturn.* ℈j. *mel. roſ.* ℥ij. capiat „æger coch. j. ſingulis horis vel ſæpius, teneatque paulis„per in ore & ſenſim deglutiat: eſt remedium vere „aureum. Videantur plura in cap. de infantum morbis.

GUTTA ROSACEA.

ETTMULLER.

Gutta Roſacea. *Art. 102.* Gutta Roſacea eſt rubor faciei tuberoſus, puſtuloſus, guttis interdum ſanguineis ſimilis, qui naſum

Digitized by Google

ſum ſæpe & genas inæqualiter & valde tingit, potatoribus ſatis frequens eſt; ut plurimum ad mortem usque comitatur. Præmiſſis univerſalibus conveniunt *ſaturnina*, &c.

TURNER.

Art. 103. Gutta roſea ſeu roſacea ita dicitur a parvis rubicundis quaſi guttulis, ſive tuberculis igneis per univerſam faciem, & præcipue naſum, hinc inde ſparſis. Appellatur etiam *rubedo maculoſa*. „Rectius vero, me judice, INSIGNIA BACCHANTIUM FLAGRANTI FULGORE RADIANTIA. Eſt morbus profecto apud *Damnonios* & *Belgas* maxime familiaris & fere *Endemius* ob pravam bibendi conſuetudinem.„ Tres gradus a quibusdam numerantur, videlicet *Rubedo ſimplex*, *rubedo puſtuloſa*, & *rubedo ulceroſa*; facies & naſus aliquando in molem prodigioſam ſupercreſcunt, adeo ut vultus aſpectu horrifico plane tremendus & monſtroſus evadat. Novi quendam hoc morbo *glorioſe* affectum, cui inter pocula, quibus liberrime indulſit, ſanguis per ipſam cutem variis in locis exilire conſuevit, & ubertim confluere, quod per aliquot momenta potationis negotio impedimento eſſe ſolebat; mox vero ſuppreſſa hæmorrhagia, ut canis immundus vel amica lutoſus ad ſordem & illuviem ſe recipere ſolent, ita ille ad chariſſimam compotationem rectus redibat, ibique commorari ſolitus, donec vultum in *torrem* accenderet, tantum non ignem undequaque ſpargentem, ipſis tenebris fulgentem.

Morbi nomina & deſcriptio.

Ad gradum eminentem provectus.

Art. 104. Agnoſcendum eſt interim hunc morbum maxime abſtemiis & temperatis interdum ſed rarius accidere; ut plurimum enim ſpirituoſorum liquorum & ii ingurgitatione accerſitur.

Sobriis raro accidit.

Art. 105. Ut ad curam ſternatur via, imperandus *victus humectans & refrigerans*, & idem regimen ſervandum ac in *pſora*, vel in *eruptionibus ſcorbuticis*; ſed

Curatio.

ſed maxima adhibenda eſt cautela in his mutationibus faciendis; a liquoribus calidis & ſpirituoſis ad victum tenuem & potum refrigerantem non eſt facilis tranſitus. Ex *antimonio & mercurio præparata* tam interne quam externe ſumt maxime proficua. Author noſter more ſolito quamplurima remedia ex *Sennerto*, *Mayerno*, &c. accumulavit, ſed in calce monet, ſe multoties opem tuliſſe ſingularem remediis facile parabilibus & minus pompoſis, nimirum cum *ſale tartari*, *nitri*, *ſacchar. ſaturni pomato* admiſt. *albumine ovorum* cum *fruſto aluminis* aut cum granis aliquot *camphoræ* & *ſublimat.* item *ol. myrrhæ*, ſequens valde efficax perhibetur, ℞ *Ovum duriuſcule coctum*, *eximatur vitellum* & *cum pulv. myrrh. elect.* ſuppleatur locus, & in cellaria ſuſpendatur, ut per deliquium fluat: hoc etiam eſt *coſmeticum* inſigne, ut & *unguentum faciale bat.*

Euporiſta.

Remedia varia.

Art. 106. „In eruptionibus puſtuloſis levioribus lini-„mento ſequente feliciter uſus ſum:

℞ *Ung. Diapomphol.* ʒß.
Mercur. Dulc. ʒj.
Alum. Uſt. ϑß.
Ol. Rhod. gt. iij.
— *Roſ. q. ſ.*
M.

„In graviori caſu linimento & lotione ſequentibus „præmiſſis rite præmittendis:

℞ *Litharg. Auri* ʒj.
Sacchar. Saturn. ϑj.
Ung. pomat. fragrantiſſim. ʒj.
Ol. Rhod. gt. iv.
— *Amygd. Dulc. q. ſ.*
M. F. Linimentum.

„Pro locis in facie maxime affectis ſing. diebus ma-„ſperi illinendis.

℞ *Aq.*

Digitized by Google

℞ *Aq. Plantag.* ℥vj.
Succ. Limon. ℥ij.
Mercur. Sublimat. gr. xij.
Camphor. ℈j.

„*Infund. clauſe & calide per horæ dimidium, colatura*
„*ſit pro lotione bis vel ter in die uſurpanda.*

„Hæc ultima eſt *Aquæ divina Fernelii*, & ſequens
„*Pitcairnii.*

℞ *Litharg. Aur.* ℥ij.
Mercur. Sublimat. corroſiv. ℥j.
Acet. ℥x.

Infund. per hor. 12. in vaſe ſtanneo ſæpius agitando; poſt ſubſidentiam effundatur liquor limpidus. Uſus tempore inſtillentur guttæ aliquot Ol. Tart. per deliquium, donec lacteſcat.

„In eundem finem adhiberi poteſt etiam *Alumina-*
„*tum Bateanum* præmiſſis rite præmittendis.

CAPUT XI.

SIVE FASCICULUS MORBORUM UNDECIMUS.

MORBI CUTANEI.

ETTMULLER.

Art. 1. Cutis nigredo eſt vel *nativa*, vel *accidentalis*; prior eſt incurabilis; poſterior, quæ ab ardore ſolis contrahitur, ſucco *citri* tollitur; idem facit *ſpiritus vini camphoratus*, item *tinctura benzoës*. Interdum ſapones odorati coſmetici a delicatis expetuntur, qualis eſt ſequens: *Cutis nigredo.* *Curatio.*

Digitized by Google

℞ *Sapon. Venet.* ℥j.
Amygd. amar.
Nucleor. Perſicor. excort. ana ʒij.
Pulv. Rad. Ireos.
Flor. Aron. ana ʒj.
Sal. Tart. ʒß.
Ambr. griſ.
Moſch. cum Spiritu Roſar. ſolut. ana ʒß.
Zibet. gr. v.
Eſſentia Benzoës q. ſ.
M. F. Maſſa Saponiformis.

„Sequens eſt coſmeticum insigne.

℞ *Flor. Biſmuth.* ʒij.
Ung. Pomat. Albiſſ. & Fragrantiſſ. ʒvj.
Ol. Rhod. gt. ij.
M.

Ut etiam *arcanum coſmeticum.*

Lentigines. *Art. 2.* Lentigines ſunt maculæ obſcure flaveſcentes magnitudine lentis, faciem, collum, & manus defœdantes; cuti pertinaciſſime adhærent, neq; facile curantur in iis, quibus per aliquod tempus efflorſuerunt.

Curatio. *Lac virginale, ol. tart. per deliquium*, &c. ad lentigines tollendas a quibusdam uſurpantur.

Ephelides. *Art. 3.* Ephelides ſunt maculæ cutaneæ fuſcæ & interdum aſperæ, mulieribus communes, quæ potiſſimum frontem, interdum genas, immo collum & manus deturpantes, in longum & latum ſæpe ad palmæ magnitudinem ſe explicant; gravidas in ſpecie afficiunt, in quibus etiam per reliqua ingravidationis ſigna dignoſcuntur.

Maculæ Hepaticæ. *Art. 4.* Maculæ hepaticæ ſunt obſcure flavi coloris interdum ad palmæ fere magnitudinem, nunc minores cum cutis aliquali aſperitate; occupant imprimis collum, pectus, atque dorſum, interdum manus cum ſingulari pruritu. Curantur ut *Lentigines* (2).

Art. 5.

Digitized by Google

Art. 5. „Sudamina ſunt papulæ ſudorum in collo, *Sudamina.*
„pectore, brachiis, &c. oriuntur a ſudore bilioſo cutem
„exaſperante. *Schmitz.* Milii granis ſimilia ſunt, cauſa
proxima eſt ſerum plus minus acre. *Ettmuller.*

Art. 6. „Eſſere, tubercula ſunt parva duriuſcula *Eſſere.*
„cum inſigni pruritu ſubito univerſum corpus occu-
„pantia inſtar morſus apum: Sponte iterum evaneſcunt;
„fiunt a ſeroſis humoribus. Prænuntiant tertianam,
„quare curanda ſunt ut tertiana. *Schmitz.*

Eſſere eſt tuberculorum genus in *Græcorum & Latinorum* ſcriptis non occurrens; ſed ab *Avicenna & Arabibus* deſcribitur, & in noſtris regionibus frequenter reperitur. Vocatur *Eſſere*, *Sora & Sare*; erumpunt tubercula parva ad rubrum vergentia, duriuſcula, cum inſigni pruritu, ſubito univerſum corpus occupant, non ſecus ac ſi ab *Apibus*, *vel Veſpis*, *vel Culicibus* homo demorſus, aut *Urticis* percuſſus eſſet, ex bilioſis & ſalſis humoribus oriuntur. Tubercula hæc plerumque brevi temporis ſpatio, etiam nulla cura adhibita, ſponte evaneſcere ſolent; & fortaſſe morbus eſt paulo lenior & benignior, quam eruptio illa quam nos vocamus a Raſh, vel quam Eryſipelatis ſecunda ſpecies Sydenhami (c. 11. A. 21.) In opere practico circumſpectione & cautela opus eſt, præcipue ſi cum eo febricula conjuncta fuerit: nam in hujusmodi eruptionum diagnoſi, prognoſi, & curatione *primæ notæ Medicos* deceptos novimus.

Art. 7. Phlyctænæ ſeu Phlyctenes ſunt veſiculæ parvæ *Phlyctænæ.*
pruriginoſæ & ferventes, fero limpido repletæ, quæ
intra digitos & circa carpos oriri ſolent: Interdum in
ſcabiem & ſerpiginem degenerant, curantur ut aliæ
eruptiones cutaneæ.

Art. 8. Sirones ſunt puſtulæ in volis manuum & *Sirones.*
plantis pedum æſtivo tempore emergentes, & cum in-
ſigni pruritu moleſtantes, in quibus latent ſubtiliſſimi

Digitized by Google

vermes Sirones dicti; acu effodiendi sunt; usurpanda sunt *unguenta* & *lotiones mercuriales.*

Vari. *Art. 9.* Vari sunt tumores parvi & duri ex rubedine in summitate tandem albescentes; ut plurimum in facie & collo oriuntur magnitudine seminis cannabis. Juvenes utriusque sexus ad venerem aptos præ cæteris molestant; ubi rubor intensus conjunctus est, difficilis est satis curationis, & licet pustulæ removeantur, rubedo tamen permanet, cui si inflammatio & raucedo conjungatur, *Lepræ* imminentis signum est. *Lac virginis, sacchar. saturn. essentia benzoës, camphorata,* &c. usurpari possunt.

Curatio.

Lichen. *Art. 10.* Lichen, serpigo & Herpes sunt affectus sibi ipsis cognati gradibus vero a se invicem distantes.

Art. 11. In Lichene cutis est aspera cum pustulis hinc inde erodentibus, crustis furfuraceis & cum summo pruritu ad partes vicinas serpentibus.

TURNER.

Herpes simplex. *Art. 12.* Herpes simplex est cum pustulæ singulæ (plerumque in facie) oriuntur; sunt albidæ, aut flavæ, & acuminatæ cum basi inflammata; a puris guttula, quam continent, exoneratæ sponte exarescunt.

Serpigo. *Art. 13.* Herpetis species secunda est *Serpigo*, nos Angli vocamus a Tetter, vel a Ring-worm. Pustulæ minutæ accumulatim exsurgunt, quandoque figura rotunda vel annulari cum dolore & pruritu insigni. Serpigo ad digestionem nunquam pervenit, tantum ex scalptura humore tenui defluit.

Curatio. *Art. 14.* Difficillime curatur, postquam enim penitus extincta videtur, certis anni temporibus repullulare solet. Vulgus uti solet atramento; sed in morbo pertinaci præmitti debent universalia; egregie faciunt *aquæ minerales cathartica* & postea sequens linimentum.

℞ *Ung.*

Digitized by Google

℞ *Ung. Roſat.* ℥j.
Mercur. Præcip. ʒj.
Arcan. Corallin. ʒß.
Ol. Rhod. gt. ij.
M.

Efficax etiam eſt *Lac ſublimat.* ut aliquoties expertus ſum, ſed uſurpandum eſt cum cautela, ne inflammationem inducat. Lotio ſequens a *Paræo* commendatur, ℞ *Sulph. calcanth. alum. ana* ʒj. macerentur in q. ſ. *aceti fortis*, & coletur liquor pro lotione.

Art. 15. Herpetis ſpecies tertia eſt *Herpes miliaris*, idiomate noſtro audit the Shingles. Ex innumeris parvis puſtulis conſtat variis in corporis partibus erumpentibus, videlicet cervice, pectore, lumbis, femoribus, &c. Locus affectus nonnihil inflammatur, æger leviter febricitat, aſſurgunt puſtulæ albidæ & ſuppurantur, ſuccedunt parvæ rotundæ cruſticulæ ſemina milii referentes, unde nomen. *Herpes miliaris.*

Art. 16. In hoc morbo tractando indicationes curativæ quoad remedia interna eædem omnino ſunt ac in *Eryſipelate*; cavendum eſt primario, ne repercutiantur puſtulæ, conveniunt ergo diſcutientia: Puſtulæ eminentiores forcipe ſcindantur, & applicetur *ceratum ex oleo & cera*, ut veſtimentis minus hæreant. In declinatione adhibere licet *exſiccantia*, ut *unguentum diapomphol. tutiæ*, vel potius noſtrum *ceratum de lapide calaminari* (16. 40.) *Curatio.*

Art. 17. „Herpes miliaris ad naturam *Pſoræ* proxi„me accedit (inquit *Wiſeman*) quapropter *cathartica* „*mercurialia*, nec non *alterantia*, ad curam rationa„lem expoſcit.

SCHMITZIUS.

Art. 18. Herpes exedens eſt puſtuloſa inflammatio cum pruritu & rubedine, partem, in quam ſerpit exulcerans; oritur a bile ardentiſſima; facile ſummum cor- *Herpes exedens.*

Digitized by Google

pus ad epidermidem usque penetrat, ubi cum retinetur, nec ultra expirat, eam partem exedit.

Curatio. *Art. 19.* Frequens *catharticorum* usus adhibendus est. Prosunt *unguentum Diapomphol.* & *alb. Rhas.* nec non *plumbi lamina in aqua aluminosa diu macerat.* Si tumor usque adeo acris, ut ulcus phagedænicum excitet, quod mitioribus nequaquam cedit medicamentis, ad valentiora recurrendum; ad *Arsenic. sublimat. optime trit.* & cum *unguent. alb. mixt.* Denique si magis magisque serpat ulcus, ad *ferrum ignitum* accedendum.

SYDENHAM.

Erysipelas. *Art. 20.* Erysipelas seu ignis sacer quamcunque partem corporis occupat, at præ reliquis faciem; ex improviso corripitur æger, dum sub dio versatur (rusticis *syderatio* audit) pars affecta paulisper intumescit cum dolore & rubore summis, & denso minimarum pustularum ordine distinguitur, quæ aucta magis inflammatione in vesiculas subinde facessunt. Sensim latius serpit malum, & de loco in locum progreditur, & febrem habet conjunctam.

Alia species. *Art. 21.* Alia est etiam species, licet rarius occurrens, ex nimia spirituosorum liquorum compotatione plerumque orta; febriculam, quæ agmen ducit, mox excipit pustularum per universum fere corpus eruptio, quæ *urticarum puncturas* referunt, & nonnunquam in *vesiculas* attolluntur, mox recedunt cum pruritu vix tolerando, at quoties scalpturam subeunt, denuo apparent.

Curatio. *Art. 22. Venæ sectio* convenit & postero die lene *cathartic*um, & *paregoricum* hora somni. Pro usu externo *fotus discutiens*, & mistura sequens,

℞ *Spirit. Vini* ℥ß.
Theriac. Androm. ʒij.
Pulv. Piper. Long.
Caryoph. ana ʒij.
M.

Charta

Charta emporetica hac mixtura madefacta parti circumvolvatur. Sanguis in hoc affectu est pleuriticorum similis, & quandoque secunda vel tertia *Venæ sectio* postulatur.

Art. 23. Altera species pari fere modo amolienda est, nisi quod remediis externis minus egeat.

ETTMULLER.

Art. 24. Erysipelas digito leviter pressum maculam albam ostendit, & subito rursus rubescit, quod non fit in inflammatione, nisi fortius prematur. *Scorbutici* huic morbo sunt obnoxii. *Differentia ab inflammatione.*

Art. 25. Purgatio est summe vitanda; *venæ sectio* est periculosissima: Est enim morbus *cutaneus;* ideoque interne *diaphoreticis* cura est inchoanda & absolvenda, inter quæ *Rob. Sambuci* eminet, est potens *sudoriferum.* Externe omnia unctuosa astringentia & actu frigida sunt fugienda. *Spiritus Theriacalis camphoratus* est remedium laudabile. Erysipelata per unguenta oleosa aut mucilaginosa inepte tractata subito serpentem inducunt *gangrænam.* *Curatio.* *Cautio.*

FRIEND.

Art. 26. De *purgatione* in Erysipelate haud convenit inter authores, sed omnia dubitanter proponunt, & in ultimo morbi discrimine, vel nulla dant consilia, vel timiditatis atque hæsitationis plena; mihi vero satis experimentis esse edoctus videor, ut pronuntiem in *capitis Erysipelate*, siquando cerebro tentato oboriatur Coma, delirium, nervorum distentio, aut nullam subesse salutis spem, aut *purgantia* maxime profectura. Neque in his rerum angustiis exspectandum esse, quod & in variolis experimur, dum vel febris lenita sit, vel tumor plane subsederit. Nam cardiacis refrigerantibusve remediis contra febrem pugnare, topica admovere, quid demum aliud est, quam nugas agere, doneo *Catharsis in Erysipelate capitis.*

Digitized by Google

nec in medio curationis cursu æger intercidat? Exemplum singulare hujus praxeos in medio profert doctissimus author. *De Feb. commentar.* vij. p. 117. quod vide.

FARRAGO.

Art. 27. Erysipelas foris introverti non bonum: Intus vero foras bonum (inquit *Hippocrates.*)

Epithema. *Art. 28.* Epithema sequens à *Barbette* commendatur,

℞ *Trochisc. Alb. Rhas.* ℥j.
Camphor. ℈j.
Spirit. Vin. ʒj.
Aq. Sambuc. ʒvj.
M. F. Mixtura.

Cum hac madefiant lintea, & calidè applicentur, & sæpius renoventur, quoties siccescunt.

Vindicatio misturæ Sydenhami. *Art. 29.* D. *Turner* valde commendat misturam ex *ol. sambuci* & *aq. calcis* cum pauco *spiritu vini camphorat.* Existimat misturam *Sydenhami* esse nimis calidam, sed (credo) inexpertus loquitur; est enim profecto medicamentum in hoc affectu omnem laudem exsuperans, ut per vicennium multiplici experientia comprobavi. *Cataplasma fimi vaccini* est valde proficuum ad dolorem leniendum.

Erysipelas symptomaticum. *Art. 30.* In Erysipelate *symptomatico* convenit linimentum seq. ℞ *ol. sambucin. lixiv. ten. ana* p. æ. agitentur invicem diutissime in phiala, donec in unguentum coalescant. Valet etiam *lotio ad Erysipelas.*

ETTMULLER.

Scabies humida & sicca. *Art. 31.* Scabies est vel *humida*, quæ apparet sub forma ulcusculorum cutaneorum; vel *sicca*, quæ saniem exsiccatam & incrustatam repræsentat.

Curatio. *Art. 32.* Humida facilius curatur quam sicca; purgandum est cum *helleboro* & *mercurialibus*; conducunt *absorbentia & sudorifera ex antimonio* præparata, decoct. *e lignis*,

Digitized by Google

e lignis, viperina, rob ſambuc. &c. externe conveniunt remedia ex *ſaturno, mercurio, ſulphure, calce viv. camphora, nicotiana, litharg.* &c.

℞ *Ung. Nicotian.* ℥ß.
Flor. Sulph. ℥ij.
Mercur. dulc. ℥j.
Ol. Hyperic. q. ſ.
M. F. Linimentum.

Conveniunt etiam balnea ex *herbis & radicibus appropriatis* [in lixivio tenui coctis] Vide plura in cap. de morbis infantum. (15.)

CELSUS.

Art. 33. Scabies [ſive Pſora] eſt durities cutis rubicundior, ex qua puſtulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam ſicciores. Exit ex quibusdam ſanies, fitque ex his continuata exulceratio pruriens, ſerpitque in quibusdam cito. Atque in aliis quidem ex toto deſinit, in aliis vero certo tempore anni revertitur. Quo aſperior eſt, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur; itaque eam, quæ talis eſt, *ἀγρίαν Græci* appellant, id eſt *feram*. „In juvenili ætate ſæpe ab aliis morbis „præſervat, vel eos ſanat; diuturnior in lepram migrare „poteſt; in ſenibus contumax & curatu difficilis; *ſicca* „difficilior curatu, quam *humida*; quæ ex interno humorum vel viſcerum vitio oritur; & plerumque critice „erumpit, minime impedienda, nec intus repellenda. *Pſora quid.* *Prognoſis.*

WILLIS.

Art. 34. Pſora ſive Scabies eſt puſtularum in corpore ſparſim eruptio, præcipue circa juncturas artuum, & inter digitos, ab humore acri & ſalſo procedens, ob pruritum inſignem ſcalpendi neceſſitatem inducens. Nullius certe morbi labes (*peſte* tantum excepta) facilius aut certius quam *Pſoræ* propagatur. *Quas partes obſidet.* *Contagioſa.*

Art.

Digitized by Google

Curatio. *Art. 35.* Præmissa *venæ sectione* utilissime propinatur cerevisia medicata sequens,

℞ *Rad. Polypod. querc.*
—— *Lapath. acut. ana* ℥iij.
Sen. Opt. ℥iv.
Epithem.
Turbith.
Mechoacan. ana ℥ij.
Santal. Citrin. ℥j.
Sem. Coriandr. ʒvj.
M. F. Sacculus. S. A.

Pro cerevis. cong. iv. post dies v. vel. vj. hauriatur & sumatur ℥xij. plus minus omni mane per viij. vel x. dies. Pro usu externo *sulphur* in hoc morbo virtutem quandam specificam habere videtur, & linimentorum fere omnium est basis.

℞ *Axung. Porcin.* ℥iv.
Flor. Sulph. ℥ß.
Pulv. Zinzib. ʒß.
Ol. Tart. per deliq. q. s.
M. F. Unguentum.

Cui odoris gratia addi possunt guttæ aliquot *ol. rhod.*

Alia methodus curationis. Unguenta ex *hydrargyro* sunt periculosa. Restat adhuc alius facilior & multo elegantior pruritus sanandi modus: nempe, ut indusium *aqua font. cum sulphure pulverisat. incoctum & exsiccatum super nudum corpus per 4 vel 5 dies gestetur;* ita namque morbus iste sine balneatione, aut litus squalore, aut malo odore curari solet. Pauperes *flores sulphuris* cum lacte intus sumant.

FARRAGO.

Sapo niger. *Art. 36. Borellus* pro pauperibus & militibus commendat solam *saponis nigri* lotionem, sed cito abluenda est, ne cutem excoriet.

℞ *Pulp.*

Digitized by Google

℞ *Pulp. ſubtiliſſim. Rad. Hellebori albi* q. v. *Flor. Rad.* q. ſ. m. f. *Unguentum.* Acrem dolorem excitat, & interdum inflammationem; ideoque omnibus minus convenit: morbum vero, ubi uſurpari liceat, fere ſemper certo ſanat. *Decoctum ejusdem Radicis* eſt forſan medicamentum tutius & elegantius. *Radix Hellebori albi.*

Ex pruritu intolerabili hunc affectum jugiter comitante *animalcula* in cauſa eſſe, & morbi eſſentiam conſtituere quidam ſuſpicati fuerunt; unde etiam ejusdem *contagium* adeo prompte communicari crediderunt: ſed nondum aliquid de hac re compertum habemus, niſi quod a D^re^. *Bononio* traditum invenimus *Philoſoph. Tranſact.* N°. 283. qui (ſi ei fides adhibenda ſit) rem extra dubium poſuit: ille enim loco citato animalculum deſcripſit figura externa inſtar teſtudinis, ejusdemque iconem exhibuit; ova quoque facto ſcrutinio reperit, unde generatione citiſſima quemadmodum pediculi producuntur. Curioſus videat locum. *Animalcula.*

Art. 37. In morbo inveterato & remediis aliis haud cedenti excitare licet *Ptyalismum.* *Salivatio.*

Art. 38. In officinis optimum remedium eſt *unguentum ex oxylapatho.* Potentiſſima ſunt balneum & linimentum ex *Barbette.* Interne *æthiop. mineral. bezoar. mineral. carn. viperin. antimon. diaphor. tinct. antimon. decoct. e lignis, gum. guaiac.* &c. Externe *unguentum herpeticum, unguentum pſoricum mercuriale, lotio mercurialis; hæc* poſtrema cum cautione ſunt uſurpanda. *Remedia potentiora.*

IMPETIGO.

WILLIS.

Art. 39. Impetigo varia ſortitur nomina, appellatur *Lichen, vitiligo, lepra Græcorum*, &c. Imprimis papillæ ſive puſtulæ rubræ, modo ſingulares, modo plures ſimul congeſtæ in variis corporis partibus, præſertim vero in brachiis aut cruribus exoriuntur; quibus ſingulis *Impetigo quid.* *Ejusdem graphica deſcriptio.*

Digitized by Google

lis novæ adjunguntur, & latius ſerpentes ſeſe in orbem diffundunt, cujusque harum ſuperficies & nonnihil albida & ſquamoſa apparet, unde, ſi ſcalpatur, ſquamæ decidunt, & ichor ſæpe tenuis exſudat, qui tamen mox exſiccatus, in ſquamam rurſus cruſtaceam indureſcit. Hic affectus quandoque membra ſingularia infeſtat reliquis partibus intactis; & eſt naturæ mediæ inter *ſcabiem* & *lepram*; differt a *priori*, quoad puſtularum formulas; namque in *Pſora* ubique fere ſingulares, & ſpatiis licet exiguis, ab invicem remotæ exiſtunt; *hic* plures conglobatim, & quaſi per racemos magis intervallis ſejunctos erumpunt. *Lepra* multo immanior eſt & horrenda, videlicet cruſtacea & ſquamoſa, ubique continua, & per totum corpus diffuſa.

Differentia hujus Morbi a Pſora & Lepra.

Curatio.

Art. 40. Impetigo difficulter admodum curatur, &, ſi in affectionem quaſi leproſam tranſeat, incurabilis ut plurimum evadit. Remedia fere tantum *magna* in curando hoc affectu valent, cujusmodi ſunt *venæ ſectio*, *cathartica mercurialia*, *ſerum lactis* [medicamentum] *acidulæ chalybeatæ*, *herbarum expreſſiones ſuculent. decoct. e lignis*, *medicamenta chalybeata*, *ſalivatio* &c. Sæpius lui venereæ aut ſcorbuto ſupervenit. Balneatio interdum nocet; novi plures haud graviter impetiginoſos *Bathoniam* profectos, inde prorſus leproſos rediiſſe. *Acidulæ purgantes* contra impetiginem leviorem juvare aliquoties comprobavi, ſed plus valent *æquæ Tunbrigenſes*, &c. ſed præ reliquis remedia *viperina* in hoc affectu, ut & in *elephantiaſi* & ipſa *lepra* inſignem habent virtutem. Inter topica balnea aut linimenta e *pice liquida* confecta, cæteris quibusque longe præſtant; formulæ utriusque apud authorem ſubdantur. Fortiſſima ſunt *unguenta mercurialia.*

Per remedia magna.

„Quantum confert ad hunc morbum curandum „*corpus in ipſo mari frequenter abluere & aquas mari-* „*nas ſæpiſſime ac diutiſſime innatare* eſt experimentum „ſatis notum & peritiſſimis medicis comprobatum.

Ett-

Digitized by Google

ETTMULLER.

Art. 41. Lepra convenit cum ſcorbuto confirmato; eſt etenim ſummus & contumaciſſimus *ſcabiei ſcorbuticæ* gradus; in lepra vero longe major eſt ſucci nutritii corruptio, quam in ſcabie, quatenus non tantum cutis, ſed etiam ſubjacentes partes carnoſæ exulcerantur; ſcabies ferina & inveterata in lepram degenerare ſolet. Contagium ad tertiam vel quartam generationem interdum propagari ſolet. Inter ſigna externa apparet cutis nunc ad colorem lividum & nigrum vergens, nunc flaveſcens & ex rubro nigricans. Aëri expoſita mox corrugatur, exaſperatur & infrigeſcit, tota apparet unctuoſa, ut aqua ipſi inſperſa vix hæreat, ſenſim craſſeſcit, rugoſa & aſperior redditur; furfure nunc purpureo nunc albicante, ac ſi calce incruſtata eſſet, imprimis in facie aſperſa videtur, multisque nodoſitatibus, tuberculis mobilibus & indolentibus potiſſimum pone aures, circa frontem, mentum, & artus defœdatur, & morphæa, impetigine, & ſcabie ſicca pertinaci, aliisque puſtulis afficitur [de reliquis ſignis diagnoſticis conſulatur auctor. p. 587.] *Lepra.* *Signa diagnoſtica.*

Art. 42. Lepra inveterata incurabilis eſt; ſanguis in lepra fœtidus eſt & nigreſcens; ſerpigo, & impetigo in manuum ac pedum digitis, cum pilis parvis aſcendentibus eſt malum ſignum. *Prognoſis.*

Art. 43. Tanquam *Lues Venerea* curanda eſt. *Viperina* maxime conducunt. *Balnea*, *Thermæ*, &c. in uſu ſunt. *Curatio.*

TURNER.

Art. 44. Lepra Græcorum apud nos ſaltem non eſt adeo frequens, aut maligna, ac apud exteros, ubi comparata ſunt *Noſocomia* Sti. *Lazari*, ut ob funeſtam morbi contagiem infecti ab humano genere prorſus diſſocientur. *Ambroſius Paræus* animadvertit, in nonnullis *Gemaniæ* regionibus eam inveniri, ſed frequentius *Quibus regionibus frequentior eſt.*

Digitized by Google

in *Hiſpania*, & per totam *Africam*, & quibusdam locis in *Gallia*.

Art. 45. Lepra ut plurimum circa cubitos & genua primo erumpit, mox latius ſerpit, & per univerſum fere corpus ſenſim caput attollit.

Curatio. *Art.* 46. Lepra hæreditaria & inveterata eſt prorſus incurabilis. Ad hunc affectum curandum veteres & recentiores quoque commendant remedia *viperina*, item *ex antimonio*, *mercurio*, & *ſulphure* præparata, *guajacum*, *radices oxylapath. polypod. epithem.* &c. *Jacobus Dovynetus* virtutes decocti *corticis ulmi* magnopere extollit cum vino albo diutius propinati, aſſeritque remedium eſſe certum; extat in *Pharm. Bat.* Etiamſi omnes fere ſcriptores in viperarum laudibus tanti ſunt; *Fernelius* tamen & *Palmarius* eas eſſe omnino inutiles affirmant, præcipuè in corporibus calidioribus. Ipſe *ptyalismus* ad hunc morbum contumaciſſimum penitus eradicandum impar frequentiſſime invenitur. Inter cætera linimentum ſequens in uſum adhibere ſoleo;

Salivatio.

℞ *Ung. e Flor. Aurant.* ℥j.
Mercur. Præcip. Alb. ʒiß.
Camphor. ʒß.
Vitriol. Alb. Uſt. ʒj.
M.

„Author noſter copioſa formularum ſegete exopti„mis ſcriptoribus collectarum abundat; & re vera de „*morbis cutaneis* erudite ac pulchre ſcripſit.

ELEPHANTIASIS.

Ex Clariſſimo Deodato apud Fabricium

HILDANUM.

Elephantiaſis deſcriptio. *Art.* 47. Elephantiaſis *Græcorum*, ſeu *Lepra Arabum*, eſt affectus contagioſus plurium vitiorum congerie corpus defœdans. In cute vel faciei, vel frontis, vel

Digitized by Google

vel genarum, cubiti, femorum, manuum, pedumve tubercula facile mobilia, indolentia, & ex livore ad rubedinem tendentia, horridumque aſpectum præbentia epullulant; in ore, in palato, in faucibus circa linguæ radicem, tubercula nunc flaveſcentia, nunc ſublivida exoriuntur; in pedum digitorum interſtitiis, vel in plantis, in craſſa præſertim & dura illius parte, item in aliis artuum locis ulcera effloreſcunt, hæc ulcera & fiſſuræ veram cutem penetrant, lata ſunt, & ulterius ſerpunt labiis calloſis ac pertumidis, atque læſa facile cruentant, indolentia licet; ulcera quoque nares depaſcunt; adſunt tumores in aurium ambitu, craſſeſcunt labia, pedes manusque valde inflatæ ac tumidæ ſunt.

ETTMULLER.

Art. 48. Elephantiaſis *Arabum* ita vocatur, quia cutis tumida, rugoſa, & aſpera apparet. Senes vino liberalius indulgentes quandoque invadit. Eſt tumor pedum [crurumque] rubicundus, lividus ſeu nigricans cum ulceribus varicoſis, e quibus ſerum acre limpidum effluit; interdum etiam ſolæ cruſtæ furfuraceæ totos pedes occupant *(Lepra eſt univerſalis)*. Affectus ut plurimum eſt criticus, ideoque cavendum eſt ab externis repellentibus, ne gravius malum excitetur. *Morbus deſcribitur.*

TURNER.

Art. 49. Elephantiaſis ſive *lepra Arabum* eſt morbus in noſtris regionibus, ſaltem nunc dierum vix cognitus. Ab *Aretæo* eleganter deſcribitur; nomen accipit (inquit ille) ab aſpectu fœdo & deformi, ex partium inæquali protuberantia, & cutis denſitate ac ſcabritie, hinc inde rugis & fiſſuris, labiis tumidis interſperſæ, *elephantis* cutem quodammodo referentis. Mendicantem in agro prope *Londinum* jacentem vidimus morbo huic maxime affini miſerrime laborantem. *In noſtris regionibus vix occurrens.*

Eſt incurabilis affectus.

Art. 50. Hic affectus apud authores *Leontiaſis* & *Satyriaſis* appellatur; & ob magnitudinem morbi a plerisque medicis plane incurabilis merito agnoſcitur. *Remedia ad lepram Græcorum*, ſi quæ alia, hic locum habent. *Decoctum ulmi Pharm. Bat.* potanti graveo lentiſſimos movet ſudores (inquit author) & cum vin albo epotum *ab Elephantiaſi & Lepra Græcorum* liberat.

TOWNEI *Sententia.*

Æthiopibus familiaris.

In Inſulis Caribarum *Æthiopes* ſervituti mancipat (& etiam inter incolas alterius coloris nonnulli) *Ele phantiaſi* ſunt obnoxii; graviori alicui morbo ut plu rimum eſt ſuccedanea, iis præcipue, quibus ex dur neceſſitate infortunium eſt victu inſalubri ſuſtentari, ac cidere ſolet. Hic ſequitur morbi hujuſce *graphica de ſcriptio*, quam videre licet apud authorem, caden fere cum modo ab *Aretæo* memorata. Morbo jam plene formato homo cæteroquin bene ſe habet, nequ incommoditatem ullam ſentit, niſi moleſtum onu monſtroſi cruris, quocum tamen per viginti annos dur ſervitutis muneribus, quibusdam ſaltem, fungi nov mus. Elephantiaſis *amputato crure* ſolet ſtatim alt rum invadere.

COMBUSTIO.

Ex Pavio apud Hildanum.

Combuſtionis definitio.

Art. 51. Combuſtio eſt ſolutio continui epiderm dis, & cutis ut plurimum, nonnunquam etiam carn muſculoſæ, venarum, arteriarum, nervorum, &c. ignis impreſſa: hanc autem combuſtionem ſequunt mox dolor acerbiſſimus, inflammatio, puſtulæ; &, combuſtio profunda, corpusque cacochymicum fuer facillime degenerat in ulcus fœtidiſſimum & malign

Primus gradus.

Art. 52. Tres ſunt gradus combuſtionis. In *primo gradu* cutis rubicunda eſt, dolor acerbiſſimus punc

Digitized by Google

pungitivus, non aliter, ac si cutis urticis fricata esset, mox inflatur locus & elevantur pustulæ, in quibus aqua clara & alba continetur, tandem quoque epidermis separatur; primum & præcipuum negotium est ut impediamus, ne pustulæ oriantur, hocque fit locum combustum *in oleum* vel *aquam calidam* quantocyus immergendo, vel ad *ignem* admovendo; est etenim ignis proprii inusti mali *alexiterium*; hinc *cepæ* in mortario cum *sale* contusæ & pauco *sapone* empyreuma ad se attrahunt. *Intentio curativa.*

Art. 53. In *secundo gradu* pars illico inflatur, rubescit, dolet, urit, & ipso momento pustulæ elevantur, ægerque de tensione cutis conqueritur: est enim vi ignis contracta atque densa. In hoc casu ubi vera cutis combusta & contracta fuerit, non cepæ, sal, sapo, &c. applicanda sunt, sed remedia *emollientia*, *calida* & *humida*, toti loco ambusto imponatur sequens unguentum; *Gradus secundus.* *Curatio.*

℞ *Unguent. Basil.* ℥j.
Ol. Rosar.
—— *Lilior. Albor. ana* ℥ß.
Vitel. Ov. N°. ij.
M.

Et applicato defensivo, pars affecta involvenda est fascia in oxycrato madefacta; unguento prædicto addi potest *crocus*, vel etiam *opium* in extremo dolore.

Art. 54. In *tertio gradu* ipso momento, dum res ignita adhæreat corpori cutis illico evadit nigra vel saltem livida, & obtuse sentit, si scalpello pungatur; est enim dura & exsiccata crusta, ea cum deciderit, remanet ulcus profundum & putridum. *Gradus tertius.*

Art. 55. Tertius gradus est admodum periculosus; est enim metus gangrænæ; quo circa *eschara* in diversis locis ad carnem usque *incidenda* est, idque fieri debet primo vel secundo die, hoc facto, *unguentum* in secundo gradu præscriptum applicari potest, *defensivum*, &c. convenit *venæ sectio* revulsionis gratia. Sequens autem *Curatio.*

Digitized by Google

autem fomentum vim habet ſedandi dolorem, cutem emolliendi, & digeſtionem promovendi;

℞ *Rad. Alth.* ℥ij.
Sem. Cydon.
—— *Fœnugr. ana* ℥ß.
Flor. Cham.
—— *Melilot. ana* Mj.
Coque in ſ. q. aquæ fontanæ, poſtea adde Spirit. Vin. aliquantulum.
F. Fotus.

Si vero combuſtio adeo magna fuerit, ut in gangrænam degeneret, caute & cum judicio procedendum eſt, & ſemper aliquid applicandum, quod putredini adverſetur.

Veſicæ ſemper incidendæ.

Art. 56. Puſtulæ ſtatim ab initio in omni combuſtione incidendæ ſunt, ut aqua acris & fervida effluere queat.

Oculorum combuſtio.

Art. 57. In oculorum combuſtionibus applicentur *defenſiva* fronti & temporibus; fluxio humorum ad partem *venæ ſectione* & omni arte inhibenda eſt; oculis continuo inſtilletur *lac muliebre* cum *aq. roſ.* commiſtum, & applicetur ſequens cataplasma;

℞ *Pulp. Pomor. aſſat.* ℥ij.
Farin. Fœnugr. ℥ij.
Hord. ℥j.
Croc. ℈ß.
Coq. in lacte vaccin. q. ſ.
F. Cataplasma.

Interim univerſalia recte inſtituantur. In omni combuſtione, ubi dolor eſt vehemens & ultra tolerantiam applicari poteſt cataplasma ex *mic. panis alb. in lacte coct.* cum pauco *croco* & *opio* ad dolorem mitigandum, ad tempus ſaltem, ſed in oculorum combuſtionibus cavendum eſt de *opio*. *Sanguis columbinus* ab animali tepidus eximium habetur *anodynum*.

Art.

Art. 58. Magna adhibenda est cura, ne turpis cicatrix post combustionem curatam relinquatur, ut autem hoc incommodum vitetur, ab initio usque ad finem curationis *emollientia* sunt usurpanda, & postea applicanda est *lamina plumbea spissa mercurio inuncta.* *De cicatrice turpi præcavenda.*

Art. 59. Si facies pulvere *bombardico* combusta & grana pulveris cuti infixa fuerint, illico extrahendus est pulvis, quantum fieri poterit, acu vel alio instrumento acuto; si vero chirurgus in principio non advocatus fuerit, ita ut cutis jam cicatrizata, maculæ vero nigræ relictæ fuerint, necesse est denuo exulcerare cutem *vesicatorio.* *Facies pulvere pyrio combusta quomodo curanda.*

Art. 60. Ignis a *fulmine* omnium vehementissimus & periculosissimus est, in se continet facultates quasdam supernaturales, quibus animal quandoque protinus extinguitur. Si partes externæ lædantur, secundum gradum ustionis sunt medicandæ, sicut in aliis combustionibus, nisi quod *putrefacientia* & *escharam relaxantia* hic locum non habent; sed *escharæ* statim scalpello *excidendæ* sunt; & interne optima *cardiaca* sunt propinanda. *Combustio a fulmine.*

SYDENHAM.

Art. 61. Omnibus remediis quotquot adhuc inventa fuere, *spiritus vini* facile palmam præripit in ambustis, cum cutem subjacentem ab omni putrefactione tueatur ac vendicet, atque eo nomine curationem quam cito absolvat, digestionem, quæ non nisi admodum tarde sua tempora percurrit, etiam non moratus: nempe si lintea *spiritu vini* imbuta partibus ab aqua fervenți, pulvere pyrio, vel simili, læsis, quamprimum hoc infligitur malum, applicentur, eademque spiritu dicto madefacta subinde repetantur, donec dolor ab igne penitus evanuerit, & postea solummodo bis in die. *Vires sp. vini in ambustis.*

Digitized by Google

FARRAGO.

Farrago.

Art. 62. In ambuſtionibus ſuperficiariis (inquit *Turner*) mihi ſolenne eſt imponere *ol. lini & aq. calc.* ſimul conquaſſat. vel *ol. ſambuc. & alb. ovor.* Veſiculæ aqueæ reſecandæ ſunt, *& unguentum diapomph.* vel quod melius eſt *ceratum noſtrum de lapide calaminari* locis excoriatis applicandum. Idem ceratum (pluribus intentionibus ſatisfaciens) convenit etiam in gradu ſecundo ambuſtionis. Et re vera eſt medicamentum omnem ſuperans laudem, non modo in hoc caſu, ſed etiam in *vulneribus* & *ulceribus* curandis. Extat apud authorem exemplum curationis ambuſtionis graviſſimæ, in qua tota praxis venuſte illuſtratur. Chirurgus librum conſulat. „Ubi plures partes, vel totum corpus ambu„ſtum eſt, raro ægri convaleſcunt, ſed vehementia „ſymptomatum miſere moriuntur. *Wiſeman* commen„dat cataplasma ex *fimo equino* ad empyreuma extra„hendum. *Calx viva multoties lota cum ol. lini vel „hyperici*, item *ceratum ex ceruſſa & ol. lini*, *ſpiritus „vin. camphorat.* &c. ſunt remedia vulgaria, ſed mini„me contemnenda. Sequens eſt *Boyleanum.*

Remedia nonnulla vulgaria.

℞ *Sacchar. Saturn.* ℥ß.
Acet. Vin. Alb. Opt. ℥iv.
F. Solutio, deinde
Adde Ol. Sambucin. q. ſ.
F. Unguentum.

CAPUT XII.

SIVE FASCICULUS MORBORUM DUODECIMUS.

TUMORES IN GENERE.

Definitio tumoris.

Nusquam unquam vidi definitionem tumoris, niſi ex aliqua parte peccantem; quocirca ſequentem in medio protuli. Tumor in genere eſt præternaturalis alicujus

Digitized by Google

alicujus partis, vel totius corporis, magnitudo *mole morbosa* aucta.

ETTMULLER.

Art. 1. Tumores proprie dicti oriuntur vel a *stagnatione*, hoc est ab impedito fluidorum transitu; vel a *congestione* paulatina, ubi facta quasi secretione tumores procreantur; vel denique per novi humoris in parte generationem & collectionem: Exempla primæ speciei habemus in phlegmonibus, tumoribus œdematosis, flatuosis, &c. Per congestionem paulatinam nascuntur tumores critici; per novi humoris in parte generationem producuntur tophi, cancri, ganglia, tumores omnes in cystide contenti, &c. *Tumores, eorundem tres species.*

Art. 2. Remedia quod attinet; tumoribus in genere applicanda in tres classes dividuntur (secundum totidem curationis intentiones) in *resolventia*, *discutientia*, & *suppurantia*, repellentibus a medicis sanioribus jam ex usu merito repudiatis. *Intentiones curativæ.*

Art. 3. *Resolventia*, *emollientia*, seu *attenuantia primi gradus* sunt *radices & herbæ malv. alth. mercurial. violar. lilior. alb. parietar. flor. melilot. sem. lini, fœnugr. caricæ pingues, uvæ passæ, axungiæ, medullæ, ol. amygd. dulc. lilior. alb. unguent. dialth.* &c. *Resolventia primi gradus.*

Art. 4. Resolventia *secundi gradus* sunt *radices & herb. apii, puleg. cepæ coct. chærefolii, sambuci, cicut. scabios. flor. hyper. croci, sambuci, chamon. adeps anserin. ursin. gum. tacamahac. styrac. liquid. terebinth. farin. fabar. sperma ceti, ol. cham. anygd. amar. hyperic. laurin. empl. de cicuta cum ammoniac. diachylon.* &c. *Secundi gradus.*

Art. 5. Resolventia *tertii gradus* sunt *radices & herb. bryon. cucumer. agrest. raphan. cepæ crud. asari, scill. sabin. absynth. centaur. min. nicotian. sem. sinap. crucæ, cymini, gūm. ammoniac. galban. bdell. sagapen. opopanac. elem. myrrh. nidus hirundin. spir. urinæ, armoniaci, spir. vini, fermentum, ol. lateritium, scorpionum,* *Tertii gradus.*

pionum, terebinth. lumbricorum, nicotianæ, petroleum, balſ. ſulph. Unguentum martiatum, diachylon cum gummi, oxycroc. diaſulphuris, de cicuta cum ammoniaco, de ranis cum mercurio. Ex ſimplicibus prædictis varia fieri poſſunt compoſita, fomenta, cataplasmata, &c.

Diſcutientia. *Art. 6. Diſcutientia* ſunt prædictis vicina [immo pleraque ſimplicia & compoſita reſolventium tertii gradus ſunt diſcutientia] talia ſunt, quæ ſequuntur, *radices fœniculi, ireos, ariſtolochia rotund. cucumer. aſinin. pyreth. zinzib. flor. ſambuci, plantæ aromaticæ, origan. puleg. thym. majoran. roſmarin. abſynth. ſalvia, ruta, ſabin. lavend. hyſſop. abrotan. flor. cham. melilot. lavend. ſalv. croci, anthos, bacc. junip. lauri, NM. mac.* &c. *aromata, ſem. anethi, cymin. fœnic. rutæ, ſinapeos, caſtor. camphora, ol. lumbric. cham. cymin. aniſi, ſpicæ, terebinth. ſuccini, ſulphuris, ſtercora animalium,* &c. Ex prædictis ſimplicibus fieri poſſunt fotus, cataplasmata, &c. ſequens cataplasma potenter diſcutit:

℞ *Fol. Lauri.*
—— *Roriſmarin.*
—— *Rutæ ana* M. j.
Flor. Cham.
—— *Sambuci.*
Summit. Aneth. ana ℥ij.
Coq. in Aq. & Vin. ana p. æ. ad Mollitiem.
Deinde adde Far. Fabar.
—— *Furfur.*
Stercor. Vaccin. ana ℥iij.
Mellis ℥iv.
M. F. Cataplasma.

„Fotus ſequens eſt valde diſcutiens:

℞ *Summit. Hyperici.*
—— *Abſynthii.*
—— *Centaur. min. ana* M. ij.

Flor.

Digitized by Google

Flor. Cham.
—— *Sambuc. ana p.* ij.
Bacc. Junip.
—— *Laur. ana* ℥iß.

Coq. in lixiv. ten. ℔vj. *ad* ℔iv. *in colatur. diſſolv. Sal. Armoniac. Crud.* ℥j. *& uſus tempore add. Sp. vin. commun.* ℔j.

Art. 7. Externis hiſce commodiſſime ſimul adhiberi debent diaphoretica interna ex alcalium republica deſumpta. *Diaphoretica interne.*

Art. 8. Suppurantia denique ſunt medicamenta, quæ maturationem faciliorem ac promptiorem reddunt; eminentiora autem ſunt, quæ ſequuntur; *radix alth. lilior. alb. brioniæ, cepæ coctæ, allii ſub cineribus cocti, herb. malvæ alth. flor. melilot. chamom. croci, ſem. lini, far. hord. tritici, mic. panis, caricæ pingues, gum. ammoniac. oleum lilior. alb. chamæmil. unguent. alth. fermentum acre, ſapo venetus, ſtercus bovinum*, &c. Sequens cataplasma eſt valde efficax, *Suppurantia.*

℞ *Rad. Althææ.*
—— *Lilior. Albor. ana* ℥ij.
Fol. Malv. M. j.
Pulv. Sem. Lini ℥j.
Ad Mollitiem coctis adde Cep. ſub cineribus aſſat. ℥vj.
Ung. Baſil. ℥ß.
Ol. Lilior. Albor. q. ſ.
M. F. Cataplasma.

Præ reliquis egregium ſuppurans eſt *lac*, in quo coctus eſt *ſapo venetus*, plus minus pro ratione indicationis; hoc appoſitum cum linteis multiplicatis mire maturat & aperit abſceſſus.

Art. 9. Phlegmone ſive inflammatio eſt tumor ad tactum renitens cum tenſione, rubore, dolore pulſatorio, *Phlegmone quid.*

Digitized by Google

torio, & ardore; nunc quidem genuina ex ſanguine puro, nunc vero ſpuria, ad eryſipelata, vel œdemato-
Prognoſis. ſos tumores, vel ſcirrhos propius accedens. Omnes inflammationes vel inſenſibiliter diſcutiuntur, vel ſuppurantur, vel male tractatæ in gangrænam abeunt.

Curatio. *Art. 10.* Interne conveniunt *ſudorifera ex alcalibus*; & omnia ea, quæ in *pleuritide* uſitata ſunt, hic commode uſurpari poſſunt, v. g. *ſperma ceti* cum *antimon. diaphoret.* additis quibusdam *ſalibus volatilibus.* Externe in initio decoctum *ſulphuris* in urina, quod a *Paracelſo* laudatur, item *ſtercus vaccinum*, *equinum*, &c. Si ſit eryſipelatoſa conducit *ſpir. vini camphorat.* cum *flor. ſambuci* incoct. In ardore magno religioſe vitanda ſunt oleoſa. Si diſcuti nequeat remediis ſupra memoratis, ad ſuppurationem producenda eſt medicamentis appropriatis, modo recenſitis; & quum maturus fiat, niſi ſponte rumpatur, aperiendus eſt abſceſſus; & poſtea mundificandus, & conſolidandus; omnibus his intentionibus ſatisfacit linimentum ſequens,

℞ *Terebinth. clar.* ℥j.
Mel. Roſ. ℥vj.
Balſam. Peruv. Vitel. Ovi Solut. ℥ß.
M. F. Linimentum digeſtivum.

Inflammatio mammarum. *Art. 11.* Sæpe ex lactis coagulo in mammis, aut quod alias ſtagnat aceſcentia vitioſa inflammatio mammarum lactantibus accidit; hæc autem aliquando eſt eryſipelacea; adſunt tumor, dolor, rubor, &c. Inflammationes omnes mammarum ſunt periculoſæ, quia ut plurimum abeunt in *abſceſſus*, & hinc in ulcera ſanioſa, interdum etiam in *fiſtulas*: ſi non abeunt in abſceſſus, indurantur in *ſcirrhos*, qui levi errore abeunt in *cancros*: rariſſime enim inflammationes mammarum, in ſpecie ex lactis coagulo, diſcuti poſſunt.

Curatio. *Art. 12.* In genere in omnibus mammarum affectibus obſervandum eſt, quod mamilla affecta raro ad ſa-

nitatem

Digitized by Google

nitatem perdueatur, nisi altera sana lacte exsiccetur; quia dum lac influit ad unam mammam, etiam fluit ad alteram, & sic malum exasperatur. *Aqua calcis vivæ*, si quæ alia, inflammationem omnem avertit, resolvit, & discutit. Unum ex expertissimis ad mammarum inflammationes remediis est cataplasma factum ex farinis, videlicet. *Ex farina fabarum, lupinorum, & lentium in oxycrato coctis, & subactis, & cum albuminis ovi pauco mistis;* emplastrum de *spermate ceti Mynsicht.* empl. *de cicuta*, &c. inflammationes similiter resolvunt. Sed raro discutiuntur hi tumores, ideoque tutius est suppurationem promovere.

Art. 13. „Ubi tumor est durus sine inflammatione, „convenit sequens ceratum. *Tumores duri.*

℞ *Summit. Absynth. pulv.* ℥ij.
Sem. Lentium.
—— *Fœnugr.*
—— *Fœnicul. ana* ℥j.
Succ. Hyoscyam.
—— *Cicut. ana* ℥iij.
Unguent. Dialtheæ ℥ij.
Axung. Anatis.
Anseris ana ℥j.
Sevi cervin. ℥ij.
Styrac. Liquid. ℥ß.
Ceræ q. s.
M. F. Ceratum.

„Cicuta per se applicata nimium incalescit, & cu„tem exulcerat, sed in vino cocta, & cum axungia „porcina contusa, hosce tumores duros emollit. *Wiseman.*

Art. 14. Inflammatio testium frequentissime oritur ex ictu vel compressione violenta inter equitandum; adsunt dolores gravissimi, & nonnunquam convulsiones [& vomitus], & interdum metus est gangrænæ, nisi cito discutiatur; aliquando in abscessum tendit. *Inflammatio testium.*

Art. 15.

Digitized by Google

Curatio. *Art. 15.* Curam quod attinet; *mittatur sanguis* copiosissime quamprimum, & injiciatur *enema leniens & emolliens;* interna eadem esse debent, ac in aliis morbis inflammatoriis. Externe pro discutiendo tumore & resolvendo expertissimum est cataplasma ex *farina fabarum cum oxycrato* cocta & applicata, addi etiam commode potest *sem. cymini*, item *flores chamæmeli & meliloti*, & erit magis discutiens; si tumor discuti nequeat, *suppurandus* est cum maturantibus mitioribus.

In scirrhum vel cancrum transitus. Inflammatio male curata plerumque in scirrhum transit, quandoque in cancrum abit, præsertim si punctiones acutæ sentiantur; in hoc casu *discutientia* sunt usurpanda, maxime autem conducit *Emplastrum de cicuta cum ammoniaco.*

Furunculus quid. *Art. 16.* Furunculus [quem nos vocamus a Boil] est inflammatio parva in locis extimis orta, in acutum tuberculum tendens, ovum columbinum magnitudine non excedens, cum rubore & dolore, interdum cum ardore atrocissimo, ac si carbo igneus admotus esset.

Quomodo tractandum est. *Art. 17.* „Furunculi ut plurimum periculo vacant; de„monstrant plerumque constitutionem firmiorem, ma„teriam peccantem foras propulsantem. Repellere est „nefas; discuti non possunt, nec debent; frequentius „sponte sua suppurantur, aperti ex se coalescunt, si non „tantillo *balsami peruv.* consolidari possunt. Si hu„*iusmodi* sint, internis *alterantibus* præcavendi sunt, in„quem finem *rosmarinus*, item *radix bardanæ* a qui„busdam specifice prodesse habentur.

SENNERTUS.

Parulis. *Art. 18.* Gingivæ quandoque inflammatione (quæ Græcis Parulis dicitur) cum dolore corripiuntur, & apostemata patiuntur, quæ in ulcera, interdum can-

Prognost. crum, fistulas, gangrænam desinunt. Malum per se patet, quod nisi maturis præsidiis succurratur, in apostemata & ulcera diuturna, immo nonnunquam in gangrænam, vel in cancrum incurabilem abit.

Art.

Digitized by Google

Art. 19. Per *revulſionem*, *derivationem*, & *gargarismata appropriata*, &c. opera danda eſt in initio, ut præcaveatur apoſtematio; ſi vero ad ſuppurationem vergat, *caricæ* per medium diſciſſæ imponantur. Si abſceſſus ſponte non apeſiatur, ſcalpello aperiri poteſt. Apertus abſceſſus *hydromelite* mundetur, tandemque ulcus exſiccetur & claudatur. *Curatio.*

CELSUS.

Art. 20. Peſſima puſtula eſt, quæ Epinyctis vocatur, ea colore vel ſublivida, vel ſubnigra, vel alba eſſe conſuevit; circa hanc autem vehemens inflammatio eſt, & cum aperta eſt, reperitur intus exulceratio mucoſa, colore humori ſuo ſimilis. Dolor ex ea ſupra magnitudinem ejus eſt; neque enim ea faba major eſt. Atque hæc quoque oritur in eminentibus partibus, & fere noctu, unde nomen quoque in *Græcis* ei ἐυπινυκτὶς eſt impoſitum. „Periculoſa non ſunt hæc tubercula, mo„leſta tamen ob dolorem; noctu inquietudinem pari„unt, & aduſtum ac vitioſum ſuccum in corpore re„dundare ſignificant. Omnino ſuppurandæ ſunt epi„nyctides, ſaniem ejiciunt ſanguineam; *digeſtivis & „mundificativis* tractandæ ſunt, &, ut *furunculi* curandæ. *Epinyctis quid.* *Quomodo tractanda ſunt.*

Art. 21. „Huic tuberculo cognatum eſſe creditur „Terminthum; verum quid proprie terminthus anti„quorum fuerit (inquit *Sennertus*) vix ſatis conſtat, „niſi quantum ex *Galeno* habetur, qui ſcribit termin„thorum nomen nigras quasdam puſtulas in cruribus „maxime orientes, a figuræ, coloris, magnitudinisque „ſimilitudine, quam cum terminthorum, id eſt, cice„rum fructu (ut vulgo vertunt, ſeu ut alii, & rectius „terebinthi fructu) habent, derivatum, ſignificare. *Terminthus.*

Art. 22. „Quatuor ſunt glandularum tumores in„flammatorii inſigniores, ſcilicet phyma, phygethlon, „bubo, & parotis.

ETTMULLER.

Digitized by Google

ETTMULLER.

Phyma. *Art. 23.* Phyma eſt tumor glandularum [ſub maxilla inferiore] rotundus, acuminatus, plus minus rubens ac dolens; ſtatim augetur, & ſuppuratur. „Facilius „curatur in pueris, difficilius in juvenibus & adultis, *Curatio.* „ſed in his rarius accidit.„ In cura a repellentibus cavendum eſt; natura in hujus ſuppuratione potiſſimum occupata eſt, ideoque illius conatus adjuvandus eſt medicamentis *maturantibus* impoſitis. „Applicari poteſt „*diachylum cum gummi*, ſed præſtat cataplasma *ſuppurans.*

Phygethlon. *Art. 24.* Phygethlon, Latinis Panus ob ſimilitudinem fungi arbori adnaſcentis, eſt tumor durus, phy- *Curatio.* mate major magisque rubens ac dolens. Curatur [interdum] *diſcutientibus*, pro quo ſcopo convenit *oleum tartari fœtidum* vel *ligni guaiaci*, his interdum *emollientia* cum *anodynis* junctis adduntur, &c. ſed frequentius ſuppurantur.

SENNERTUS.

Bubo. *Art. 25.* Bubo eſt tumor inflammatorius in inguine vel ſub axilla; cum rubore & dolore apparet, & plerumque febris levior accidit, & quidem ſi per criſin accidit bubo, eodem erumpente, ſtatim levatur alius *Prognoſis.* morbus. Bubones *benigni* [non enim hic de *venereis* & *peſtilentialibus* agitur] non ſunt periculoſi præcipue ſi ſtatim ſuppurentur; ſi vero diu potrahantur, & tardius maturentur, periculo non vacant, cum in fiſtulas periculoſas facile abeant.

Curatio. *Art. 26.* Curatio bubonum & aliarum inflammationum inſtituenda eſt eadem; hoc tamen probe notandum eſt, quod *ſuppurantia*, quæ adhibentur, debeant eſſe *fortiora*, quam in aliis inflammationibus; glandulæ etenim ſunt frigidiores quam aliæ partes, neque habent adeo exquiſitum ſenſum. „Quamobrem *cucurbitæ* cum „fructu applicari poſſunt; in hunc finem etiam condu- „cunt *fermentum acre*, *ſapo niger*, *ſtercus columbinum*, *ſem. ſinap. urticæ*, *caricæ*, *cepæ aſſatæ*, &c.

ETTMULLER.

Digitized by Google

ETTMULLER.

Art. 27. Parotides ſunt glandularum pone aures inflammationes: plerumque poſt male judicatas febres protruduntur a fauſto naturæ conatu. Maturationi opera danda eſt, & tractandi ſunt ſicut *bubones*, & aliæ inflammationes ad ſuppurationem vergentes. „Ranula „eſt tumor ſublingualis, mollis, albicans, & quaſi pel„lucidus, œdematis ſpeciem præ ſe ferens, linguæ mo„tum ac loquelam impediens. Periculo ut plurimum „vacat, niſi diuturnior fuerit, vel male tractatus; tunc „enim metus eſt, ne *cancroſus* evadat. *Parotis.* *Curatio.* *Ranula.*

„Aperiendus eſt cultro, vel potius ferro ignito, pro„dire ſolet mucus ovi albumini colore & conſiſtentia „ſimilis. Compertum eſt etiam aliquando *lapillos* ibi„dem generari; ideoque a chirurgo ſemper explorandi „ſunt. Poſt apertionem os abluatur ſæpius in die *cum decocto hordei mel. roſar. & tinct. myrrh.* *Curatio.*

Art. 28. Paronychia eſt tumor ordinario obveniens in extremitatibus digitorum, ultimis nempe articulis, ita tamen, ut non excludantur reliqui articuli. Quandoque eſt erraticus, & ex uno digito in alium tranſit, ita ut uno perſanato mox vicinus inquietur, donec omnes ſucceſſive infeſtaverit: tantus eſt dolor, ut ſubinde univerſum brachium conſenſu inficiatur. Oritur ex humore acri admodum corroſivo, immediate *perioſtium*, & ipſe adhærentes *tendines*, occupante; ſupervenit inflammatio ad apoſtema vergens, ſed frequentius *gangræneſcit.* *Paronychia quid.* *Cauſa.*

Art. 29. Quo citius ichor maturatur, eo minus periculum eſt oſſis cariei, in hunc finem quidam applicant *ſterquilinum*, & ſic dolor & tumor optime diſcutitur, & ſiſtitur: ubi vero paronychia altiores egerit radices, opus eſt *inciſione*, quæ etiam tutiſſima eſt, & quidem usque ad ipſum os: facta inciſione *theriaca* cum *ſpiritu vini* ſoluta digito applicanda eſt. *Curatio.*

Digitized by Google

Paronychia pedis digitorum.

Art. 30. Huc quoque pertinet affectus pernicioſiſſimus, qui *pollices pedum* cum doloribus atrociſſimis infeſtat, & nihil aliud eſt, quam *paronychia pedis digitorum*, cui gangræna & ſphacelus, & tandem mors ſubſequitur. Ex eadem cauſa provenit, & eandem medendi methodum poſtulat. Tutiſſima eſt digiti *reſectio.*

Duæ ſpecies.

Art. 31. „Paronychia re vera eſt malum minime „contemnendum, *Latinis* dicitur *panaritium;* ejusdem „duæ ſunt ſpecies, una *benigna*, vulgo a Whitlaw „appellata: altera *maligna* a Fellon dicta; in priori „ſpecie ſuppuratio facile procuratur, & materia albi„cante emiſſa facillime ſanatur. Altera vero eſt peri„culoſiſſimum malum, & fere nunquam curatur ſine „*inciſione matura* ad os usque.

Pernio.

Art. 32. Perniones pedes & manus affligunt tempore hyemali; partes affectæ tument, & ex albedine ad aliqualem cæruleſcentiam inclinant, [pruriunt vehementer], dolent, & tandem, nunc cum, nunc ſine exulceratione evaneſcunt. [Præmiſſis univerſalibus] partes affectæ illinentur cum *petroleo*, quod præſervat & curat. *Curatio.* „*Unguentum roſatum cum ol. terebinth. in rapo* „*aſſato* eſt remedium comprobatum (inquit *Wiſeman*).

SENNERTUS.

Aneurisma, unde fit.

Art. 33. Aneurisma eſt tumor ex tunicæ interioris arteriarum apertione, & exterioris dilatatione: quidtur vel venæ ſectione imperita; cum exterior tunica, utpote mollior, coaleſcit denuo, interior, ut durior, aperta manet; vel a cauſa externa.

ETTMULLER.

Aneurismatis cauſæ N. B.

Art. 34. Aneurisma eſt tumor a collectione ſanguinis arterioſi ab arteria exeſa aut laxata nimis, aut rupta ex quacunque violentia, ab imperita in venæ ſectione vulneratione. Frequentia ſunt aneurismata a vehementi *cordis palpitatione*, ita ut ramus arteriæ deſcendentis intumeſcat

Digitized by Google

intumescat. Aneurisma frequentius collum occupat, interdum crura & brachia, sed rarius, ex violenta commotione. Est tumor mollis tactui cedens, aliquando tamen non cedens, alias cum, alias sine pulsu, colore a reliqua cute non variat. Nihil periculi habet, nisi quod interdum ab imperitis chirurgis habeatur pro abscessu suppurato; unde si aperiatur, subito sub manibus ægri cum sanguine animam emittunt. „In collo ne „unum quidem curatum vidi (inquit *Barbette*), palliativa cura diu vivere possunt. *Diagnosis.* *Prognosis.*

Art. 35. Si aneurisma sit a venæ sectione inepta, mox ligetur pars læsa *ligatura* forti, & fiat *venæ sectio* in latere opposito. Curiosum est quod observat *Horstius*, quod applicatio *laudani opiati* arteriæ hæmorrhagiam sistat. Notum est emplastrum *Galeni ex thure, aloë, pilis leporinis, & albumine ovi*, item multum conducunt *lamina plumbea, emplastra astringentia* [cum *sacchar. saturni*]. His irritis cura per operationem chirurgicam facienda est, videlicet per *deligationem* arteriæ [superne tantum]. De nova methodo *Gallorum* in aneurismate vide locum p. 1246. *Curatio.*

WISEMAN.

Art. 36. Noster clarissimus *Wiseman* existimat aneurismata non fieri ex dilatatione vel relaxatione tunicæ exterioris arteriæ, sed potius ab *ambobus tunicis ruptis, vel fauciatis*, unde tumor ab effluxu sanguinis in musculorum interstitiis efformatur: hæc autem opinio multo probabilior videtur; utcunque sit tamen, eodem res redit, quoad curandi methodum. *Opinio nostratis Wiseman.*

„Aneurismata quandoque fiunt proculdubio simplici „arteriæ tunicarum *dilatatione* (ut cum sanioribus quibusdam medicis sentiamus) quemadmodum in *venis* „*varicosis* frequentissime accidere solet; saltem in hunc „modum ab origine plerumque nascuntur, utcunque „tamen diuturniora cum fuerint, & in grandem molem

Digitized by Google

„aucta, tunicæ arteriales multis in locis rumpuntur, „præcipue interna, ut ex omni sectione patuit. Accu„ratam hujus affectus historiam si quis velit, adeat D. „*Freind* Hist. Med. p. 179. &c. Pro accuratiore adhuc „aneurismatis naturæ applicatione. Vid. Philosoph. „Transact. N°. 402.

Historia. „In Transact. Philosoph. N°. 265. Insignis Hi„storia *Aneurismatis Aortæ*. Homo per infortunium „aliquod violentam pectoris concussionem passus in „*Hæmoptysin* incidit, qua diutius perseverante tandem „mortuus est. Secto cadavere *Aneurisma Aortæ* reper„tum erat adeo ingenti mole, ut totum latus Thoracis „dextrum impleverat.

E T T M U L L E R.

Varix quid. *Art. 37.* Varix est tumor ex laxata venarum tunica, unde sanguis in venis fere stagnat. Malum est frequens mulieribus in ultimis gestationis mensibus, uti & post partum difficilem. Hic affectus quibusdam non parum proficuus est ad conservandam sanitatem, in specie melancholia hypochondriaca [unde fluxus hæmorrhoidalis iis salutaris est].

Curatio. *Art. 38.* Cura a *ligatione* magna ex parte pendet; fotus *ex alum. fruct. acac.* [*flor. ros. rub. cort. querc.* &c.] in aceto coct. convenit. *In ruptura venarum.* In ruptura venarum, & gravi hæmorrhagia optimum euporistum est *stercus* [illegible] forma pulveris adspersum cum linteis ex *astringen*[illegible] expressis & admotis cum *fasciatione*, &c.

S Y D E N H A M.

Hæmorrhoidum dolor. *Art. 39.* Intensissimus inter excernendum dolor excruciatur, & excrementi superficies cruore conspergitur: Nonnunquam tumores verrucis similes in sphincstere delitescunt, vel in margine ani apparent.

Curatio. *Art. 40.* Mittatur sanguis e brachio dextro ad uncias X.

℞ *Sem.*

Digitized by Google

℞ *Sem. Melon.*
—— *Pepon. ana* ℥ß.
—— *Pap. Albi* ℥ij.
Amygd. Dulc. excortic. N°. V.

Contundantur in mortario marmoreo ſenſim affundendo

Aq. Hordei ℔iß.
—— *Roſar.* ℥ij.
Sacchar. Albiſſim. q. ſ.
M. F. S. A. Emulſio.

Cap. uncias tres ſæpiuſcule.

℞ *Flor. Sulphur.*
Pulv. Glycyrrhiz.
—— *Salviæ ana* ℥j.
Balſam. Lucatell. q. ſ.
M. F. Pilulæ, e ſing. ℥vj.

Cap. tres ter in die, ſuperbibendo Emulſionis præſcriptæ cochleare.

℞ *Aq. Spermat. Ranar.* ℥iv.
In aqua diſſolve
Litharg yri ℥j.
Opii ℈j.
M. F. Mixtura.

Cujus tantillo linteum madefactum parti affectæ applicetur, vel ſi tumor intus lateat, cochlearia tria ejusdem, mixturæ modo clyſteris injiciantur.

WISEMAN.

Art. 41. Hæmorrhoides ani ſunt venarum hæmorrhoidalium tumores *varicoſi*, morbus eſt *ſimplex*, quando venæ ſolæ intumeſcant; vel *compoſitus*, cum partes vicinæ afficiantur, vel cum quaſi novum corpus generetur ipſis adhærens, vel appendens; unde (ob ſimilitudinem aliqualem ita dicta) *ficus*, *criſta Galli*, *condylomata*, &c. producuntur. *Hæmorrhoides quid.*

Digitized by Google

Apertæ vel cæcæ.

Art. 42. Hæmorrhoides ſunt vel *apertæ*, i. e. ſanguinem effundentes, vel *cæcæ*, tumentes, ſcilicet, ſine hæmorrhagia, exquiſite tamen dolentes.

Curatio.

Art. 43. Alvus aperta ſedulo ſervetur. Ad inflammationem, quæ ſæpe accidit, valet ſequens fotus:

℞ *Fol. Plantag.*
—— *Polygon.*
Summit. Rub.
—— *Equiſet. ana* M ß.
Flor. Verbaſci M. ij.
Sem. Lini ℥ij.
Flor. Roſ. Rub.
Cortic. Granat.
Baccar. Myrt. ana ℥vj.
Coq. in q. ſ. aq. & Vini Rubr.
M. F. Fotus.

In dolore magno.

In extremitate doloris,

℞ *Ol. Vitel. Ovor.* ℥ij.
Opii gr. vij.
M.

Item *balſ. ſulphur. Rulandi* dolorem ſedat.

In fluxu nimio.

Art. 44. In fluxu nimio ſanguinis, *venæ ſectio*, *cucurbitulæ*, &c. conveniunt revulſionis gratia. Interne *aſtringentia* & *opiata*, quemadmodum in aliis hæmorrhagiis; externe ſuppoſitoria ex *cort. granat. flor. balauſt. thure*, *maſtich.* &c. *cum gum. tragacanth. ichthyocol. alb. ovor.* &c.

E. T T M U L L E R.

Differentia ab alio morbo.

Art. 45. Diſtinguendus eſt ante omnia fluxus hæmorrhoidalis verus, a diarrhœa cruenta ſcorbuticorum, alias vocata dyſenteria ſcorbutica mendoſa (6. 44). Hæmorrhoides veræ attritu excrementorum plerumque aperiuntur, & ſanguis cum excrementis una evacuatur, ſed ſi ſanguis promiſcue excernatur tam ante quam poſt excrementa

Digitized by Google

excrementa sine dolore & torminibus, probabile est, quod sit fluxus scorbuticus. Hæmorrhoides ad venerem omnino impotentes reddunt cum magno fœminarum tædio.

Art. 46. Hæmorrhoides consueto fluore suppressæ, sive in cæcas degenerantes, aperiendæ sunt; de aperiendis iisdem vide locum p. 173. Remedia *aloëtica* fluxum hæmorrhoidum promovent. „Externe convenit *hirudinum* suctio, vel frictio ani cum *foliis ficus „recentibus modice tritis*, quæ forti impressione lac „acre ac fere causticum plorant, cujus acrimonia vasa „tumentia successive aperiuntur; vel si hoc non sufficiat, „intrudantur *suppositoria ex hiera picra cum pulvere co„locynthidos & melle parata*, quæ hæmorrhoides in„signiter stimulant, & cataplasma *ex stercore columbino, „sem. staphidis agriæ & lupinorum* applicari potest.„ In doloribus conducit fotus ex decoct. *verbasc. flor. sambuc. & sem. hyoscyam.* Laudatur *scrophularia*, sed *chelidonium minus* est instar omnium pro usu interno quocunque modo usurpatum. *Camphora* & *sacchar. saturni* pro usu externo in unguentis. Ad hæmorrhoidum exulcerationem linimentum ex *auro fulminante*, & *ol. amygd. dulc.* est singulare experimentum apud *Anglos*.

Apertio.

Dolores.

Varia.

Remedia.

RIVERIUS.

Art. 47. Mercurialis docet *tamarindos* præcipue miram potestatem habere ad compescendum hæmorrhoidum fluxum. In fluxu immodico fotus ex *verbasc. tapso barbato, fol. plantag. flor. ros. rub. balaust.* &c. *in aq. ferrat.* & *vin. astringent. decoct.* convenit; ut & *unguentum comitiss.* curato hæmorrhoidum fluxu, præcavendum est, ne redeat, quod fit *victus* ratione convenienti, *venæ sectione* bis vel sæpius in anno, *purgatione* leni, &c.

Fluxus immodicus.

Digitized by Google

In gravi dolore. *Art. 48.* Oleum *buxi* præ ceteris dolorem lenit, ſi illius gutta una ſupra hæmorrhoides apponatur, vel cum *ol. ſem. lini* miſceatur, item *ſaccharum ſaturni in aq. roſ.* pro fotu dolorem ſedat.

MAYERNE.

Remedia varia externa & interna. *Art. 49.* Chalybs ſeu ferrum eſt ſpecificum in hoc affectu obſtructiones viſcerum tollens, atram bilem domans & plurimum dulcificans, viſcera roborans, &c. Cereviſia parari poteſt cum *battituris*, vel *ferri rubigine*, & *herbis* & *radicibus ſpecificis*, &c. *Aquæ Spadenſes* & *minerales acidulæ*, multum valent. *Vernix*, qua utuntur pictores eſt remedium ſingulare in curandis hæmorrhoidibus, tam apertis, quam latentibus; ſi apertæ fuerint, & nimis tenaciter vernix cuti adhæreat, addatur *ol. roſarum:* hujus uſu ſanatus eſt *Carolus* quintus a muliere, cum nulla ope curari poſſet: vernix autem præparatur ex *ol. lini* ℥xij. *terebinth. ven.* ℥iv. *ſandarac. puriſſim. ſive gum. junip.* ℥iij. liquentur ſimul lento igne, &c. De *ſuppoſitoriis* vide locum,

℞ *Unguent. Popul.* ℥ij.
Cochinel. in Alkool. lævigat. ʒij.
Sacchar. Saturn. ʒj.
Ol. Hyperic. q. ſ.

Miſceantur diuturna agitatione in mortario plumbeo, f. unguentum e bombyce applicandum & continuo geſtandum.

FARRAGO.

Vires ſcrophulariæ. *Art. 50.* Si quis hæmorrhoidum dolore inſano torqueatur, (inquit *Sennertus*) minimum quid *ſcrophulariæ*, vel radicis vel foliorum, cum cibo aut potu capiendo, ſtatim dolore liberatur, ſive ipſam plantæ ſubſtantiam ſiccam vel viridem, ſive decoctum ejus aſſumat. Sedandis hæmorrhoidum doloribus (inquit Chesneau)

Digitized by Google

neau) præſtantiſſimum eſt *unguentum de linaria a Voulphio* inventum, & pluribus medicis *Germaniæ* communicatum; ſimile anodynum, licet variis uſus fuerim, nunquam inveni; ſequenti modo paratur. ℞ *Herb. linar. cum floribus q. v. decoquatur cum adipe porcin. quousque adeps valde vireſcat fiatque unguentum, uſus tempore adjiciatur vitelli ovi tantum, quantum unguenti quantitas requirit.* *Unguentum de linaria.*

Art. 51. Cepæ vel *porrum* ſub cineribus coctum cum *ol. roſ.* & *pauco croco* valde laudatur a *Solenandro* [& pro certo *porrum* cum butyro in ſartagine frixum dolorem quaſi ad miraculum ſedat]. De viribus *chelidon. minoris* in hoc affectu conſulatur *Solenander*, qui de hoc morbo egregie ſcripſit. *Oleum ſuccini* per ſe uſurpatum dolorem atrociſſimum compeſcit. Sequens linimentum eſt admodum proficuum, *Cepæ & porri, etc.*

℞ *Balſam. Sulphur. Terebinth.*
Unguent. Nicotian. ana p. æ.
M. F. Linimentum.

Et ſequens *Boyleanum*,

℞ *Sacchar. Saturn.* ℥ß.
Acet. Opt. ℥iv.
Ol. Sambucin. q. ſ.
M. F. Linimentum.

Rosmarinus ſingulis auroris comeſtus hæmorrhoïdes penitus tollit. Ad dolorem & ardorem compeſcendum, & fluxum immoderatum lente ſiſtendum, inſtar arcani (inquit *Dolæus*) medicis junioribus commendo vile ſed proficuum hoc remedium;

℞ *Alcool. Lapid. ſciſſil. q. v.*
Butyri non ſaliti q. ſ.
M. F. Unguentum.

Aliquando etiam ſequentia in uſum adduci poſſunt; *Tabulæ divinæ, fotus ad hæmorrhoidum dolorem, fotus*

Digitized by Google

ad hæmorrhoidum fluxum immodicum, electuarium ſtyptic. Cataplasma de ovis, enema de verbaſco, unguentum hæmorrhoidale.

ETTMULLER.

Hernia varicoſa.

Art. 52. Hernia varicoſa eſt tumor varicoſus venarum ſpermaticarum; tactu patet, quaſi funiculi tenſi hinc inde oblique diſtributi; & nodi inæqualiter uvæ in modum conglomerati obſervantur, cum teſticuli plus minus relaxatione; dolor aliqualis [aliquando acutus] percipitur. Difficile eſt malum, & quod etiam interdum cancroſi aliquid occultum habet.

Curatio.

Art. 53. „In genere medicamenta quæ conducunt „in aliis tumoribus *varicoſis*, præcipue *hæmorrhoidibus* „*cæcis* in hoc affectu etiam ſunt proficua; *deligationem* „aptam vix admittit; opem fert pſychroluſia vaſa re„laxata contrahendo firmandoque, ut & lotiones & fo„tus aſtringentes frigide uſurpati & præ reliquis,

℞ *Liquor. Corariorum, quo utuntur ſubigendis coriis* ℥j.
Sacchar. Saturn. ʒij.
Alum. ʒ ß.
M. F. Solutio.

„Quæ ſit pro uſu prædicto; conveniunt *venæ ſectio*„*nes*, *abſorbentia*, *antiſcorbutica*, *millepedes*, &c. ſed „ante omnia *oleum lini* frequenter intus ſumptum ex„pertus laudo.

Oedema.

Art. 54. Oedemata ſunt tumores molles, qui digito prementi cedunt, & preſſionis veſtigia diutius retinent, frigidi, indolentes, & albicantes, ſæpius in cruribus evenientes. In leucophlegmatia totum corpus œdematoſum videtur. Aliis morbis plerumque ſupervenire ſolent, imprimis chronicis, interdum etiam affectibus ſoporoſis & convulſivis, gravidis quoque familiares ſunt.

Oede-

Digitized by Google

„Oedema frequentiſſime a pituita ſola originem tra-
„hit, & *perfectum œdema* nominatur; quandoque vero
„cum aliis humoribus mixtum eſt, & *imperfectum* appel-
„latur; hujusmodi ſunt *Oedema Phlegmonodes*, *Eryſi-*
„*pelatodes*, *Scirrhodes*, &c.

Art. 55. Conveniunt interne *ſtomachica & aroma-* *Curatio.*
tica, intermiſtis interdum *ſudoriferis & diureticis:* ex-
terne fotus & cataplasmata *diſcutientia* ex *abſynth. rore-*
marin. cham. ſalv. puleg. rut. flor. ſambuc. melilot. cham.
bacc. junip. in lixivio & vino coct. addi poteſt etiam
ſulphur vivum inter coquendum. *Stercus* quorundam
animalium cum *urina humana* valde proficuum prohi-
betur.

WISEMAN.

Art. 56. Oedema ut plurimum non eſt periculoſum; *Prognoſis.*
quidam corporis craſſioris, & crapuloſi cruribus œde-
matoſis diutius vivunt; ex hydrope aut phthiſi malum
caloris nativi defectum oſtendit; in abſceſſum tendens
periculoſum eſt; ſi indureſcat, in ſcirrhum abire ſolet.
Quoad curam medicamenta interna eadem ſunt ac in *Indicationes*
cachexia & hydrope; externa *diſcutientia*, *faſciatio.* *curativæ.*

„Præ reliquis vero pro uſu interno recordandum eſt
„*tincturam Hieram* eximias vires obtinere.

ETTMULLER.

Art. 57. Scirrhus eſt tumor durus tactui renitens, *Scirrhus,*
indolens, immobilis; ut plurimum ſenſim generatur *qualis eſt tu-*
in partibus mollioribus; præter glandulas occupat alias *mor.*
partes, imprimis carnoſas, ſive internas, nempe viſce-
ra, ſive externas quascunque. NB. Scirrhus eſt vel in-
dolens & *legitimus*, vel dolens & præterea nonnihil li-
veſcens, & nothus, qui ſubinde eſt cancroſus, unde ſi
curetur periculum eſt, ne in cancrum degeneret.

„Scirrhus, qui doloris eſt expers, & cui pili in- *Prognoſis.*
„creſcunt, incurabilis omnino habetur; coloris lividi
valde

Digitized by Google

„valde periculosus, & sæpius in cancrum degenerat; „imperfectus exiguus, aliquo modo dolorificus ali„quando licet rarissime curatur.

Curatio. „Quoad curam instituenda est catharsis cum mercu„rio dulci & helleboro nigro, & aliquoties repetenda; „& in intervallis cum fructu exhiberi possunt *pulveres* „*absorbentes*, *antimon. diaphoret. cinnab. antimon. Elec.* „*nigrum*, *decoctum e lignis*, *milleped. viv. vel præp.*

Art. 58. Usurpanda sunt *resolventia* fortiora cum *discutientibus* moderatis permista, ut tumor successive resolvatur. *Stercus bubulum* aceto incoctum scirrhum mirifice dissipat; item *oleum tartari rectificatum*, *fœtidum* licet, tumores duros potenter emollit, & discutit, ut etiam cataplasma ex *brion.* cum *stercore caprillo.* Scirrhus, si non potest sensim resolvi, non est suppurandus, ne cancrosus evadat; intactus omnino est relinquendus, aut applicatione *nitri* in aceto dissoluti in lapideam duritiem indurandus. „Scirrhus, qui omni „sensu destituitur, est incurabilis.

Scrophula. *Art. 59.* Strumæ seu scrophulæ sunt tumores vel *indolentes* & benigni, vicinis partibus colore similes, mobiles, &c. vel *dolentes*, fixi, colorem subcæruleum vel sublividum repræsentantes; hæ strumæ malignæ dicuntur, vix aut ne vix quidem curabiles. Prioris generis strumæ *discutientibus* tentandæ sunt; *emplastrum de cicuta cum ammoniaco;* in incipientibus convenit fomes cum spongia *aqua calcis* ebria; *empl. de ranis cum mercurio.* Scrophulæ suppuratæ non sunt statim aperiendæ; sed quamdiu fieri potest, abscessus clausus linquendus est, propterea, ut eo major glandulæ strumosæ pars per maturationem in pus abeat, nam tota, si fieri possit, est absumenda. Interne convenit *purgatio* cum *helleboro nigro* & *mercurio dulci*, & *acidum absorbentia*, &c. ossibus adhærentes fere incurabiles sunt.

Curatio.

WISE-

WISEMAN.

Art. 60. Struma seu scrophula est tumor, „durus „inæqualis, rariſſimè dolorificus, reliquo corpori ple„rumque concolor, aliquando leviter rubescens aut li„vescens, „ a peculiari seri sanguinis aciditate ortus, quod ubicunque in glandulas, musculos, membranas, immo ipsa ossa incidit, coagulatur & indurescit. Glandulæ sunt sedes hujus morbi frequentiores, præcipue autem ac primario glandulæ mesenterii, quæ nunquam intactæ sunt, si morbus alicubi in corpore vigeat. Cernitur frequentissime in labiis, maxime superiori, illud incrassat, & fissura obsignat. *Definitio.*

Art. 61. „Prognosis a magnitudine morbi & reli„quis ægroti constitutionis circumstantiis plerumque „desumitur; est morbus admodum difficilis curatu, & „ubi hæreditarius, insanabilis, ut etiam in ætate gran„dioribus, vix post annum quadragesimum curatur. *Prognosis.*

Art. 62. Medicamenta interna sunt *cathartica, alterantia*, & *specifica, millepedes, lac asininum, decoct. sarsæ.* „*Pulv. ad strumas Batean. spongia calcinata, pa„ronychia cum folio rutaceo*, &c. Sudoris provocatio „eodem modo ac mediis, ut in *Lue venerea*, insti„tuta hic plurimum facit, immo vel sola strumas tollit, &c. Externe indicationes sunt *resolutio, suppuratio*, & *extirpatio:* Strumæ molliores aliquando resolvuntur; strumæ phlegmonoides frequenter suppurantur, sed antiquæ, duræ ac crudæ raro ad perfectam suppurationem perveniunt. Si struma sit mobilis & libera, extirpatio per *incisionem* est cura promptissima; sin vero strumæ sint grandiores & profunde jacentes, extirpatio per *caustica* melius efficitur: inter caustica ad hoc institutum optimum est istud, quod conficitur ex *calce viva in lixivio saponis* cocta; Apertione per causticum facta struma escharoticis est absumenda, huic usui inservire potest *pulvis sine pari* dictus ex æquali parte *mercurii sublimat. auripigment. & calcis viv.* mitior est *mercurius* *Curatio.*

Digitized by Google

curius præcipitatus, cum, vel ſine *alumine uſto*, lente tamen operatur.

Spina ventoſa.

Art. 63. Spina ventoſa eſt hujus morbi ſpecies, quæ eſt oſſis protuberantia cutis colore non mutato; raro accidit, niſi in infantibus & junioribus: In oſſibus minoribus, uti cranii, maxillæ, digitorum, &c. eſt curabilis; non vero in majoribus.

Curatio.

Art. 64. Aperiendus eſt locus juxta protuberantiæ longitudinem ac os carioſum, eodem modo tractandum eſt, ac in ulceribus cum oſſibus carioſis poſtea dicetur. (13. 37.)

Conſulendus eſt auctor.

Art. 65. „Præſtantem hunc tractatum Authoris, „chirurgus juvenis iterum atque iterum diligenter evol-

Cautio.

„vat. Chirurgus curioſus conſulat *D. Freind. Hiſt. „Med.* Vol. II. p. 54. &c. de hujus affectus natura & in„dole a libris *Rhaſis & Avicennæ.*

FARRAGO.

De viribus tuſſilaginis.

Art. 66. Notarunt quidam medicamenta ad curandas ſcrophulas in ultima lunæ phaſi majori cum ſucceſſu aſſumi, & in novilunium uſque continuari debere, Decoctum *folior. tuſſilaginis* interne ſumptum per longum tempus ultra omnia, quæ hactenus nota ſunt, hunc morbum tollit, ut experimento fidelis *D. Franciſci Fuller* mihi quondam amiciſſimi conſtat;

Paronychia &c.

videatur locus medicin. gymnaſtic. p. 93. Pro ſpecifico etiam habetur *paronychia folio rutaceo in* cereviſia infuſa. Infuſum *roriſmarini* inſtar theæ, item *rad. ſcrophularia* ab *Ettmullero* ſumme laudantur. „*Lac„mium* in lacte coctum ipſum coagulat; ſerum intus „ſumptum & coagulum ulceribus applicatum ſine alio „quocunque remedio morbum ſanant, ut a quodam „ruſtico accepi, qui & ipſe & aliquis ejuſdem vici„nus, ambo deploratiſſime ſtrumoſi, curati ſunt. Extat hiſtoria ſtrumarum deletarum applicatione manus hominis mortui in *Act. Philoſ.* Interdum datur *antimo-*

nium

Digitized by Google

nium crudum in robuſtis corporibus, in aliis *ceruſſa antimonii.* Item *cereviſia ad cancrum*, *cereviſia ad ſcrophulas*, *expreſſio millepedum*, *pil. balſamicæ.* Externe *empl. ad ſtrumas*, 1 & 2 *unguentum digitale.* Sequens emplaſtrum ſtrumas reſolvit, vel ad ſuppurationem deducit, & nunquam fallit, *ait Zacutus cum juramento lib. 1. prax. admirand. obſerv.* 101. ℞ *Rad. brion. magn. in taleolas ten. ſect.* ℔ ß. *frige in ſartagine quousque contabeſcat, cola & add. terebinth. abietis* ℔ß. *cer.* ℥v. *funguentum* ſ. a.

Sub ſtrumarum nomine veniunt, aut venire poſſunt, articulorum *tumores albi dicti*, & re vera plerumque ſunt peſſimi commatis, de his empirici & tyrones nonnunquam graviter hallucinantur, illos cum *artuum luxationibus* confundentes, unde mille mala; quocirca cautela opus eſt. *Tumores albi.*

Hi tumores diſcuti nequeunt aut ſaltem rariſſime & quam difficillime; ſi autem in abſceſſus vergant, pandoræ pyxides ſæpius includunt, oſſium caries, ligamentorum putredines, ulcera fiſtuloſa, & curatio denique non raro ſaltem imperfecta erit, articulis ſcilicet inflexibilibus relictis, & quod adhuc pejus, tandem aliquando *tabes univerſalis* induci ſolet. *Prognoſis.*

Curatio interna eadem eſt ac in aliis ſtrumoſis affectibus. *Suffuſio frigidæ* hic multum prodeſt, ſpeciatim a fide dignis mihi nunciatum fuit, plures curatos fuiſſe artum aliquamdiu detinendo *ſub flumine molari decidentis aquæ*, idem experimentum aliquoties repetendo. Atque hic atteſtantem habemus *Cheyneum* hoc remedii genus in iſto affectu eſſe *infallibile* vid. *Tractat. de Arthritide*, p. 87. Apta deligatio parti affectæ tempeſtive inducta fluxionem plerumque prohibet. Cunctatio periculoſa eſt: abſceſſus enim hujuſmodi ſummam chirurgi peritiam poſtulant, ut ſupra dictum eſt. *Curatio.*

Digitized by Google

ETTMULLER.

Cancer tumor singularis.

Art. 67. Cancer est tumor plane singularis, ac omnino sui generis. Punctio ab ægro primo percipitur; a pisi magnitudine successive, modo citius modo tardius incrementum capit, & progressu temporis evadit tuberculum durum, nigricans, lividum: quando exulceratus sit, ardor est acerbissimus instar aquæ fortis corrodens & depascens cum insigni putrilagine & fœtore; venæ tumorem ambiunt hinc inde turgidæ & nigricantes, tanquam *pedes cancrini* [unde nomen sortitur.] „Postquam enim cutis dis„rupta fuerit, certo certius hominem miserrime in„terimit, carnem ubique avidissime depascendo, fun„gos tanquam brassicas floridas ubertim protrudendo, „per acrimoniam humoris causticam vasa nervosa & „sanguifera destruendo & erodendo unde icoris co„piosa effusio cum vitæ vere dispendio; hæmorhagiæ „frequentes & profusæ plerumque agmen claudunt, „& mortem optatam accelerant.„ Strumas & scirrhos male tractatos frequentius subsequitur; in mammis vero per se inchoat, in genitalibus utriusque sexus interdum adoritur. In partibus faciei externis, ore, naso, labiis &c. appellatur *noli me tangere*, item *lupus*; re vera sunt *cancrorum* species.

Noli me tangere & lupus.

Cura palliativa.

Art. 68. Opera danda est progressum impedire, ne exulceretur cancer. Cataplasma ex *cicuta* potenter mitigat cancrum [sed cavendum est, ne cutem excoriet] *fonticuli* sunt inurendi. Interne conveniunt purgantia ex *helleboro & mercurio dulci*, decoctum *lignorum*, *millepedes*, &c. Cancer ulceratus vix aut ne vix quidem curatur. *oleum stercoris humani* in ulceribus cancrosis est summum remedium; si enim oleo hoc illiniatur, ulterior progressus præcavetur. Multum quoque faciunt medicamenta *saturnina*, acidum acre corrosivum mire absorbentia & edulcorantia; sed cura radicalis in *arsenico* consistit [si verbis fides habenda sit.]

Digitized by Google

HILDANUS.

Art. 69. Galenus cancri curandi rationem duplicem ſtatuit, quarum prima perficitur medicamentis humores atrabilares expurgantibus; altera conſiſtit in extirpatione tumoris. Quantum attinet ad primam, niſi ſtatim ab initio adminiſtrata fuerit, parum aut nihil ad ſanitatem poſſe, certum eſt; quandoquidem jam materia ita compacta atque indurata eſt, ut medicamentis purgantibus non cedat. Altera via a *Galeno* præſcripta eſt extirpatio tumoris; hanc autem nonnulli *ferro candente*, alii medicamentis *erodentibus*, reliqui vero *cultro inciſorio* perficiunt. Quantum ad *cauterium actuale*, illud cum *Albucaſi* in ſcirrhoſis & cancroſis humoribus atque ulceribus ſuſpectum habeo, quandoquidem vi ignis, qui in ſummo gradu caloris & ſiccitatis agit, magis indureſcit materia atrabilaris fitque malignior. Porro extirpatio quæ fit medicamentis *eſcharoticis*, aut *ſepticis*, ſive quovis ſimili medicamento erodente, mihi quoque propter nobilitatem partis affectæ, ſuſpecta eſt. Adde experientiam docuiſſe cancroſa ulcera hujuſmodi medicamentis exacerbari, atque pejora fieri. Supereſt extirpatio, quæ manu & inſtrumentis incidentibus fit, quæ præ aliis eligenda eſt, & tamen ſua habet incommoda & difficultates.

Curatio per medicamenta.

Cauterium.

Eſcharotica.

Inſtrumenta.

FARRAGO.

Art. 70. Quibus occulti cancri fiunt (inquit *Hippocrates in Aphoriſ.*) eos non curare melius; curati enim cito pereunt; non curati vero longius tempus perdurant. i. e. (ſi mentem ſenis recte aſſequor) remedia plus nocent, quam proſunt, & officioſa medicatio mortem accelerat.

Cancri occulti non medicandi.

Art. 71. Certe, ſi quid aliud, epithema *Wiſcmanni* cancro occulto cum fructu aliquo applicari poteſt, quod fit ex ſolutione *ſacchari ſaturni in aq. ſpermat. ranarum*, cui, urgente dolore graviori, addi poſſunt *trochiſci*

Epithema.

Digitized by Google

ſci alb. rhaſ. cum opio. Emplaſtrum ſi velis, ſit *de mi-*
„ *nio ſimpl. Pharm. Lond. edit. ult. in linteo extenſum,*
„ quod mitiſſimum eſt ac innocuum.

Qualis cancer extirpandus. *Art.* 72. Cancer parvus, incipiens, liber, loco apto ſitus, vaſis magnis non adcretus, cauſa externa ortus, in juvenili ſanoque corpore, ſolus in toto corpore cum bona ſpe curationis extirpari poteſt.

Qualis non attingendus. *Art.* 73. Quibus ſunt cancri in cavitate corporis, aut palato, ſede, vel utero, ſi ſecentur, vel urantur, ulcera cicatrice induci non poſſunt.

Remedium empiricum. *Art.* 74. Inter remedia *Empirica* valde prædicatur ſequens pulvis, ℞ *Verrucar. calcibus poſterioribus equi maſculi adhærent.* ℥ij. abluantur aqua communi, deinde in vino albo per noctem infundantur, & poſtea exſiccentur & in pulverem reducantur, doſ. ℈ß. bis in die in vehiculo qualicunque indoneo. *Sapo venetus ad* ℥j. bis in die exhibita, vel forma pilulari, vel in vehiculo appropriato diſſoluta, cancrum operatione quadam occulta vel ſpecifica ſanare dicitur. *Vid. Turneri Art. Chirurg.* p. 83. Vol. I.

Opportunum eſt monitum *D. Winter* in hoc caſu. Cancro laborantes (inquit) incipiant, ubi plus ſæpe finire ſolent, ad *diætam lacteam & aquas Briſtolienſes*, tanquam ad ſacram anchoram, confugiendo, & medicamentorum farraginem, præcipue *mercurialium & topicorum* vitando.

Remedia varia. *Art.* 75. Interne etiam exhibentur *antimonialia, mercurialia, viperina*, decoct. *e lign. millepedes*, & *cereviſia ad cancrum, cereviſia ad ſcrophul.*

SENNERTUS, & alii.

Tumor flatulentus unde. *Art.* 76. Tumores flatulenti (quos Græci *emphyſemata* vocant) a flatibus ſeu ſpiritu flatuoſo oriuntur; materiam flatibus producendis præbet humor craſſus, pituitoſus vel melancholicus. Cognoſcuntur hi tumores, quod pars in molem nunc majorem nunc minorem

Digitized by Google

rem attollitur, sine coloris mutatione; ex distentione autem interdum dolor aliqualis excitatur, nulla tamen gravitas sentitur, digito pressi foveam nullam relinquunt, & ut plurimum periculo vacant; accidunt frequenter in palpebris, genubus, scroto, &c.

Art. 77. Conveniunt interne flatus *discutientia.* Non temere aperiendi sunt hi tumores, præcipue in articulis existentes, in aliis locis punctura facillime curantur. Applicationes externæ debent esse *discutientia.* Cavendum est, ut accurate distinguantur ab *aneurismatibus.* (33.) *Curatio.*

„Emplastrum si velis, sit *de cymino cum exigua „calce viva.* Plura emphysemata novi (*inquit Turner*) „discussa applicatione calcis vivæ latæ more cataplas„matis, ut etiam linteis aqua calcis forti imbutis.

Tumores in suis propriis folliculis inclusi non sunt adeo difficiles tractatu ac strumæ: hujusmodi sunt ganglium, lupia, meliceris, atheroma, steatoma, bronchocele, &c. Observatum fuit, quod hi tumores capsulares subinde *Lunæ phases* imitantur. *Tumores Capsulares.*

Art. 78. Ganglium est tumor in tendine corpori concolor, doloris periculique expers. Curatur frequenter sola *frictione* sicca diuturna, aliquando frictione cum *saliva* absque aliorum medicamentorum usu; quidam applicant *laminam plumbeam argento vivo inunctam*; „vel sequens emplastrum tertio vel quarto quo„que die renovandum, *Ganglium.*

℞ *Empl. de Ranis cum Mercur.* ℥ß.
—— *de Cicuta cum Ammoniac.* ℥ij.
Argenti Vivi gr. xvj.
Minii ℥j.
Styrac. liquid. q. s.
M. F. Emplastrum.

„His remediis non cedens *sectione* tollendum est. Vel ℞ *Mercur. dulc.* ℥ij. *Galban. colat.* ℥j. *misce pro Emplast.*

Digitized by Google

Lupia. *Art. 79.* Lupia eſt tumor mollis & rotundus in juncturis & locis ſiccis ortus; a *Ganglio* parum, ſitu ſaltem, & mollitie diſcrepans; materia frequenter in folliculo continetur; eandem fere cum Ganglio recipit curationem.

Art. 80. Meliceris, Atheroma, & Steatoma ſunt tumores, qui materiam habent peculiarem in propria tunica aut folliculo clauſam: Si enim materia intus contenta ſit melli ſimilis, *meliceris*; ſi pulti frumentaceæ, quæ ἀθήρα dicitur, *Atheroma*, ſi ſebo, *Steatoma* appellatur. Omnes hi tumores ſunt corpori reliquo concolores, a parvulo incipiunt & diu ac paulatim excreſcunt. Non ſunt periculoſi, diu tamen durant, & circumferuntur; interdum vero ſponte in abſceſſum definunt, quod ſi non fiat, non tam difficulter ut *ſcrophulæ* ac *ſcirrhi* curantur.

Meliceris. Atheroma. Steatoma.

Curatio. *Art. 81.* Curatio eorum omnium eadem fere eſt, eandemque requirunt diætam ac pharmaciam cum *ædematoſis*; ſi ſponte non aperiantur, *ſectio* inſtituenda eſt; ita ut cyſtis cum ſuis contentis penitus tollatur; ſi enim aliquid de tunica illa relinquatur, tumor regenerabitur. „ Vel ulcus fiſtuloſum fœdiſſimum „difficilis & tardæ curationis relinquetur, ideoque „quod *cultro* nequit auferri *cauteriis* abſumendum eſt, „ne iterum repullulent.

Talpa ſeu Teſtudo. *Art. 82.* Talpa ſeu Teſtudo eſt tumor mollis & latus, ex impuris humoribus inter cranium & cutem putreſcentibus collectus, *talpæ* aut *teſtudinis* formam referens.

Prognoſis. *Art. 83.* Hujuſmodi apoſtemata, ut & alii capitis erodentes affectus, propter cerebri viciniam, & futurarum cranii proclivem in cariem lapſum periculo non vacant, quæ corruptionem cranii jam induxerunt, mala ſunt.

Curatio. *Art. 84.* Quoad curam, præmiſſis univerſalibus, tumor *reſolventibus* & *diſcutientibus* tentandus eſt, ſi diſcutien-

Digitized by Google

cutientibus tolli non possit (quod raro fit) *suppurantia* adhibenda sunt, & quidem neque semper perfecta suppuratio expectanda est, sed si aliqua saltem suppurationis signa adsint, tumor mature aperiendus est, ne os *caricæ* contrahat.

Natta.

Art. 85. Tumor, quem Natam, Nattam, & Naptam appellant, est magnus & mollis sine dolore & colore, in dorso præcipue excrescens, quandoque tamen in humero & aliis partibus erumpens, a tenui quidem radice pendens, ita tamen incrementum sumens, ut aliquot libras pendat, & melonis vel cucurbitæ quantitatem æquet, qui cum non semper easdem figuras habeat, ideo etiam diversis nominibus ab authoribus appellatur. Materia quidem in eo interdum videtur carnosa, sed non vere caro est, verum adipi similis. Non curatur nisi *exsectione*. „ In Transactionibus Philoso„phicis No. extat historia *ingentis Nattæ* maxillæ „ inferioris adnascentis, viginti pondo pendentis, cujus „basis fuit quinque digitos lata: absciſſa erat & homo „ perfecte sanatus.

Excrescentiæ præternaturales.

Art. 86. Excrescentiæ præternaturales proprie non sunt tumores, sed potius novæ moles parti adnascentes; hujusmodi autem plerumque sunt Meliceris, Atheroma, & Steatoma, de quibus ante; in his fiat *sectio cutis per crucem*, & ipse folliculus juxta radicem (quæ semper angusta est) abscindatur.

Herniæ quot.

Art. 87. „ Herniæ veræ sunt tantum duæ, nempe „ intestinorum vel omenti extra abdomen elapsus: No„men vero late sumptum plures alios tumores com„prehendit, ut in sequentibus patebit.

ETTMULLER.

Herniæ in genere definitio.

Art. 88. Hernia itaque proprie dicta in genere est prolapsus intestinorum tenuium aut omenti ex limitibus suis a vulnere aut laxatione peritonæi. Aliquando est hæreditarius, ita ut hernioſi parentes hernioſos ge-

Digitized by Google

nerent filios, ſed rarius [novi talem progeniem.] Hernia in adultis ut plurimum eſt incurabilis. Ex Hernia frequenter morbus *Iliacus* producitur; interdum inteſtina inflammantur, & gangræna corripiuntur. Herniæ ordinario & frequenter fiunt in inguine, ſcroto aut umbilico; aliquando vero in aliis locis, nunc ſupra nunc infra umbilicum, nunc in lateribus longe ſupra inguina, nunc in ſuperiori femoris parte muſculoſa, nunc juxta ſpinam dorſi, &c. ex obſervatione *Barbatæ*.

Quibus in locis accidit.

„Valde curioſa eſt obſervatio *M. Mery de Hernia „veſicæ ſcilicet urinariæ in ſcrotum prolapſæ*, aut ſaltem „ibidem inunere ſuo fungentis: exiſtimat enim hoc vi„tium malæ conformationi ortum ſuum ſemper debere. „*Memoir. de l' Acad. Vol.* XVII. *p. 146.* &c.

Curatio. *Art. 89.* Inteſtina fæcibus cum *enemate* carminante & emolliente prius exonerata, in loca ſua cum cautela ſunt reponenda, mediante *fotu* ex emollientibus & carminativis cum *ſpiritu vini*, &c. & ita repoſita in ſitu naturali omni arte & debitis ſubligaculis retinenda ſunt, ne denuo excidant, adeo ut peritonæum ruptum aut laxatum conſolidetur. Interne conveniunt *vulneraria*, ſpeciatim commendatur *perfoliata*, item *ſymphytum majus*, continuus in dorſo decubitus eſt Herniarum *panacea*, etiam in ſenibus.

„Quicunque *Hernia* debilitatur ſummopere debet „cavere (ut prudenter admonet *D. Harris in Diſſert. „Med. & Chirurg.*) a ventriculo cibis incongruis im„plendo, ſpiritibusque furibundus nimis perturbando, & „a colicis doloribus ſpasmisque excitandis, atque a tuſſi „importuna contrahenda, quoniam iſtæ corporis con„cuſſiones ac tumultus ſolent hernias horride ampli„ficare.

Herniæ reductionem reſpuentes. „Herniæ inteſtinales reductionem reſpuentes peri„culum ſubitaneum minantur. Symptomata quaſi *Paraſionis Illiacæ* ſuperveniunt, dolores graviſſimi, vomi„tus enormes, ſingultus, & demum pulſus languidus, „& ſu-

„& ſudores frigidi, diagnoſis indubitata inſtantis gan-
„grænæ, & mortis appropinquantis. Audentes inter-
„dum *ſectionem* moliuntur cum ſucceſſu tamen valde
„ancipiti; nam res eſt perquam difficilis & periculi plena,
„nec temere tentanda: & hac præcipue de cauſa, quo-
„niam, fere ſemper, non niſi ſero nimis operatio ſu-
„ſcipitur.

Art. 90. Pneumatocele ſeu Hernia ventoſa, eſt tu- *Pneumato-cele.*
mor membranarum teſtium a flatibus ortus, eſtque ſaltem inflatio teſtium, nunc unius, nunc utriusque, nunc ſcroti quoque adeſt dolor tenſivus ſine gravitate.

„Infantes ex eorum temperiei humiditate & fibra- *Herniæ tem-*
„rum laxitate huic affectui ſunt valde obnoxii, & a fla- *porariæ.*
„tibus intra eorum inteſtina occluſis ſæpenumero ado-
„ritur *extemporanea quædam Hernia inguinalis*, &
„quandoque etiam *teſticulorum*, quæ ſtatim facta fla-
„tuum exploſione ſubſidit.

Art. 91. Hæc Hernia flatulenta eſt omnium leviſſi- *Curatio.*
ma, & curatu facillima; conveniunt interne flatus *diſcutientia* & remedia ad *colicam flatulentam*; externe *fotus diſcutientes*, *cataplasma ex farina fabarum, ſem. cymin. fimo vaccin. ſulph. viv.* &c.

Art. 92. Hydrocele ſive Hernia aquoſa eſt tumor *Hydrocele.*
aquoſus teſtium a lymphæ receſſu teſtibus impedito; eſt hydrops teſtium particularis, & a tumore ſcroti, qui in aſcite accidit, diſtinguitur; ſimilis eſt Herniæ carnoſæ, ſed in aquoſa induci poteſt fovea, quod non fit in carnoſa; præterea pelluciditate ſe prodit.

Art. 93. Tentanda eſt cura interne cum *hydragogis* *Curatio.*
& diureticis, externe *diſcutientibus*; hic quoque valet cataplasma, in ſectione de Hernia ventoſa, deſcriptum (91.) cum additione *balſam. ſulphuris.* De operatione chirurgica vide locum. p. 991.

Art. 94. Sarcocele ſeu Hernia carnoſa eſt tumor a *Sarcocele.*
carne ſuperflua adnaſcente; ex contuſione vel ictu plerumque oritur, & ex inſenſibili principio ſenſim auge-

Digitized by Google

tur, ſecus ac in aliis teſtium tumoribus; eſt fere indolens, ſed ægri pondus percipiunt, progreſſu temporis cancer metuendus eſt.

Eſt re vera *ſarcoma* vel potius *tumor ſcirrhoſus*; & „metus eſt, ne temporis progreſſu in *cancrum* abeat: „ideoque *caſtratio tempeſtiva* imperanda eſt, de qua conſulantur ſcriptores chirurgici. Caro ſuperflua quandoque *tunicarum ſcroti communium ſecundæ* adnaſcitur, & non *teſticulis*, quo in caſu ſine horum læſione tolli poteſt.

Prognoſis. „Sarcocele (inquit *Barbette*,) medicamentorum ope vix tollitur; chirurgiæ vero raro ſine ablatione teſticuli; ad inguina ubi ſe extenderit, fere incurabilis habetur. Interne conveniunt medicamenta ad *ſtrumas*. „Speciatim a ſcriptoribus fere omnibus commendatur *radix anonidis* intus ſumpta per longum tempus.

Curatio. „Externe *reſolventia* & *diſcutientia*, *emplaſtrum de cicuta cum ammoniaco*, *de ranis cum mercurio*, ſed extra hoc vis teſtis periclitabitur. His nihil proficientibus ad auxilium chirurgicum deveniendum eſt. Fiat itaque foramen cauterio potentiali adhibito *in ſuperiori tumoris parte*, & ſuppurantia medicamenta applicentur, ut hoc modo, ſi poſſibile ſit, caro ea tolli poſſit; quavis tamen viſitatione omne pus non eſt emittendum, ut tanto melius carnis reliquiæ conſumi poſſint. Supereſt *caſtratio*, ut ante dictum ſit.

Curatio. *Art. 95.* Interne conveniunt medicamenta ad *ſtrumas*; externe *reſolventia & diſcutientia*, *emplaſtrum de cicuta cum ammoniaco*, *de ranis cum mercurio*, ſed extra hoc vis teſtis periclitabitur.

Hernia varicoſa. *Art. 96.* „De Hernia varicoſa, vide ſect. de Variis (c. XII. Art. 52.)

Bronchocele qualis eſt tumor. *Art. 97.* „Bronchocele, ſive Hernia gutturalis, improprie dicta, eſt tumor prominens in gutture, amplo „ſpatio protuberans, corpori concolor, utcunque mollis & mobilis, & doloris expers; modo caro hebes includitur.

Digitized by Google

„cluditur, modo humor aliquis melli aquæve similis, „interdum etiam minutis ossibus pili immixti; ut plu- *Prognosis.* „rimum periculo vacat; quandoque vero materia putre- „scens malignam induit naturam, unde in cancrum de- „generans mortem inferre solet. *Alpinorum* montium „incolis est morbus *endemius*.

„De hoc tumore consulatur *Turner Art. Chirurg.* „p. 178. &c. Vol. I. Item in Appendice p. 21. &c. Etiamsi „sit tumor in cysta inclusus, tamen extirpatu difficilli- „mi eventus ex structura loci.„ Qui hanc operatio- nem aggreditur, *Lupum auribus tenet.*

Art. 98. „Præmissis universalibus, humor peccans *Curatio.* „discutiendus & absumendus est. Inter *topica* laudat „*Ætius bdellium & caprinum stercus* in aceto liquatum. „Si medicamentis non cedat, ex *Rogerii* consilio ad- „movendi sunt duo *setonei*, ut sensim humor defluat, „& superfluum postea erodentibus paulatim est absu- „mendum. Denique si venis, arteriis & nervis im- „plicata non fuerit, *incisione* potest extrahi cum cysti; „hanc operationem *Galli* feliciter moliuntur.

ET TMULLER.

Art. 99. Ani procidentia fit, quando sub fæcum excretione intestinum rectum ita prominet & protru- ditur, ut non possit rursum sponte retrahi intra corpus, aut licet retrahatur, mox incipiat denuo prolabi. Est interdum malum chronicum (præcipue quando a pa- ralysi ortum ducit) & difficulter curatur. Ani proci- dentiæ causæ sunt alvi adstrictio, diarrhœa, dysente- ria, vel præcipue tenesmus; difficillima est curatu, quando hæmorrhoides comitem habet. *Ani procidentia.* *Causa.*

Art. 100. Si adsit inflammatio, prius arcenda est cum fotibus *emollientibus & discutientibus*, & remotis im- pedimentis reponendus anus in situ naturali: alias ab- sente inflammatione aut tumore foveatur *astringentibus*, quæ etiam sub forma *suffitus* usurpari possunt. „Pa- *Curatio.*

Digitized by Google

„*ræus* ſpongiam *aſtringentibus* imbutam ano applicat. „Stans alvum exoneret æger, ſic enim non tam facile „excidit. Inter *Aſtringentia* mihi nondum innoteſcit „remedium efficacius quam *fotus pro hernia varicoſa*.

„Tenesmus frequenter affligit, in tali caſu reme„dia ad tenesmum adhibenda ſunt.

Reductio. „Inteſtinum rectum foras prolapſum a frigore ex„terno periclitatur, ne gangræneſcat, quapropter ci„tiſſime reducendum eſt. Reductio quandoque perfici „poteſt *artificio ſequente*, aliis mediis incaſſum tentatis, „ſcilicet nates patientis extenſa manu quinquies, ſexies „aut pluries verberando, quo muſculi ani levatores in„teſtinum in priorem ſedem attollent.

ETTMULLER.

Verruca & clavi. *Art. 101.* „Quales tumores vel potius excreſcentiæ „ſunt verrucæ & clavi nemo non novit. Verrucæ ſunt vel planæ ſeu ſeſſiles, vel penſiles, Acrochordones appellatæ.

Curatio Verrucarum. *Art. 102.* Si verrucæ in ſola cute ſint radicatæ facile curantur vel tolluntur, ſin vero a ſubjectis tendinibus originem ducant, vix radicitus extirpari poſſunt citra ingens periculum; idem etiam de clavis pedum verum eſt. Succus *chelidon. maj.* vel *eſulæ* vel *dentis leonis vel tithymali*, &c. ſæpius illitus verrucas abſumit. *Aqua*, in qua ſolutum eſt *ſal armoniacum* eſt experimentum *Borelli*: „Atque hoc eſt medicamentum unicum certiſſi„mum, quod ſe cognoſcere in tota medicina faſſus eſt „*D. Mapletoft*, haud pridem *Profeſſor Greshamenſis*: „hoc equidem remedium eſt ut plurimum maxime efficax, ſed non certiſſimum & infallibile, neque tamen „ars noſtra, omnium nobiliſſima, eſt adeo incerta, „ſicut vir doctiſſimus ſuggeſſerit.

Curatio clavorum. *Art. 103.* Clavos pedum quod attinet *emolliendi* ſunt cum *emplaſtro Mynſicht. e galbano crocat. cum ſale ammoniaco*, & poſtea *evellendi* ſunt; eidem uſui inſervire poteſt

Digitized by Google

potest *emplast. de ranis cum mercurio.* Item recipiatur *caro bubula* recens, cujus frustulum instar emplastri iis alligetur, & sæpius removeatur; sic enim cito dilabi dicuntur. „Clavus (inquit *Celsus*) nonnunquam quidem „etiam alibi, sed in pedibus tamen maxime nascitur, „præcipue autem ex contuso, quamvis interdum aliter, „doloremque movet. Clavi a *Plinio Morticini* appellantur.

Art. 104. De cornibus non lubet disserere, quoniam pauciora sunt visibilia. *Cornua.*

CAPUT XIII.

SIVE FASCICULUS MORBORUM DECIMUS TERTIUS.

CONTUSIO, &c.

Ex observatione & inter legendum.

Art. 1. Corpora nostra vel a casu ab alto, vel ictu violento, vel compressione ponderis incumbentis, &c. sæpissime læduntur; partes carnosæ contunduntur, & ipsa ossa luxantur & quandoque franguntur. Ex prædictis causis accidit plerumque *ecchymosis* cum vel sine tumore, quæ re vera est accumulatio vulnusculorum cum attritu solidorum & vasculorum, unde liquida stagnant, coëunt, & interdum putrescunt, cohærentibus quandoque integumentis externis, vel iis etiam interdum hinc inde læsis. *Contusio.* *Ecchymosis.*

ETTMULLER.

Art. 2. In ecchymosi curanda imprimis opera danda est, ut sanguis extravasatus, congrumatus, & acore inqui- *Curatio.*

Digitized by Google

inquinatus, ſucceſſive reſolvatur, inſenſibiliter abſumatur, & per meatus ſeu porulos corporis eliminetur. Conveniunt remedia interna *acidum abſorbentia*, ſanguinem congrumatum *reſolventia*, ſimul & blande *diaphoretica*, eminet *ſperma ceti* cum *lapillis cancrorum*, *ſuccin. præparat. coral. rub.* &c. *Antimonium diaphoreticum*, & *ſalia volatilia* ſunt egregia. Externe imprimis *reſolventia*, & ſanguinem grumatum inſenſibiliter diſſipantia ſunt uſurpanda, huc facit *ſpiritus vini* nunc ſimplex, nunc *camphoratus*, *nunc crocatus*, cum linteis applicatus, efficacius erit ſi addatur *theriaca*, & etiam *balſam. peruv.* maxime in contuſionibus partium nervoſarum. In contuſionibus levioribus applicatio *carnis bubulæ* in tenues lamellas ſectæ optime conducit. Quod ſi his & ſimilibus remediis ecchymoſis nequeat diſſipari, opera danda eſt, ut ſanguis extravaſatus in pus convertatur; ſi vero metus ſit gangrænæ, mox pars contuſa profunde ſcarificetur, & ſanguis congrumatus, quantum fieri poteſt, eximatur, & tanquam gangræna tractetur, de qua alibi (51.) „In omni contuſione graviori convenit „*venæ ſectio*.

Caveatur a Gangræna.

FARRAGO.

Remedium ſingulare.

Art. 3. Quidam adoleſcens ex alto ceciderat, & omnia membra admodum contuſa fuerunt, ut brevi moriturus videretur. Pater ipſius accepit *favos cum melle* & coxit in vino ad conſiſtentiam unguenti, quod extendit ſuper *corium vervecis recenter mactati*, eoque ægrum involvit, reiterata per triduum operatione, æger omnino curatus eſt, ex *Riverio*.

Vires dulcamaræ.

Art. 4.

℞ *Fol. Solani ligno ſ. ſive Dulcamar.* M. iv.
Sem. lini ſubtiliter pulveriſat. ℥iv.

Coq. in vin. moſchatellin. cretic. aut larido porcin. ad *conſiſtentiam* cataplasmatis, quod loco contuſo ap-

pli-

Digitized by Google

pide admoveatur: unius noctis ſpatio tumorem capitis humani magnitudine reſolvit & contuſiones deploratas muſculorum ſanavit (inquit *D. Hulſe apud Raium*) vires quoque ejusdem plantæ pro uſu interno ſunt egregiæ; eſt enim baſis *infuſi traumatici* apud *Fullerum*; addit author, ſingulare eſſe experimentum ad caſum ab alto & contuſionem: cruorem quippe extravaſatum & grumeſcentem mirifice diſſolvit, &c.

Art. 5. In ſimplici contuſione ſufficiunt embrocationes cum *ol. roſar. myrtil. & aceto*, & applicatio cataplasmatis ſequentis vel hujusmodi. *In ſimplici contuſione.*

℞ *Far. Hord.*
—— *Fabar. ana* ℥iij.
Pulv. Nuc. Cupreſſ.
—— *Balauſt.*
—— *Alum. Rup. ana* ʒß.
—— *Roſ. Rubr.* ʒiij.
Ol. Roſ. ℥iß.
Alb. Ov. N°. ij.
Acet. q. ſ.
M. F. Cataplasma.

Ex *Wiſeman.*

Art. 6. Præter remedia modo recenſita interdum in uſum venire poſſunt ſequentia; *Bolus ad caſum*, *pulvis ad caſum*, *oleum ſem. lini* intus ſumptum, *emplaſtrum ſmecticum*, &c. *Remedia varia.*

ETTMULLER.

Art. 7. Gravior contuſio capitis interdum cranium findit, vel in loco contuſo, vel loco oppoſito, (& vocatur *contrafiſſura*), nunc penetrat utramque laminam, nunc externam illæſa interna, nunc è contra. Signa fiſſuræ ſunt multiplicia, ut vomitus bilioſi, vertigo, ſanguinis per os, nares, &c. effluxus, ſubitanea obmuteſcentia, & brevi ſuperveniens delirium, convulſio, para- *Contuſio capitis.* *Signa fiſſuræ cranii.*

Digitized by Google

paralyſis; ſymptomata hæc ſuperveniunt nunc mox in principio, ubi gravior fuerit læſio, nunc 4. vel 7. die, ubi levior. Si æger firmiter teneat funiculum inter maxillas & chirurgus fortiter trahat, ſi habeat fiſſuram, in loco fiſſo dolorem percipiet. Neceſſe eſt ut plurimum, ut perforetur cranium, ut ſanguini & ſaniei pateat exitus. Obſervandum eſt, quod vulnera ſimplicia capitis interdum poſt quartum vel ſeptimum diem contrahant dolores, hinc rigorem & febrem; hæc ſi ſuperveniant, & alia adſint ſymptomata, ſuſpicio eſt fiſſi vel fracti cranii, ſin vero non adſint alia ſymptomata, non ſtatim ad *trepanationem* accedendum eſt; febris enim ex aliis cauſis oriri poteſt. „In contuſio„nibus cranii & læſionibus meningium 7. vel 11. die „gravis ſupervenit *ophthalmia*, & eſt ſignum mortis „imminentis. *Baglivi.*

BOERHAAVE.

Capitis contuſionis effectus.

Art. 8. In capitis contuſionibus, & inde ex collecta materia interdum creantur varii tumores, eryſipelas, oedema, dolores, convulſiones, oſſis & perioſtei putredines, febres mors. —— Cranium in junioribus intropreſſum, vel in adultioribus poſt fracturam intropulſum, cerebrum premit; pro varietate loci preſſi, pro varia magnitudine, profunditate, acutie, punctura prementis, producit hebetudines, ſopores, vertigines, tinnitus, caligines, deliria, vomitum bilis, dolores capitis, convulſiones, paralyſes, lotii fæcumque ſpontaneum exitum, apoplexias, febres, mortem. Concuſſus validus capitis interdum eadem facit rumpendo, comprimendo, &c. „In his affectibus religioſe conſulatur „laudatus author *in cap. de capitis vulneribus*, qui (ſi quid „ego judicando valeo) omnium ſcriptorum eſt facile „princeps. In contuſionibus gravioribus ſemper recor„dandus eſt *aphoriſm. Hippocratis*, nempe omne quod „contuſum, neceſſe eſt, ut putreſcat, & in pus vertatur.

Concuſſio vehemens.

ET TMUL-

Digitized by Google

ETTMULLER.

Art. 9. Luxari dicuntur ossa, quando eorum capita ex situ naturali removentur; hæc autem luxatio fit a vi externa ut plurimum, quandoque vero oritur a causa interna; namque hoc malum iis, qui scorbuto laborant, aut qui affectibus catarrhalibus sunt obnoxii, nonnunquam accidit; in his enim funiculi nervei laxantur & resolvuntur, & fere insensiles fiunt, unde *paralysi scorbuticæ* subinde supervenire solet. *Luxatio.*

Art. 10. Duplex est luxatio, nempe *perfecta*, quando os a sede sua omnino amoveatur, vel *imperfecta*, quando non totaliter a sinu suo extrusum sit os, sed hæreat adhuc in sui receptaculi margine. *Duplex.*

Art. 11. Præ cæteris omnibus os femoris difficillime luxatur, istius etiam luxatio est omnium curatu difficillima; in adultis raro aut nunquam restituitur sine miserrima in perpetuum claudicatione; ratio est, quoniam ligamentum fortissimum, quo in receptaculo suo alligatum est, vel ruptum sit, vel insigniter relaxatum. „Valde probabile est *(observante D. Cheselden ex duobus „dissectionibus Anat. p. 33.)* quod os femoris nunquam „vel rarissime luxetur, & quod fractura *cervicis istius „ossis* pro luxatione frequentius accipiatur, unde femur „decurtatur, &c. Impossibile enim est (ut cum illo „dicam) quod caput ossis inter musculos firmum ac „stabilem locum inveniat ambulationis munere obeun„do, tanquam in acetabulo.„ Luxatio in talo seu pedio est omnium periculosissima, ubi sunt os tali, calcanei, tria ossa innominata, os cubiculare, &c. ibidem quoque copiosissimi sunt tendines, unde dolor atrocissimus, inflammatio, quandoque etiam convulsio. „Os humeri „*(ex observatione Barbettiana)* raro luxatur, & etiam „ita raro reducitur, quin aliquantulum protuberet, quam „ob causam patiens sæpenumero manum ad caput por„rigere nequeat. Dorsi vertebrarum ad interiora luxa„tio malum *Prognosis.*

„tio malum lethale cenſetur; idem de coſtis ad inte„riora luxatis plerumque dicendum eſt.

Curatio. *Art. 12.* Quoad curam luxationis, os luxatum, membro extenſo, mature reponendum eſt, quo facto, nil aliud incumbit chirurgo, niſi ut commodis ligaturis os firmet, apteque collocet, ac inflammationem facile ſuperventuram, & alios affectus mature arceat. Faſciationes non debent eſſe nimis *ſtrictæ*, ne compreſſis vel coarctatis vaſis oriantur tumores; neque tamen nimis *latæ*, ne pars ſemel reſtituta denuo ex loco elabatur.

Inflammatio. Si adſit inflammatio, antequam membrum repoſitum ſit, nihil prius tentandum eſt, quam inflammatio diſcuſſa fuerit; quamdiu durat, tamdiu pars inepta eſt extenſioni, ſin vero violentius laxatio inflammata extendatur, ſupervenit ex nimio dolore convulſio interdum lethalis. Ut ergo inflammatio imminens præcaveatur, vel præſens diſcutiatur, conducit fotus ſequens,

℞ *Summit. Hyperic.* Miß.
—— *Beton.*
—— *Chamæmel.*
—— *Rorismarin. ana* M. j.
Rad. Conſolid. Maj. ℥iij.
—— *Ariſtoloch. Rotund.* ℥vj.
Sem. quatuor Calid. maj. ana ℥ß.
Coq. in aq. font. & vin. ana q. ſ. ad ℔iv.
F. Fotus.

Et in eodem humectentur faſciæ tepide circumvolvendæ; ubi major adfuerit contuſio, augeatur quantitas *rad. conſolid.* ubi levior *Ariſtolochiæ;* ubi urgent dolores *capita papaveris* poſſunt addi. Supervenit quandoque

Oedema. tumor *œdematoſus*, in quo caſu illinantur partes affectæ cum *oleo volatili* penetrante, convenit etiam *petroleum* item *balſ. peruvianum* cum *ſpiritu juniperi* temperatum. In luxationibus prodeſt inunctio cum *oleo hyperici* & *ol. terebinth.* Ol. diſtillatum fœtidum *tartari* eſt horrendum

rendum ratione odoris, ſed tamen nihilominus eſt nobile admodum ratione efficaciæ; conveniunt ex *lumbricis* parata pro uſu externo & interno. Experientia didici, *ovum cum oleo terebinthinæ & pauco aceto conquaſſatum* in luxationibus eſſe remedium utiliſſimum, omnibusque intentionibus ſatisfaciens. *Belloſte.* Convenit etiam illud *Boyleanum* nempe *furfur tritici in aceto* coctum.

Art. 13. In fracturis oſſium, vel frangitur os ſecundum *latitudinem*, hoc eſt transverſim; vel ſecundum *longitudinem* finditur, quod proprie dicitur *fiſſura*. Fracturæ in ſenibus frequentius occurrunt, quam in junioribus, quoniam illorum oſſa ſunt aridiora. *Fractura oſſium.*

Art. 14. Fracturæ oſſium longitudinales, i. e. *fiſſuræ* difficile cognoſcuntur, ſed facillime curantur: neglectæ aut non rite curatæ ulcus poſt ſe trahunt, imprimis ſi in loco fiſſo oſſis caries ſuperveniat, admodum periculoſæ ſunt, & ſæpius ad membri abſciſſionem deducunt. *Longitudinales.*

Art. 15. Fracturæ *transverſales* ſunt cognitu faciliores, curatu difficiliores. Os fractum in medio ſui dat fracturam leviorem, quam circa articulum. Fractura cum vulnere & multa partium contuſione & læſione eſt gravius malum & perquam periculoſum, ut etiam quando os in plura fruſtula frangatur. In adultis femur fractum rariſſime aut vix unquam ſine claudicatione reſtituitur. Minora oſſa fracta intra 7. vel 14. diem fere ſanantur; oſſa majora intra 20. ad 40. præter propter curationem recipiunt. *Transverſales. Prognoſis.*

Art. 16. In cura fracturarum duo ſcopi chirurgo incumbunt, nimirum oſſa fracta facta extenſione in ſitum naturalem reponere, & repoſita per faſcias & ferulas firmare; tunc enim natura eadem denuo firmiter conglutinat, & formatur *callus*, qui ſubſtantia quidem ſimilis eſt oſſi, conformatione vero ſola ab eodem differt. Si adſit inflammatio, curanda eſt, qua curata, atque oſſe repoſito illinatur locus fracturæ cum *ol. hyperic.* *Curatio.*

peric. vel *ol. lumbricorum terreſt.* cum guttis aliquot *ol. terebinth.* & applicetur *emplaſtrum ex tacamahac.* cum pauco *ol. diſtillat. rorismarini* malaxatum; applicato emplaſtro imponantur ferulæ tres aut quatuor ad ſummum, quæ poſtmodum conjungantur per tria ligamenta; Ligationes autem debent eſſe moderatæ; nam ſi ſint *arctæ* nimis, partem ſuffocant, & gangrænam inferunt. Experientia conſtat præ cæteris quibuscunque *lapidem oſteocollæ* a ʒß ad ʒj. intus ſumptum eſſe remedium ſingulariſſimum in callis oſſium fractorum generandis, & augmentandis, utcunque obſcuriſſimum ſit, quomodo operatur. Hactenus de fracturis ſimplicibus; quædam cum vulnere complicatæ ſunt, poſt repoſitionem ergo oſſis vulnus conſiderandum venit, quod, ut alia vulnera, de quibus poſtea, tractandum eſt; emplaſtrum fracturæ applicandum perforatum eſſe debet in loco vulneris, ut ita beneficio foraminis vulnus commode tractari poſſit. Si os iterum frangatur, non frangitur in callo, ſed circa callum.

Vires oſteocollæ.

Fractura complicata.

BOERHAAVE.

Vulneris in genere hiſtoria.

Art. 17. Vulnus eſt ſoluta unio recens, cruenta, partis mollis a corpore duro & acuto facta. Partes vulneratæ ſenſim magis magisque a ſe mutuo recedunt; cruor plerumque primo cum impetu effluit, dein ſenſim ſponte ſiſtitur; tum cruſta ſanguinea cavo vulneris innaſcitur, & liquor dilutus, rubellus, tenuis effluit; labia vulneris incipiunt rubere, calere, dolere, tumere, retorqueri; atque eodem tempore febricula cum calore & ſiti adeſt [in magnis vulneribus]; hinc 3. 4ve die ſerius vel ocyus vulneri adeſt liquor tenax, albus, pinguis, æqualis, pus; eodem tempore rubor, calor, dolor, tumor, retorſio labiorum, febricula, ceſſant, vel minuuntur; & ſenſim vulneris a fundo ſurſim, & ab ambitu verſus centrum, creſcente carne impletur, coëunte margine albo; poſtremo ſiccatur vulnus, & obducitur cicatrice.

Art. 18.

Digitized by Google

Art. 18. Ex arteria majori tota dissecta oritur hæmorrhagia lethalis; arteria vero non nimis magna transversim dissecta, retrosiliens, atque inter solida vicina se recondens, sibimet obthuraculo est; sin vero arteria transversim vulnerata non totaliter dissecta fuerit, oritur hæmorrhagia perpetua, ea autem sedata, a tenuitate cicatricis cedente aneurisma. *Vulnera arteriarum.* „Ad hæmorrhagias vul- *Hæmorrhagia.* „nerum sistendas, præter vasorum ligaturas & fibula„rum linariarum applicationes, *styptica* quamplurima „in consuetudinem veniunt; usitatiora sunt, quæ se„quuntur; *Pulvis Galenicus*, *alumen ustum*, *colcothar.* „*vitrioli*, *muscus Indiæ*, *stypticum regis*, *oleum tere„binthinæ*, *tinctura antiphthisica Ettmulleri*, *vel potius* „*Michaëlis (vid. Ettmuller. Vol. I. p. 476.)* præstantissi„mum quidem remedium, *Helvetii stypticum*, scilicet „*tinctura chalybis cum tartaro præparati spir. vin. ex„tract.* atque hoc est ultimum remedium eorum, quæ „sunt melioris notæ; nisi quis *nova lumina* consectari „velit, *ignes fatuos*. Non deerunt Thrasones ac fumi „venditores, quamdiu mundum adeo credulum inve„nire possint. Proh dolor! nunquid sermo hic de „vulgari tantum opinione movetur? Utinam ne dicam „hujusmodi impostores *fautores habere Equites Auratos*, „*Camerarios*, &c. Sed regerent *torquem epilepticum* „tempore *Oribasii* in usu fuisse; ita quidem majores „nostri, omni ævo, & *Hippocrates* ipse impudentissi„mis agyrtis mundum infestari conquesti sunt. *Exigu„um opii frustulum* in foramen arteriæ sanguinem fun„dentis intrusum *hæmorrhagiam* extemplo sistere dicitur. „*N. B.* Stypticum Doctoris Eatoni idem esse vel saltem „non multum diversum a stiptico Helvetii apud exter„nos aliquamdiu obsoleto & nunc demum tanta cum „ostentatione redivivo; in ambobus vim maximam „a spiritu vini oriri eosdemque effectus ipsum spiritum „vini solum præstare luculenter demonstravit D. Spren„gelius. Transact. Philosoph. N°. 383.

Digitized by Google

Nervorum vulnera.

Art. 19. Nervi toti dissecti retrosiliunt, se recondunt, ramulos vulnere paulo superiores trahunt, & vicinis dolorem obstructionemque creant, parti vero infra vulnus positæ stuporem, immobilitatem, marcoremque. Nervi puncti, vel dimidiato discisi dolores, aliquando primo obtusos, nonnunquam vivos excitant, primo in loco vulneris, post per omnes nervos nexos, vicinosque; hinc calores, tumores, rubores late sparsos, febres, deliria, spasmos, inflammationem, inflammati aperturam cum evacuatione acris, tenuis, & copiosissimi sæpe seri; postea insensibilitatem, rigiditatem, exsiccationem, immobilitatem producunt, vel gangrænam & mortem. Eadem fere parum mutata etiam in tendinibus diversimode læsis obtinent; & membranæ, tendinum nervorumque sæpe producta quum sint, similiter quoque afficiuntur.

Tendinum & membranarum.

Sutura curandi.

„Tendines magni recens abscissi vel rupti sutura reserciri possunt, extremitates ita „conjungendo, ut glutine naturali vel callo quodam„modo uniantur, & usus artuum conservetur. Chirurgi „Gallici frequenter & etiam aliqui ex nostratibus hoc „præstent cum fausto eventu. Extat apud *M. Petit* „instantia *amborum tendinum Achillis* penitus disrupto„rum *sola ligatione* sine ulla sutura curatorum. Vid. „*Memoir. de l' Acad. Anno 1722. p. 68.*

Curatio.

„Nervorum ac tendinum vulnera *(inquit Garbette)* „putredinem facile concipiunt, & sunt admodum pe„riculosa; punctura est periculosior quam sectio. His „vulneribus probe adnimadvertendum est frigida externa „valde nocere; hoc non tantum de medicamentis sed „etiam de aëre intelligendum est. Medicamenta debent „esse moderate calefacientia & exsiccantia, minime „acria, qualia sunt *oleum lumbricorum*, *rutaceum*, *hype„rici*, *terebinthinæ*, *ceræ*, *sp. lavend. comp. elixir. pro„priet. balsamum peruvianum*, *opobalsamum*, *gum. elemi*, „*spiritus vini*, &c. In punctura recenti tendinis aut „nervi (ut loquitur *Job Mekeren*) illicò foramini im„ponatur

Digitized by Google

„ponatur plumaceolum ſequenti vel ſimili miſtura ma-
„defactum ℞ *Ol. terebinth. ſp. vin. ana p.* j. *ol. ceræ in*
„*quo aliquid euphorbii ſolutum p.* ij. *miſce*, huic ſuperim-
„ponatur plumaceolum ſiccum, mox ſpatula parum
„ignita applicetur, ut calor & vis miſturæ ad interiora
„læſa deferatur, hoc peracto, plumaceolum *unguento*
„*Baſil.* inunctum priore remoto admoveatur, & ſuperim-
„ponatur *Emplaſt. ſtipt. Paracelſ.* In punctura tendinis *Nota bene.*
„juxta obſervationes & ratiocinia D. *Cheſelden* brachium
„in ſitu acclinato non extenſo tenendum eſt.

Art. 20. Vulnera ſequentia ſunt lethalia; cerebelli, item cerebri profunda adeo, ut medullam oblongatam multum lædant, medullæ ſpinalis profunda vulnera, maxime parte ſuperiori; cordis in cava penetrantia; magna quoque vulnera pulmonis, hepatis, lienis, renum, pancreatis, meſenterii, ſtomachi, inteſtinorum, uteri in gravidis, veſicæ circa arterias ejus majores, aortæ, carotidum, & ſimilium arteriarum venarumque magnarum. Vulnera magna bronchiorum, vulnera utroque latere thoracis cavitatem penetrantia, diaphragmatis præcipue in ejus parte nervoſa, vulnera magna ventriculi, inteſtinorum tenuium, &c. *Vulnera qualia lethalia.*

ET TMULLER.

Art. 21. Vulnera muſculi temporalis ſunt periculi plena, & rarius curantur, [inferunt plerumque *ſpaſmos horrendos*]. *Vulnera Muſculi temporalis periculoſa.*

Art. 22. Cura vulnerum conſiſtit in unione partium ſeparatarum, quod opus eſt ſolius naturæ, quæ beneficio ſucci nutritii ad omnes partes diſtributi ſenſim ſenſimque easdem reunit, & reducit; chirurgi autem opus eſt hic adjuvare eam, in hoc bono opere ſequendo ejusdem ductum, removendo imprimis impedimenta externa, ac applicando remedia, quæ parti ſint familiaria ac amica, *vulnerata* & *balſamica* appellata. In curandis vulneribus interne prodeſſe poſſunt *vulneraria* *Curatio.*

Digitized by Google

& *alcalia*, inter quæ eminent *album græcum*, *cancer fluviatilis*, *mercurialia*, &c. „Immo tota curatio interna consistit in blandiori *diaphoresi* promovenda & „conservanda, ideoque *mixtura simplex* vulneratis optime convenit.„ In vulneribus recentibus non necesse est, ut cura in longum protrahatur; sed potius suppressa hæmorrhagia, & remotis corporibus extraneis, statim instillentur guttæ aliquot *balsam. peruvian. simpl.* quod interdum vulnus cito conglutinat: interdum tamen necesse est, ut, neglectis balsamicis, *digestiva* applicentur methodo vulgari, ubi, scilicet, conjuncta est con-

Digestiva. tusio, uti in vulneribus *sclopetorum* evenit. *Digestiva* (34.) ordinario constant ex *terebinthina* & *vitello ovi* tanquam basi, quibus pro re nata, nunc *mellis parum* cum *myrrha* aut *balsam. peruv.* aut *gum. elemi*, &c. addendum, imprimis si circa partes nerveas, quæ alias facile putrescunt, suppuratio expectanda est. *Elixir proprietatis* omnes nostri corporis putredines arcet ob *myrrham*, ut & *colcothar vitrioli* ab *Helmontio* laudatum, ex hoc *Felix Wurzius unguentum suum fuscum* parabat. *Balsamum peruvianum* reliquis balsamis præfertur, proficuum quoque est *balsamum saturni terebinthinatum*, & *balsamum sulphuris cum oleo hyperici factum*; laudatur *oleum Momordicæ*; *oleum Hyperici* ex seminibus expressum, cui proprii flores infusi sunt, est egregium; *spiritus theriacalis* pro lavandis vulneribus recentibus, est optimum putredinem prohibens, &c.

Turundæ & penicilli. *Art. 23.* Turundis parce utuntur saniores practici, neque unquam sine premente necessitate; nam nimis frequenter & diu usurpatæ consolidationem impediunt, item partes cutaneas circa labia ad occallescentiam solent disponere. „Sed de earum usu ac abusu consulatur „*Cæsar Magatus* de rara medicatione vulnerum, item „*Bellostæ*.„ Turundæ & penicilli nihil aliud sunt quam corpora extranea partis affectæ naturam infestantia, & in illis expellendis semper laborat; partem vulneratam distendunt,

Digitized by Google

distendunt, comprimunt, eidemque sunt oneri, & propterea fluxionis periculo eam exponunt. Verumtamen turundarum & penicillorum usus aliquando saltem admittendus est ac necessarius, & in quibusdam casibus æstimandus, scilicet quando ob complicatum affectum remoranda est vulneris sanatio, ut quando viscera vulnerata sunt, & in cavitate thoracis aut abdominis materia continetur aut sub cranio collecta est, & simili rerum statu olim *Romani Chirurgi*, ne sua laude fraudentur, longa & sedula observatione novum curandi vulnera modum, quo rarissime solvuntur, adinvenere, qui cum experientiæ potius quam rationi & procerum nostrorum doctrinæ inniti videretur; eum *Cæsar Magatus*, ad methodum reducere conatus est. Modus *Ludovico Septalio* clarissimo *Italiæ* ornamento valde arrisit, ipsumque ad praxin felici successu adhibuit, & suis scriptis commendavit. Quoties vulnus solvitur ac detegitur, toties interturbatur & a proprio munere distrahitur natura: & quamvis accedat utilitas ex nova recentium medicamentorum impositione, attamen majus est detrimentum quod ex crebra solutione sequitur, quam commodum ex nova medicamentorum impositione, quorum virtute vulnus haud destituitur; *sanatio etenim est duntaxat naturæ opus.* Status vulneris sub tegumentis oculis mentis cognosci potest; in quibusdam vero casibus solutio & detectio vulneris est perquam necessaria, nempe, quando manualis aliqua operatio requiratur ad peregrinum corpus vel ossis aliquam portionem evellendam, &c. quando caro spongiosa supercrescat, quando ingentis putredinis, vel sordidorum excrementorum abundantiæ sit suspicio, quando adsit dolor vehemens vel erosio & pruritus; sub his & similibus circumstantiis detegenda sunt vulnera, ut congruis remediis his malis occurratur.

Ulcerum.

In medicina facienda experientia docet eandem curandi rationem a vulneribus ad ulcera transferri posse;

Digitized by Google

idque adeo felici succesſu, ut ſæpe deplorata ulcera, & innumeris tractata remediis, facillimo negotio hac via ſanabilia evadunt, corporibus ſolummodo prius a cacochymia *bene purgatis* & ulceribus a ſordibus deterſis.

Sclopetorum vulnera.

Art. 24. Sclopetorum vulnera ſunt omnium peſſima ac periculoſiſſima; nam adeſt ſemper inſignis contuſio, & partium dilaceratio; tardius ad ſuppurationem perveniunt. Vix ante tertium vel quartum diem.

Curatio.

Art. 25. Ad curam quod attinet, omni extraneo ex vulnere prius exempto, loco digeſtivi communis; optime applicatur *balſamum Paræi*, ſingulariter commendatum ad curam vulnerum ſclopetis inflictorum: deſcriptio hæc eſt a *Sennerto* & *Barbette*: ℞ *Ol. lilior. alb. vel violarum* ℥iv. in hoc coq. *catelli* duo nuper nati ad oſſium usque diſſolutionem, poſtea add. *lumbricorum terreſtrium* in vino coct. ℥j. coquantur ſimul colaturæ adde *terebinth. ven.* ʒiij. *vin.* ʒ ß. m. f. linimentum, quod egregie conducit ad ſedandum dolorem, & maturanda vulnera ſclopetorum. Ubi autem ſuppuratum eſt vulnus, & omne contuſum ſeparatum, *mundificativa* ſunt uſurpanda, & vulnus ſ. a. tractandum eſt, donec ſponte caro nova ſuccreſcat.

Capitis vulnera.

Art. 26. Vulnera capitis ſuperficialia facile curantur cum *balſamo peruviano*, vel *oleo hyperici*, imponendo deſuper *emplaſtrum de betonica*; ſed præ reliquis omnibus quotcunque pro capitis vulneribus convenit *Emplaſtrum e gum. elemi*, ſive *linimentum Arcæi*; vitanda ſunt omnia unctuoſa; convenit etiam *gum. elemi cum terebinth. miſtum* in cranii vulneribus.

De eximiis virtutibus hujus unguenti audi ſis ipſum inventorem. Hujus linimenti nobis inventi ea vis eſt, ut concoquat, digerat, mundificet, atque carnem etiam inducat; hujus certiſſimi in omni periculo faciendo uſus nunquam me pœnituit: & cui omnes ii quicunque fuerint experti, *balſami nomen* non immerito fecerint.

„In omnibus capitis vulneribus, præcipue gravio-

„ribus,

Digitized by Google

„ribus, ubi cranium denudatum fuerit, danda est opera, „inter medicandum, partem vulneratam, quantum „poterit a frigore externo tueri.

FARRAGO.

Art. 27. Pericranio læso, ut nudet diu os, vel ut putrefiat, os privatur vasis periostei adeoque & suis, stagnat in his liquor, putrefactus squamam separat, unde os flavum, fuscum, nigrum, tandem foliolum deponit. In hoc casu curatio [tuto, prompte, & expedite] fit os leviter *parva terebra* diversis vicinisque locis usque ad medium perforando, unde *exfoliatio* cavetur, periosteum inde renascitur applicando plumaceola *spiritu vin. mastichino* imbuta; & cura citissime præstabitur. „Ex *Boerhaave*, quem chirurgus præci„pue minus exercitatus in vulneribus capitis & calvaria „læsa præ reliquis omnibus quibuscunque diligenter „consulat; & errores in praxi evitabit.„ *Cranium nudatum.*

Art. 28. Vulnera sclopetorum post extractionem globuli plumbei, sicut alia vulnera cum contusione conjuncta curanda sunt; convenit *venæ sectio;* revulsio enim (inquit *Galenus*), quæ e directo fit, celerrimam utilitatem adfert; die proximo *enema lenitivum* injici debet, & fotus sequens usurpari, *Vulnera sclopetorum.*

℞ *Summit. Hyperici.*
—— *Centaur. Minor.*
—— *Scordii.*
—— *Absynth. ana* M.j.
Flor. Ros. Rubr.
—— *Chamæm.*
—— *Melilot. ana* Miß.
Furfur. p. j.
Coq. in Aq. Font. ad ℔ijß. *Colaturæ* adde
Vin. Aust. ℥j.
Spirit. Vini ʒvj.
M. F. Fotus.

Si pus laudabile obtineatur, nimirum album, æquale, leve, minime fœtidum, &c. res in vado est; sin vero pus non fuerit secundum votum, cum unguentis admisci debet *præcipit. rub. Wiseman.*

Balsamum Samaritanum.

Art. 29. Balsamum *Samaritanum* in curandis vulneribus valde commendatur a quibusdam, privatim a *M. Le Clerc*, quod conficitur ex *vino & oleo oliv.* diuturna coctione in balsamum redactis: est etiam aliud magis compositum, quod frequenti usu comprobatum est:

℞ *Vin. Hispan.*
Ol. Ros. ana ℥ß.
Sacchar. cand.
Mel. Violar. ana ʒij.
Coquantur simul lento igne.
M. F. Balsamum.
Belloste.

Inflammatio vulnerum.

Art. 30. Inflammationem vulnerum præ reliquis sistit *aqua calcis*, vel per se, vel cum *camphora*, aut *sacchar. saturni* sociat.

Synovia. Curatio.

Art. 31. Synovia est fluxus aquæ albicantis ex articulis vulneratis, estque periculosum symptoma, & subinde partium atrophiam relinquit; ut compescatur, inspergatur pulvis astringens; quidam chirurgus recepit *usneam cran. human.* & *laccam pictorum ana.* Alias singulare experimentum est *sterçus porcinum* cum sanguine vulneris invicem mistum, ac coctum, & ita vulneri applicatum instar cataplasmatis. *Ettmuller.*

Punctura tendinis.

Art. 32. Inter venæ sectionem celebrandam homines interdum, maxime ab imperitis chirurgis, a *punctura tendinum* in artus amittendi, atque adeo in vitæ discrimen conjiciuntur. Qui vero hujusmodi punctura plectuntur, dolorem non statim sentiunt, sed duodecim horis post phlebotomiam se eodem affici conqueruntur, non tam in orificio nuper facto, quam in partibus

Digitized by Google

tibus ad axillam tendentibus, ubi tandem dolor se figit, & tunc maxime percipitur, cum brachium extendatur; attamen læsa pars tumore admodum insigni non afficitur, eodem avellanæ magnitudinem vix superanti, sed ex orificio *humor aqueus* vel *ichor* quidam jugiter distillat, quod quidem præcipuum punctura tendinis *diagnosticum* est habendum. Curatur cataplasmate sequent. ut propriis oculis observavi: *Curatio.*

℞ *Rad. Lilior. Alb.* ℥iv.
Coq. ad teneritudinem in Lact. Vaccin. ℔ij.
deinde.

℞ *Farin. Lini.*
—— *Avenac. ana* ℥iij.
Coquantur Farinæ ad Cataplasmatis consistentiam in q. s. lactis a Radicibus prædictis colati & Radicibus contusis misceantur.
F. Cataplasma.

Parti affectæ calide applicandum mane & vesperi.

Sydenham. „Ego quoque hujusce cataplasmatis efficaciam semel atque iterum expertus sum.

ULCERA.

ETTMULLER.

Art. 33. Ulcus est solutio continui ab acredine corrodente, cum partium quarundam ablatione; corrolens hoc in ulceribus est acre acidum, alimentum parti proprium in excrementum acre, sive in saniem immutans; ulcus autem est vel simplex vel complicatum, sinuosum, fistulosum, cariosum, &c. Ulcera antiqua naciem, febres lentas, aliaque mala æque excitant, ac ulcera pulmonum. *Ulcus quid.*

Art. 34. Ulcera diuturniora sine internorum usu ariissime curantur; interna autem debent esse *acidum absorbentia* *Curatio.*

Digitized by Google

absorbentia & *destruentia*, & *sudorifera*, præcipue decocta *lignorum*, *antimonialia*, *viperina*, & *volatilia*; inter purgantia optimum est *extractum hellebor. nigr. cum mercurio dulci*; sed omnibus præferenda sunt *vomitoria*, sæpius repetita, ad facilem ulcerum curationem reddendam: His etenim & hujusmodi internis omnino neglectis, frustra frequentissime chirurgicum imploratur auxilium. In ulceribus pertinacissimis, & alias incurabilibus ipsa *salivatio mercurialis* in auxilium vocanda est. Antiqua ulcera interdum claudi non possunt, nisi in loco oppositio fiat *fonticulus*. Quoad remedia externa, in genere sunt *digestiva*, *mundificantia*, *sarcotica* & *epulotica*, quæ pro varietate conditionis ulceris curandi a prudenti chirurgo usurpanda sunt. Sequens est *digestivum* probatissimum.

Digestiva.

℞ *Terebinth. Venet.* ℥j.
Vitel. Ovi unius
Mel Rosat. ℥vj.
Ol. Hyperic.
M. F Unguentum.

Mundificantia. Interdum addantur *gum. elemi*, *unguentum basilic. thus*, *mastiche*, *farina hordei*, &c. *Mundificantia* a chirurgis usurpata quamplurima sunt, insigniora tamen, quæ sequuntur, *radix apii*, *aristolochiæ utriusque*, *fol. nicotianæ*, *flor. hyperici*, *album græcum*, *camphora*, *balsamum peruv. myrrha*, *aloë*, *euphorbium*, *ex sulphure præparata*, *saturnina*, *æs viride*, *arsenicum*, *aqua calcis vivæ*, *mercurius dulcis*, *mercurius præcipitatus*, *balsamum sulphuris*, *oleum* & *unguentum nicotianæ*, *unguentum ægyptiacum*, *apostolorum*, &c. *Sarcotica* & *Epulotica* gradualiter tantum differunt: sequens valde proficuum perhibetur,

Sarcotica & Epulotica.

℞ *Ung. Diapomphol.*
—— *Tutiæ ana* p. j.
Diasulph. Rulandi p. ij.
Ol. Nicotian. parum.
M.

Vix

„Vix datur præſtantius quam emplaſtrum de *lapide calaminari* D. *Turner.* (16. 40.)

Art. 35. In ulceribus vetuſtis emplaſtrum ſequens eſt egregium.

℞ *Calcis vivæ bis vel ter lot. & parum exſiccat. q. v.*
Ol. Lini q. ſ.
M.

Et cum *bolo armen.* vel *bol. rub.* tingatur ad carneum quaſi colorem.

Art. 36. In ulcere diuturniore aut male tractato aliquando ſupervenit *callus*, qui nunc cingit ſimpliciter ambitum ſeu orificium ulceris ipſius, nunc vero totum ſinum ulceratum incruſtat, & occupat, & talia ulcera ſinuoſa cum callo interno vocantur *Fiſtulæ*, quæ difficiles ſunt curatu propter callum, qui niſi auferatur, ſunt incurabiles. Amplificandus eſt ſinus cum *rad. gentian.* & abſumendus eſt callus cum *pulv. alum. uſt. mercurio præcipit. ſucc. nicotian.* &c. Aliquando neceſſe eſt, ut tota fiſtula *cultro* incidatur, & aperiatur, & deinde callus abſumendus cultro vel antedictis remediis. *Callus.* *Fiſtula.*

Art. 37. Caries oſſis frequenter accidit in ulceribus inveteratis, quæ eſt corroſio ipſius oſſis, & quaſi ejusdem ulcus; ſi os denudatum fuerit, primo oleoſum quodammodo & pingue apparet, hinc ſucceſſive flaveſcit; deinde nigreſcit, & poſtea foraminulatum redditur, & quaſi teredinibus perforatum; ſi abſconditum fuerit os, ſpecillo expiſcanda eſt caries; tunc enim os in fundo non glabrum ſed inæquale & ſcabroſum percipitur, quin & quæ effluunt ex ulcere ſordes & excrementa pinguia oleoſa & acria majorique copia, & ulcera nequeunt ad cicatricem perduci. Labia ulceris ſunt dilatanda, remedia unctuoſa vitanda; pulvis *euphorbii* eſt expertiſſimum remedium, huic proximum eſt *radix irid. florent. mercurius dulcis* valde commendatur, *Caries.*

Digitized by Google

Curatio. datur, *oleum garyophyllorum* ad exfoliationem promovendam.

„*Oleum Camphoræ*, ſcilicet, *camphora in dupla* „*quantitate ſpiritus nitri ſoluta a Hiſt. de l' Acad.* Vol. „IX. p. 74. Si hæc & ſimilia ſucceſſu careant, denu„dandum eſt os, & abradendum; & ſi corruptio ſit „profundior, terebrum, vel quod potius eſt, *cauterium* „*actuale* adhibendum eſt: nam ultra omnia ferri igniti „tactus oſſis humiditatem exſiccat, idemque ad prom„ptam deſquamationem diſponit.

WISEMAN.

Ulcera ſimplicia. *Art. 38.* In ulceribus ſimplicibus tractandis non raro mihi fuit uſitatum ulcus digerere, detergere, & incarnare cum *unguento baſilic.* & *mercurio præcipit.* in proportione majori vel minori pro re nata in vicem commiſtis, & poſtea ulcus *cicatrizantibus* claudere: Sed rariſſime inveniuntur ulcera ſimplicia; complicantur enim ut plurimum variis accidentibus, uti intemperie, dolore, fluxione, &c.

Intemperies. „Ulceribus quandoque accidit *intemperies* curatio„nem tantopere impediens, ut hanc expectare non da„tur, niſi illa prius corrigatur; hæc autem eſt quadra„plex. In intemperie calida pus acre eſt, labra ulceris „rubra, & adeſt inſignis dolor.

Intemperies calida. *Art. 39.* In intemperie *calida* uſurpanda ſunt *refrigerantia*, moderate *aſtringentia*, & *repellentia*; talia ſunt *fotus aſtringentes*, *unguentum album camphoratum*, *refrigerans Galeni*, *popul.* & *ſimilia.*

Frigida. *Art. 40.* In intemperie *frigida*, „Labia ulceris „mollia ſunt, & ubi res male ſuccedit, livida evadunt.„ Conveniunt *fotus diſcutientes* & *attenuantes* quemadmodum in tumoribus *œdematoſis*, & unguenta, ac emplaſtra debent eſſe *exſiccantia* & *detergentia* quæ ſatis nota ſunt.

Art.

Digitized by Google

Art. 41. In intemperie *humida*. „Caro mollis eſt „& flaccida, ſæpe ſupercreſcens, humorum fluxus co- „pioſus;„ hic indicantur *exſiccantia & aſtringentia*, qualia ſunt *unguentum diapompholyg. tutiæ, e calce lota matritum, deſiccativum rubrum*, &c. *Humida.*

Art. 42. In intemperie *ſicca*. „Ubi pus paucum „aut fere nullum, difficulter ſanantur. „-- Topica debent eſſe *humectantia*, fotus ex *emollientibus*, unguenta & emplaſtra & *digeſtiva* conveniunt; *unguentum baſilic. & mercur. præcipit.* apprime conferunt. In his omnibus hactenus memoratis remedia interna non ſunt negligenda. *Sicca.*

Art. 43. In ulceribus cum ingenti dolore vix ferendo, præmiſſis rite internis, quæ indicantur, attendendum eſt ad conditionem ipſius ulceris, ut deprehendatur vera doloris cauſa; inſpiciendum eſt, an humor ſit craſſus, qui *ſordes* vocatur, vel tenuis & ichoroſus, qui *ſanies* appellatur; uterque peculiariter *detergentibus* corrigendus eſt, his rite peractis manente adhuc dolore ad *lenientia & anodyna* confugiendum eſt; cataplasmata ex *mucilag. ſem. pſyllii, cydoniorum, far. bord. croc. vitel. ovi*, &c. *unguentum popul. refrigerans Galeni*, &c. refrigerant & dolorem leniunt; ſed pro varietate cauſarum varia exſurgit indicatio. *Ulcera cum dolore.*

Art. 44. In ulceribus frequenter caro *ſpongioſa* ſive *fungoſa* ſuccreſcere ſolet, a nimio humorum affluxu ortum ducens, vel a chirurgi imperitia; ſupprimenda eſt medicamentis *exſiccantibus*, immo *cathæreticis & auſticis* abſumenda eſt; mitiora ſunt *lapis tutiæ, alumen uſtum, mercurius præcipit.* fortiora *vitriolum romanum, aq. lapidis medicamentoſ. aq. viridis Fallopii*, &c. De reliquis ulcerum affectionibus & accidentibus conſulatur author, qui candide & modeſte ſcripſit. *Fungus.*

BELLOSTE.

Art. 45. Coronidis loco ſubnectere haud pigebit & ex- *Exporiſton.*

Digitized by Google

& experimentum illud *M. Belloſte* propter ſingularem illius virtutem in ulceribus curandis; quod quidem *cuporiſton* nihil aliud eſt quam *decoctum foliorum juglandis in aqua cum pauco ſaccharo;* modus utendi eſt linteolum imbuendo, & ulceri imponendo, & non ſæpius quam ſecundo vel tertio quoque die eandem applicationem renovando, donec ulcus ſanatur. Hoc medicamentum, utcunque ſimplex & vulgare videatur, ſuppurat, detergit, incarnat, putredini reſiſtit, &c. certius & felicius quam aliud quodcunque remedium hactenus notum, inquit author, qui multo copioſior eſt in illius laudibus. p. 260.

WISEMAN.

Fiſtulæ in Ano.

Art. 46. Ad ulcera pertinet Fiſtula in Ano, quæ eſt ulcus ſinuoſum a phymate vel hæmorrhoidibus internis ut plurimum ortum ducens. Fiſtulæ quæ a phy-

A phymate.

mate oriuntur ſunt pejores, dolentes admodum & curatu difficiliores, utpote in muſculorum interſtitiis profunde penetrantes, & cuniculos agentes, & quanto ſinus ab ano ſunt remotiores, tanto deteriores, quoniam apertionem per *inciſionem* non admittunt.

„Sic arbitratus eſt *author noſter;* quoniam in iſtiuſmodi „rerum ſtatu neceſſe eſt, ut muſculus ani ſphincter di„ſcindatur: Sed D. *Berbeck*, *Chirurgus Eboracenſis*, vir „probus, & hac operatione ſpeciatim celeberrimus, „aſſeruit, ſe ſphincterem ani frequenter penitus diviſiſſe, „& etiam ſi ægri durante vulneris curatione fæces con„tinere nequeant, poſt conſolidationem facultatem „ſphincteris tetentricem redintegratam fuiſſe. *Vid.* „Cheſelden *Anat.* p. 63.

Ab hæmorrhoidibus.

Art. 47. Fiſtulæ ab hæmorrhoidibus internis originem trahentes inter tunicas inteſtini recti ſenſim generantur, & perforationem exiguam habent juxta ani ambitum, unde ſaniem tenuem ſive ichorem ſine dolore emittunt; progreſſu vero temporis ſuperveniunt pruri-

tus

tus & excoriationes: orificia tandem calloſa evadunt, & quandoque ad tempus clauduntur, & deinde certis intervallis denuo erumpunt.

SENNERTUS.

Art. 48. Fiſtulæ, ſi copioſo fluxu aut fœtore, aut alio modo, nihil incommodi afferunt, ſed potius natura ſuperfluos humores e corporibus *cacochymicis* & *cachecticis* cum ægri commodo per eas evacuet, curari non debent, ſed ſervari. Fiſtulæ vero ſimplices & recentes ſine periculo curari poſſunt. *Fiſtulæ non temere curandæ.*

Art. 49. Inciſionem quod attinet, ſi ea ſine periculo, ne ſcilicet muſculus ani lædatur, & fæces præter voluntatem egrediantur, tentari poſſit, fit vel *filo ſeu laqueatione*, ut appellant, vel *ferro*. *Filo* ita fit: Sumatur filum ex ſerico, vel ſeta equina, aut aliud, quod non facile putreſcat; id immittendum in extremitatem ſpecilli ſtannei vel plumbei, inſtar acus perforati, & in fiſtulam intrudendum, digitoque, *oleo roſaceo* inuncto in rectum inteſtinum immiſſo, filum apprehendendum, ſpecillum extrahendum, & duæ extremitates ejus connectendæ, & quotidie vel a chirurgo, vel ab ipſo ægro arctius conſtringendæ, donec tota fiſtula inciſa ſit; hinc callus abſumendus, & ulcus curandum. *Inciſio per filum.*

Art. 50. Ferro *inciſio* celerius hoc modo fit; in fiſtulam ſpecillum plumbeum immittendum, usque dum in inteſtinum rectum penetret, & hinc inſtrumento falcato digito in anum immiſſo, ſecundum ſtyli plumbei ductum fiſtula incidenda, cavendo tamen, ne hæmorrhoides lædantur, & hæmorrhagia excitetur. Inciſione peracta, penicillum *albumine ovi* & *pulveribus adſtringentibus* illitum immittere decet; die ſequente Hippocrates *æris flore uſto* conſpergit, & fruſtulum ſpongiæ melle illitum intrudit, ut fiſtula aperta ſervetur, idque diebus ſeptem continuat, donec callus abſumatur; interim ſpongia vino auſtero madida impo- *Inciſio cum inſtrumento ferreo.*

Digitized by Google

nenda, ut humores reprimantur. De *Callo* absumendo alibi dictum est (36.)

GANGRÆNA ET SPHACELUS.

ETTMULLER.

Gangræna & Sphacelus quid.

Art. 51. Gangræna significat incipientem partis mortificationem, cum dolore tamen & aliquali ardore conjuncta est: Sphacelus vero seu necrosis e contra est perfecta mortificatio, in qua omnimoda vitalitatis est carentia; differunt ergo saltem gradualiter gangræna & imminens sphacelus.

Causa.

Art. 52. Interdum supervenire solet fracturis, vulneribus male tractatis, ulceribus cacoeth. & tumoribus, imprimis sanguineis; aliquando autem a causis internis oritur. *Diagnosis.* In partibus gangrænosis color mutatur in pallidum, obscurum, subliviscentem, aut cæruleum, & tandem in nigricantem, caro autem tensa mox evadit flaccida & mollis, & sphacelo facto, cutis sponte a partibus separatur, & *aqua quædam decolor* pravi odoris effluere solet, & pars affecta *halitum cadaverosum* spirare.

Prognosis.

Art. 53. Certissimum & gangrænam a causa interna lethalem esse: Auferatur enim licet membrum, iterum regerminabit malum, & necessario mortem post se trahit.

Curatio.

Art. 54. Ad gangrænam sistendam interna omnia sunt *sudorifera & alexipharmaca;* externe autem decoctum *calcis vivæ* est mirabile, vel solitarium, vel efficacius, si in eodem incoquatur *sulphur*, & dissolvatur *mercurius dulcis*, addito *spiritu vini* [*camphorato.*] In graviori gangræna, præmissa profunda scarificatione, conducit *fimus equinus*, in vino aut urina coctus, fuit experimentum & secretum *Sylvii & Barbette*, [& melius esset, si adjiciatur *spiritus sal. armoniac.*] In usum quoque

Digitized by Google

quoque venire solet *unguentum ægyptiacum* calide usurpatum, facta prius, ut artis est, scarificatione, &c.

„Chirurgis nostratibus solenne est locis scarificatis „*oleum terebinth. calidum cum triente tincturæ myrrhæ* „*& aloë* adhibere, *& emplastrum e theriaca Londinensi* „*calefactum superimponere.*

BOERHAAVE.

Art. 55. Signa Gangrænæ sunt phænomena inflammationis subito ablata sine correctione causæ, sensus hebes, color pallidior, cinereus, fuscus, lividus, &c. mollities, flacciditas, ad tactus vestigia non resurgens, pustulæ ichore lymphatico subflavo vel rubello plenæ in loco inflammato; ubi a frigore, pruritus & punctura ingens, una cum rubore intenso, quem brevi nigredo mortifera sequitur. *Signa gangrænæ.*

Art. 56. In perfecta necrosi sensus motusque integre tolluntur [gravitas aliqualis quodammodo in parte sentitur;] color est lividus, fuscus, niger; caro est flaccida, & frigida; adest fœtor cadaverosus, corruptio mortifera profunda, omnia vicina depascens in ossa usque. Gangrænæ illico succurrendum; sphacelus illico extirpandus. In senio fere semper a quacunque causa lethalis est, ita in hydropicis, phthisicis, & scorbuticis. *Perfecta necrosi.*

Art. 57. Ut suppuratio acceleretur, conducit *scarificatio* putrefacti usque ad vivorum initia; sic enim suffocatione nimia imminuta, loco serpentis gangrænæ fit abscessus, quo cutis & adeps gangrænosa plerumque a subjectis adhuc vivis separantur. Incisa pars *calidis liquoribus, corruptioni resistentibus, & duritiem escharæ emollientibus* fovenda; toti parti affectæ assiduo applicanda *cataplasmata calida*, & cum calore continuo sustentato agentia; huc etiam plurimum facit rarior partis detectio, quam vulgo fieri solet. Si ab impacto *acri gelu* gangræna fiat, pars *nive* impo- *Curatio.* *A gelu gangræna.*

impoſita vel impoſitis linteis *aqua gelida* humectatis operienda erit, donec ſpiculis frigoris in nivem vel aquam receptis, iterum ſolvi incipiat, redeunte vita: aliter caloris applicatu pars putreſcit, actis nec eductis ſpiculis; eo autem peracto *calidis* refocillandus *cardiacis*, & in *ſudorem usque* calefaciendus æger eſt. De *amputatione* videatur locus N°. 469. & conſulantur reliqui ſcriptores chirurgici.

BELLOSTE.

Remedium ſingulare.

Art. 58. Belloſte ſequens unicum remedium inſtar omnium ad gangrænam & ſphacelum venditat.

℞ *Spirit. Nitri, vel aq. Fort.* p. ij.
Argenti Vivi p. j.
F. Solutio.

In hoc liquore madefiant lintea, & parti gangrænoſæ circumvolvantur, & prompte ſeparabitur mortuum a ſano, neque opus eſt; inquit author, ut aliud quodcunque medicamentum ad gangrænam ſiſtendam excogitemus; non enim reperitur aliud, quod tam cito, & tam certo, penſum abſolvit.

CAPUT XIV.

SIVE FASCICULUS MORBORUM DECIMUS QUARTUS.

CHLOROSIS.

SYDENHAM.

Signa Chloroſis.

Art. 1. Adſunt vultus & totius corporis decoloratio, intumeſcentia in facie, palpebris & malleolis, gravitas totius corporis, crurum ac pedum tenſiva laſſitudo, reſpiratio difficilis, cordis palpitatio, capitis dolor,

Digitized by Google

dolor, pulſus febrilis, ſomnolentia, pica & menſium ſuppreſſio.

Art. 2. Sumat *Pilulas Chalybeatas*, vel *pulv. Chalybeatum* in affectione hyſterica præſcriptum plus minus pro ratione ætatis, ſuperbibend. hauſtum vini cujuslibet ad libitum, vel *infuſion. corroborant. cum Rad. Angelic.* ibidem deſcriptam. Si ægra non valde debilis fuerit, purgetur ſemel, vel ante præſcriptorum uſum. *Curatio.*

ETTMULLER.

Art. 3. Chloroſis ſive febris alba virginum longe diſtat a *cachexia* muliebri; hæc enim antecedit aut ſequitur menſium ſuppreſſionem; chloroſis vero eſt affectus proprius virginibus & viduis, ſaltem extra conſortium virorum viventibus, aut quibus mariti non ſatisfaciunt. Hoc morbo affectæ pallent, habentque ſub oculis coronam ſubcæruleam vel ſubrubeſcentem, triſtes ſunt, & adeſt ſæpius febricula lenta, & quaſi erratica, pulſus inæqualis & varius, vomitus etiam interdiu infeſtat, ac præcordiorum anxietas, &c. Menſium ſuppreſſio eſt fere tantum effectus hujus morbi. Tales volunt (inquit *Lindanus*) cohabitare viro. *Chloroſis quid.* *A cachexia muliebri differt.*

SYDENHAM.

Art. 4. Cibum faſtidiunt mulierculæ, fœdus faciei color eſt, gravitas totius corporis, dolores ſincipitis, umborum, crurum & imi ventris, pedum tumores inſtant. *Menſium ſuppreſſio.*

Art. 5. Eadem præſcribenda ac in Hyſterica affectione; ac ſi iisdem remediis affectus non ceſſerit, tum ſequentia ſunt præſcribenda. Singulis auroris & quarta omeridiana ſumat *Julap. hyſteric. ſine Caſtor. Cochl.* V. *ſtilland. Sp. C. C. gut.* xij. Singulis noctibus ſumat cuitum itura *Trochiſc. de Myrrh.* ℈j. *cum Syr. de Artheis. in forma Boli vel Pil. redact.* *Curatio.*

Digitized by Google

RIVERIUS.

Morbi descriptio. *Art. 6.* Pallent ægrotæ, & adeſt gravitas corporis ſegnities, intumeſcentia faciei & palpebrarum, palpitatio cordis, difficultas ſpirandi, ſomnolentia, rerum abſurdarum appetentia, &c.

Curatio. *Art. 7.* Præmiſſis univerſalibus *chalybeatis* & *amari* reſtituendæ ſunt; & in frigidioribus decoctum *ligni guaiaci* multum juvat.

MENSTRUATIO.

Menſtrua. „Mulierum profluvii menſtrui rationes expedire & „theoriam exponere admodum difficile & longum eſſet „& profeſſæ noſtræ brevitati minus congruum; ideoque „pauciſſimis ſolummodo attingam. Menſtrua, perinde „ut *de cæteris quibuscunque humoribus* notum eſt, quam „tumcunque a *medico quodam magni nominis nuper de* „*functi* (diſſentire videar) *e ſolis excretoriis ductibus* „*glandularum uterinarum, ibidem locatarum*, & ipſi „*muneri inſervientium prodire ſine difficultate aſſero* „*audeo:* quod ſatis manifeſtum eſt ex ipſa partium *anato* „*mia*, ex chylo ſcilicet ſupervacaneo in humorem iſthmi „modi viſcidum cocto, & in orbe ſanguinis paulatim „accumulato. Inſignis eſt menſtruorum præ eo ſanguine „*lentor ac viſciditas*; ingratum quoque ac inuſitatum „odorem in plerisque ſpirant, non qualem ſanguis e v „nis miſſus, aut ex hæmorrhagiis effluens. Rubent quide „menſtrua, quod & ſerum & ſanguinis integri globu „rubri una cum iſto humore transmittuntur, *ob a* „*pliatas præter modum in iſtis ductibus commiſſur* „unde materia excreta eſt *compoſitum quiddam* ex ſa „guine & prædicto humore glutinoſo, craſſo, & „ſcido. Quantitas ſingulis vicibus ordinario excre „in ſtatu ſano & naturali, ſit ab unciis quinque vel „ad octo vel decem ad ſummum, non a viginti ad gin

Digitized by Google

„ginta, ſecundum laudatum authorem. Fœtus in utero „chylo materno, in gremio ſanguinis circulante, per „vaſa umbilicalia delato omnino nutritur, non ſangui„ne menſtruo; ſicut idem loqui amavit. Lac in mam„mis e chylo, eoque non multum mutato, ſecernitur, „non a materia per vias uterinas excerni ſolita; quem„admodum vir eruditus ſomniavit, qui tractatum de „emmenologia in juventute ſcripſit.

ET, T MULLER.

Art. 8. Fluxus menſium ordinario incipit quaſi motu naturæ critico ad finem *ſecundi ſeptenarii*, & definit ſimiliter circa finem *ſeptimi ſeptenarii*; nonnunquam citius inchoat, & diutius fluit. *Menſtruatio.*

„Cuidam puellæ *quinto ætatis anno* menſes erupe„runt. Alias nonnullas novi *octennes & nonennes*, qui„bus earundem fluxus incepit, ſed in hujusmodi ætate „præmatura; utcunque una vel altera vice fluxerunt, „vix unquam (quantum ego obſervare potui) conſtanter „menſtruatim evacuatæ fuerunt. Novi fœminam, ad„huc viventem, nunc *ſeptuagenariam*, ſi non aliquot an„nis ſeniorem, quæ ab incunte pubertate menſtruatim „recte purgata fuit, & jam nunc in tam provecta ætate „catameniis colore & conſiſtentia uſitatis, periodis ſo„litis, haud deſtituitur, cui per totum vitæ curſum uno „tenore minus interrupto cum optima valetudine jugi„ter fluxerunt. Haud ſcio, an univerſa medicinæ hi„ſtoria par exemplum ſuppeditet, nec ne.„ Ex quo hoc ſcripſi, aliud exemplum inter legendum mihi occurrit, ſcilicet in Tranſact. Philoſ. N°. 337.

Art. 9. Fluxus menſtruus eſt fœminis proprius; nam inter animalia nullum præter *ſimiam* & *barbum piſcem*, ſimilem pati fluxum dicitur: Nonnulli tamen, licet pauci, *viri* ſingulis menſibus talem fluxum per penem patiuntur. *Fœminis propria.*

Digitized by Google

„Hujuſce phænomeni præternaturalis & rariſſime „accidentis in toto vitæ curriculo duo tantum exempla „mihi cognoviſſe obtigit. Viris quoque (*inquit Liſter „in diſſertatione de humoribus*) menſtruum chyli ſuper„pondus, æque ac fœminis, accreſcit; ſed in *urinam* „convertitur, profluitque menſtruatim perinde ut vir„ginibus forte ante pubertatem, & vetulis rurſus a ces„ſatione menſtruorum. Hæc opinio in *Aphoriſ. 65.* & „*66. Lib.* I. *Sanctorii* fundatur. Scilicet, Corpora quo„que virorum ſana & moderatiſſimo victu utentia ſin„gulis menſibus fiunt ſolito ponderoſiora, unius ſcilicet „duarumve librarum pondere; & redeunt ad conſuetum „pondus circa finem menſis, ad inſtar mulierum; ſed „facta criſi, per urinam paulo copioſiorem; vel turbi„diorem. Ante dictam criſin menſtrualem a ſomno „factam, vel gravitas capitis, vel corporis laſſitudo per„ſentitur, & deinde paulo copioſiora urina evacuata „omnia ſedantur.

MENSIUM SUPPRESSIO.

ETTMULLER.

Menſium ſuppreſſionis curatio.

Art. 10. Quibus menſes nunquam fluxerunt, & tamen ſanæ ſunt, medicamentis non ſunt tentandæ; menſtruatio enim eſt opus naturæ. In ſuppreſſione menſium inter purgantia *colocynthis* [ideoque *pil. ex duobus*] & *helleborus niger* menſes ſtimulare & uterum ſollicitare ſolent, præſertim ſi *mercurius dulcis* adjungatur. *Radices angelicæ, fol. marrub. alb.* &c. in vino infuſ. cum *aromat. quibusdam & amaris* in frequenti uſu ſunt. *Sabinum* eſt fortiſſimum remedium, & ejus oleum eſt potentiæ ſtupendæ ad menſes ciendos & fœtum pellendum, ut etiam *borax veneta; ariſtolochia* eſt fere ſpecificum.

Indicationes curativæ.

Art. 11. Indicationes curativæ ſunt, quæ ſequuntur. Primo, Ventriculi chyloſis imprimis eſt rectificanda. Secundo.

Digitized by Google

Secundo, Sanguinis cruditas volatilibus, salinis, aromatibus, est corrigenda. Tertio, Humorum visciditas vasa uterina obstruentium iisdem incidenda. Quarto, His peractis, remediis appropriatis fermentatio menstrua stimulanda est. Menses stimulandi sunt statu fluxionis tempore, si cognosci possit; si non, interrogandæ sunt, an non singularem interdum in corpore percipiant sanguinis motionem, & agitationem, & insolitos dolores lumborum, & pulsationes in locis vicinis, aut febriles efferveſcentias &c. tunc enim temporis propinanda sunt *stimulantia:* Si vero nulla horum adsunt, monent practici, quod convenientissime dentur specifica tempore novilunii & crescente luna. „Empiri„cum est (inquit *Forestus*) menses in extenuata provo„care niti. *Rosmarinus* aliquid singulare habet in mor„bis mulierum a mensibus obstructis ortis. Urina nigra in mensibus suppressis est bonum signum.

FARRAGO.

Art. 12. *Mercurius* (inquit *Pitcarnius*) melius cum vi ejusdem generis & majori, fluxum menstruum provocat, quam *mars*. Idem affirmari licet de *auro*, si atteratur (& atteri potest) in partes adeo parvas, ut earum superficies, habita ratione molis tantæ sunt, quæ reddent partes illas aquæ levitate pares. Morbi lepra, fluor albus, lues venerea, scorbutus, &c. *auro quam mercurio* tutius atque citius sanabuntur. *Virtutes Mercurii & auri in hoc & aliis morbis domandis.*

„Radix hellebori nigri veteribus in frequenti usu „*humoribus attenuandis, & privatim mensibus moven„dis* nuperis annis moderna praxi redintegratur, & non „infimum locum inter *emmenagoga* obtinet, præcipue „ubi ob calorem hecticum *chalybeata* porrigere nefas „esset. In mensium suppressionibus quandoque etiam „locum habent externa remedia, qualia sunt *suffitus*, „*balnea*, *fomenta* &c. pro certo his plurimum usus est „*Hippocrates*. *Radix Hellebori nigri.*

Digitized by Google

Medicamenta alia. *Art. 13.* Præter dicta *emmenagoga cantharides cum camphora* (dos. ana gr. ij. ad vj.) menses movent; *martiata omnia*, *ens veneris*, *extractum ecphracticum*, *tinctura martis*, *enema hysterícum*, *enema terebinthinatum*, *electuarium martis*, *infusum chalybeatum amarum*, *mistura ecphractica*, *vinum chalybeatum*, &c.

MENSIUM DIFFICULTAS.

ETTMULLER.

Mensium difficultas. *Art. 14.* In quibusdam mulieribus præcipue sedentariis (& quæ nunquam pepererunt) menses cum vehementi dolore & perturbatione fluunt; dolores patiuntur tanquam colici, & parturientium similes, aut hysterico affectu laborantium, &c. & si non mature succurratur, metus est, ne omnino supprimantur menses.

Curatio. *Art. 15.* „Si medicus in ipso paroxysmo & præsenti „dolorifica excretione consulatur, præscribere debet „*carminativa* & *stomachica.* Extra paroxysmum eadem exhibenda sunt ac in catameniorum suppressione; in paroxysmo conveniunt *clysteres carminantes* & *terebinth.* qui difficiles menses facilius promovent; laudatur *sperma ceti.* Si dolores sint maxime atroces & symptomata gravissima, *laudanum* propinari debet, sed non sine *menses moventibus consociatis.* Pro usu externo fotus sequens,

℞ *Flor. Laur.*
—— *Artemis. ana* Mij.
—— *Puleg.* Mj.
—— *Chamæm.*
—— *Sambuci ana* p. j.
Rad. Angelic.
—— *Levist. ana* ℥ij.
Bacc. Laur. ℥j.
—— *Junip.* ℥ß.
Concis. & contus. coq. in Vin. Hispan.
q. s. vase clauso.
F. Fotus.

Art.

Digitized by Google

Art. 16. Cum menſes per loca aliena effluant [per oculos, aures, nares, gingivas, vias ſalivæ, œſophagum, alvum, veſicam, mammas, cutim, vulnera, ulcera, &c.] *ſaphæna* ſecari debet, aut *cucurbitulæ* inguinibus, femoribus internis vel ſuris applicari. *Menſes per loca aliena egredientes.*

HAMILTON.

Art. 17. Fœminæ nonnullæ ſub tempus catamenio- rum corripiuntur doloribus ita acerbis, ut illorum, qui parturientes excruciant, pæne ſint æmuli: ád quos leniendos nihil unquam novi præſtantius, quam *oleum amygdalarum dulcium* vel *lini* recenter expreſſum ad ℥ß. vel ℥vj. vel per ſe vel cum *ſyr. violar.* ſing. noct. per menſes aliquot. [Hoc remedium expertus laudo, ſed in majori quantitate exhiberi debet.] *Remedium ad dolores catamenio- rum.*

MENSIUM FLUXUS NIMIUS.

SYDENHAM.

Art. 18. Menſtruorum fluxus naturaliter conſtitutus capacitatem teſtæ ovi anſerini implet. Patet autem immodicus ex difficili tolerantia, virium lapſu, inappetentia, cachexia, colore cadaveroſo, & pedum intumeſcentia. *Fluxus menſium nimius.*

Art. 19. Mittatur ſanguis e brachio ad ℥viij. Sequent. mane ſumatur *potio purgativa communis*, repetaturque alternis diebus ad duabus alias vices; & noctibus poſt purgationem *Paregoric.* e *Syrup. de Meconio* exhibeatur, diebus a purgatione vacuis ſumat ſequentia. *Curatio.*

℞ *Conſerv. Roſar. ſiccat.* ℥ij.
Trochiſc. de Terra Lemnia ℥iß.
Cortic. Granat.
Corall. rubr. præparat.
Boli Armenæ ana ℥ij.
Lapid. Hæmatit.
Sang. Draconis ana ℥j.
Syr. Cydonior. q. ſ.
M. F. Electuarium.

De

Digitized by Google

De quo ſumat ad magnitudinem nucis Moſchatæ majoris mane & hora quinta pomeridiana, ſuperbibendo ſequentis Julapii Cochlear. VI.

℞ *Aq. Germin. Quercuum*
—— *Plantag. ana* ℥iij.
—— *Cinnam. Hordeat.*
Syrup. de Roſis ſiccis ana ℥j.
Spirit. Vitriol. q. ſ. ad gratam aciditatem.

℞ *Fol. Plantag.*
—— *Urtic. ana q. ſ.*

Contundantur ſimul & ſuccus exprimetur & poſtea clarificetur; de quo capiat Cochlear. IV. vel ſæpiuſcule ad libitum. Applicetur Emplaſtrum ſequens regioni Lumborum, ℞ *Emplaſtrum de Minio & ad Herniam ana partes æqual. Extendantur ſuper alutam F. Emplaſtrum* regioni lumborum admovendum.

ETTMULLER.

Fluxus menſium nimius.

Art. 20. In omnibus nimio menſium fluxu laborantibus ventriculi robur enervatum eſt, & ut plurimum adeſt dolor in dorſo, & circa lumbos; fœminæ ſunt ſcorbuticæ, tactu molles, & habitu quaſi aquoſo præditæ. In mulieribus ſeneſcentibus nimia menſtruatio plerumque incurabilis eſt.

Curatio.

Art. 21. In curatione fluxus non eſt ſubito nimis ſiſtendus, ne graviora mala inducantur. *Rhabarbarum* præ reliquis purgativis laudatur, quoniam pollet vi aſtringente; *venæ ſectio* culpatur, fluxum enim vehementiorem reddit. „Quotidiana tamen experientia „docemur, venæ ſectionem Revulſionis gratia celebra„tam plurimum prodeſſe; ſecanda eſt vena in Brachio, „& ſanguis partitis vicibus mittendus *digito per vicat „foramini impoſito:* ita etiam multas vidimus, quæ de„tracto ſanguine multo convaluerunt, cum nullis aliis „remediis

„remediis possit reprimi fluxus.„ Conveniunt *opiata*, speciatim *semen hyoscyami* [unde valet *electuarium Boyleanum*] item *succus plantaginis*, *urticæ*, *menthæ*, *decoctum cort. granatorum visc. quercin. tinctura & syr. e coral. saccharum saturni*, &c. cum fructu usurpantur. Ex *marte præparata*, licet menses stimulant, tamen fluxum nimium constringunt; chalybeata enim proprie sunt *astringentia*. „*Mercurius & Mars* (inquit *Pit-*„*carnius*) fluxum nimium ventris & menstruum im-„modicum tollunt, æqualiter tollendo impedimenta „aliarum secretionum, & sic eas augendo, cum per „circularem motum ad omne corpus æqualiter ferantur.„ Sicut alias hæmorrhagias, ita in specie uterinas sistunt *stercora animalium*, imprimis *caninum*, *asininum*, *& suillum* [hoc ultimo utuntur rustici *in mictu sanguineo jumentorum*]. Pulvis sequens vel huic similis in frequenti usu est cum vino rubro,

℞ *Coral. Rubr. præparat.*
Lapid. Hæmatit.
Bol. Armen. ana ʒj.
Borac. Calcinat.
Alum. Crud. ana ʒß.
Laud. Opiat. gr. iv.
M. F. Pulv. N°. vj.

Sumatur una bis in die. Spongia cum *vino rubro & aceto* imprægnata vulvæ applicari potest, vel *sperma ipsum ranarum* cum pauco *aceto & alumine* linteis multiplicatis eodem loco usurpatum a quibusdam laudatur. Si mulier sit *bibacula* omnia erunt frustra. „Malum „hoc frequenter diuturnum est (inquit *Waldschmidius*), „& viam sternit ad hydropem vel atrophiam; & quæ „semel morbo hoc graviter laborarunt, plerumque „manent *valetudinariæ*. Conveniunt *blandiora eva-*„*cuantia* non fortiora; *sudorifera* sunt proficua, priva-„tim *rob sambuci*, *juniperi*, &c.

HAMIL-

Digitized by Google

HAMILTON.

Remedium singulare.

Art. 22. In nimio menſium profluvio eminet apozema ſequens, ℞ *Cort. aurant.* N°. vij. coq. in aq. font. ℔iij. ad ℔ij. colatura edulcetur cum ſacchar. alb. doſis ſit coch. x. ter quaterve in die. Hoc medicamentum magno cum ſucceſſu præſcripſi, præcipue ſi nulla pars placentæ poſt partum vel abortum remanet [*expertus laudo*]. In nimio etiam menſium fluxu *pil. carthartic. cum opio* exhibere ſoleo, unde fluxus menſtruus & ventriculi morbi diminuti ſunt *p. 41.*

Alia remedia.

Art. 23. „*Uſnea cranii humani* ad fluxum ſiſtendum „a quibusdam multum laudatur; ſed præ omnibus quot„cunque miſtura acida (16. 199.) cum vino Florentino „copioſe ſumpta utramque adimplet paginam, ut fre„quentiſſime expertus ſum. Sunt & alia quamplurima „remedia, quæ ſunt uſus eximii in hoc affectu, uti „*hauſtus japonicus*, *pulvis hæmoptoicus*, *tinctura roſa„rum*, *fotus ad hæmorrhoidum fluxum immodicum*, &c.

FLUOR ALBUS.

SYDENHAM.

Fluoris albi deſcriptio.

Art. 24. Quod effluit modo album, modo pallidum, modo flavum, viride, aut ſubnigrum, modo acre & erodens, tetrum quandoque & graveolens; decoloratur facies, dolet ſpina dorſi, proſternitur appetentia, oculi pedesque intumeſcunt. „Animi mœror „gravis & diu protractus fluorem album frequenter pro„ducit, teſte *Sylvio Deleboe.*

Methodus medendi.

Art. 25. Ut cura recte incipiatur, inſtituenda eſt *venæ ſectio*, & poſtea *catharſis* ad tres vices; & deinde curativæ indicationes ad ſanguinem invigorandum corroborandumque omnino dirigendæ ſunt; itaque ægra aggrediatur uſum ſequentium remediorum:

℞ *Theriac.*

Digitized by Google

℞ *Theriac. Androm.* ʒ ß.
Conserv. Flaved. Aurant. ʒj.
Diascord. ʒß.
Zinzib. condit.
Nuc. Moschat. condit. ana ʒiij.
Pulv. e Chel. cancr. comp. ʒiß.
Cortic. exter. Granat.
Rad. Angelic. Hispan.
Coral. rub. præp.
Trochisc. de ter. Lemn. ana ʒj.
Bol. Armen. ℈ij.
Gum. Arab. ʒß.
Syr. e Ros. sicc. q. s.
M. F. Electuarium.

De quo sumet ad magnitudinem nuc. mosch. major. ter in die hor. medicis per mensem integrum, superbibatque infus. sequent. coch. vj.

℞ *Rad. Enul. Campan.*
—— *Imperator.*
—— *Angelicæ.*
—— *Calami Aromat. ana* ʒß.
Fol. Absinth.
—— *Rorismarini,*
—— *Marrhub. Albi,*
—— *Centaur. min.*
—— *Calaminth. Vulg.*
—— *Salviæ siccæ ana* M. j.
Baccar. Junip. ʒj.

Incidantur minutim, & infund. frigide in vin. canarin. ℔iv. *coletur usus tempore.* Vescatur *cibis eupeptis*, & abstineat ab usu *olerum & fructuum qualiumcunque*, & singulis pastibus bibat *vinum Hispanicum.* Eadem fere methodo, atque iisdem remediis *diabetes* sanatur, omissis solummodo *venæ sectione & catharsi.*

FULLER.

Digitized by Google

FULLER.

Differentia. *Art. 26.* Fluorem album ab ulcere uteri & gonorrhœa ſcite diſtinguere operæ pretium eſt. In *fluore albo* dantur plerumque laſſitudo ſpontanea & lumbago gravativa. Humor effluens ut plurimum albidus, ſubinde flaveſcens, ſeroſus plus minus pituitoſus, & mucoſus; in mali initio inodorus & mitis; pedetentim vero acrescit, & excoriat. In *ulcere* dolor ſentitur, & mordicatio in utero, vel ejus cervice, idque a principio; materia exſtillans eſt ſanioſa, cruenta, vel purulenta, alba, levis, æquabilis, & ſæpe fœtida. In *gonorrhœa* acerrimus torquet urinæ ardor, & ſtranguria, quæ inter meiendum exacerbantur. Colluvies depluens eſt plerumque parcior, quam in fluore albo, craſſior tamen multo, alba primum, poſtea flava, vireſcens, acris, exedens, ſed raro fœtida. Pudendum mucoſa quadam materia conſpurcatur; & interdum etiam exulceratum deprehenditur. *Gonorrhœa* (quod habet *Charleton de Catameniis*, p. 151.) certo poteſt ab uterino fluore internoſci, quod prorumpentibus catameniis, non definat, ſed cum his, & mox ab iis ſanatis perſiſtat: *uterinus* vero *fluor* ceſſet in menſium eruptione & aliquanto poſt tempore.

Ab ulcere uteri.

A Gonorrhœa.

ETTMULLER.

Qualis eſt morbus & quibus contingit. *Art. 27.* Fluor albus in initio plerumque eſt mitis, progreſſu vero temporis eſt acris ac mordax, & a colore albo flaveſcit, vel virideſcit, & graveolet; omnibus ætatibus contingit, puellis trium vel ſeptem annorum natis, vetulis, &c. menſtruatis & non menſtruatis, ante & poſt menſium periodum, gravidis etiam; typum aut periodum certam nullam obſervat, ſed nunc copioſius nunc parcius fluit, nunc menſes comitatur, nunc iisdem ceſſantibus aliquamdiu perſtat; *circa menſtruationis tempus tamen uberius ante & poſt ſcaturit.* Nihil aliud eſt procul dubio quam *gonorrhœa muliebris*, virili

Digitized by Google

virili non virulentæ analoga, ex glandulis proſtatis effluens [de *ſede & ætiologia* hujus morbi optime diſſerit Author noſter]. Quod in naribus coryza, in oculis nimia lacrymatio, in faucibus tuſſis & ſcreatus, talis eſt fluor hicce in fœminis.

Art. 28. In curando hoc affectu exhibendum eſt *vomitorium* imprimis, & poſtea *ſtomachica* ſunt propinanda, & cruditas cachectica corrigenda per *chalybeata & volatilia*, & poſtremo ſpecificis morbus eſt profligandus; *purgantia* parcius adminiſtranda, niſi *rhabarbarum* & *mercurius dulcis*; *ſudorifera* & *diuretica* præcipue in ſcorbuticis ſunt proficua, maxime decoctum *e lignis* & *terebinth.* Decoctum *e roremarino* diutius continuatum hunc morbum ſanat, decoctum *nucis pineæ cum ligno viſci quercini* ſæpius hauſtum; item *lamii flore albo* pæne ſpecifica audiunt; ut & *oſteocolla.* [*camphora* teſte *Greenfield*]. *Curatio.*

„Electuarium ex viſco arboreo (parum enim diſcri„minis eſt in qualemcunque arborem creſcat) cum q. ſ. „albumine ovi & tantil. Syr. de Ath. larga doſi exhibi„tum diuque continuatum ex multiplici experientia fluo„rem album certo certius ſanare compertum habeo. „Vires *mucilaginis baccarum* nondum expertus ſum.

FARRAGO.

Art. 29. Differentia inter fluorem muliebrem Gallicum & non Gallicum (inquit *Pitcarnius*, in MSS.) eſt quod in *Gallica* humor ſit tenuis & ſeroſus plane; in *fluore albo & non Gallico* viſcidus. *Differentia inter fluorem Gallicum & non Gallicum.*

Art. 30. Fluor albus, etiamſi non ſit virulentus, (ſecus ac in viris) tolli non poteſt, niſi remediis *lui venereæ* propriis. De curanda gonorrhœa vide (9. 121.) ex MSS. *Pitcarnii.* *Tanquam gonorrhœa curatur.*

Art. 31. Remedia quoque ſequentia quandoque in uſu ſunt; *electuarium de colophonia, elect. ſtyptic. emulſio ſtyptic. hauſtus contra fluorem, hauſt. japon. hauſt. ſaturn. pil. ad colluviem, pil. ſaturnin.* *Alia remedia.*

Digitized by Google

FUROR UTERINUS.

SENNERTUS.

Furor uterinus est species maniæ.

Art. 32. Furor uterinus pertinet ad maniam, & peculiaris ejus ſpecies eſt. Fœminæ in inſania illa Venerem potiſſimum appetunt, vel ea non ſatiari poſſunt. Cauſa eſt ſemen nimis copioſum & præfervidum.

Curatio.

Art. 33. Hic inſanus amor curatur, ſi nimius ſeminis proventus prohibeatur, aut legitima venere evacuetur, vel medicamentis abſumatur.

CONCEPTUS ET STERILITAS.

SENNERTUS.

Conceptionis ſigna.

Art. 34. Conceptionis ſigna præcipua ſunt, retentio ſeminis in utero, ſuppreſſio menſium, ciborum faſtidium, ventris tumor verſus ventriculum acuminatus, motus in utero perceptio, non fluctuantis aquæ, nec flatus vagantis ſpeciem referentis, ſed motus lenis, blandus ordinatusque, tandemque mammarum intumeſcentia papillarumque color in lividum mutatus, & lac in mammis collectum: hæc ſigna ſi omnia adfuerint, non amplius fœmina dubitet ſe eſſe gravidam. Urina eſt mendax. Vide plura ſub titulo Mola (14, 39, 41.) „Gravidam mulierem cognoſces (inquit *Hippocrates* „*de ſuperf.*) ſi oculi cavi videantur, & album oculorum „nativam non habeat albedinem, ſed lividum ſit; nec „non ſi cibum averſetur, oris ventriculi morſu torqueatur, & ſaliva abundet. Recenſita ſigna (ut recte „*Sponius* in locum) ſunt æquivoca, tam in gravida „quam in non gravida reperiri poſſunt: ex his itaque „ſolis non licet medico graviditatem aſſerere, ſed tantum ſi cum aliis multis concurrant; cumque intricatiſſima res ſit graviditatis cognitio, caveat medicus, „ne uno aut altero tantum male fretus ſigno, temere „nimis

Digitized by Google

„nimis ſuam de illa proferat ſententiam: debet itaque „tota ſignorum ſyndrome perpendi.

ETTMULLER.

Art. 35. Nonnullæ mulieres extra gravidationem libidine pruriunt, ſed facta conceptione ardor videtur extinctus. Cláuſura uteri eſt ſignum conceptionis; exploranda eſt obſtetricis digito. Signum conceptionis pathognomonicum non datur. Cito poſt conceptionem mulieres frequenter ſentiunt frigus quoddam, vel horrorem, vel horripilationem quandam circa corporis peripheriam, ſaltem mulieres dicunt ſe ſentire neſcio quid: hinc ſuccedunt ſymptomata varia circa ſtomachum ac digeſtionem, vomitiones, pica, &c. venter ſenſim attollitur, maxime circa regionem umbilicalem & ſurſum, imprimis circa lineam albam prominet, regiones laterales quodammodo æquales, & quaſi depreſſæ, quod probe obſervandum eſt. „Fœminæ nonnullæ, „pauciſſimæ licet, *fluxum regularem menſtruorum* per „totum gravidationis curſum patiuntur, aliis eisque fre„quentioribus *ad quatuor vel quinque primos a conceptio„ne menſes*, minore licet ſingulis vicibus quantitate ſolent „fluere, donec omnino ſupprimantur. Ordinario, ſi „catameniorum fluxus ultra *quartum menſem* diutius „protrahatur, fœtum imbecillem ac valetudinarium „reddit, ſi *ultra ſextum*, mulier abortione periclitatur.

Alia ſigna.

Nota bene.

Art. 36. Gravidatio a tumore hydropico ex ſignis ſequentibus diſcernitur; color faciei vividus, vivacitas & vigor oculorum ſignificant geſtationem; in hydrope vero perit oculorum nitor, &c. In gravidis tumor abdominis ſurſum vergit, eſtque inæqualis; contra in hydrope. Quo ſe vertunt hydropicæ, eo labitur aqua; ſitis in hydrope eſt major; ſentitur fluctuatio in hydrope; ephelides (II. 3.) in facie apparentes eſt ſignum ingravidationis. [Gravidis facies (inquit *Barbette*) aut nativa eſt, aut valde collapſa; morbidis tumida plerumque & decolor].

Quomodo diſtinguitur ab hydrope.

Digitized by Google

Sterilitas. *Art. 37.* „Quoad ſterilitatem. Adhuc in tenebris „(inquit *Liſter*) ſunt generatio & utriusque ſexus virtu„tes: uteri, qui ſani & ſecundum naturam ſe habent, „prolis quidem concipiendæ potes ſunt; at in quo con„ſiſtit iſta ſanitas, quæſtio eſt. Quando mas (inquit „*Ettmullerus*) emittit genituram [debitæ conſiſtentiæ] „largiter; & quando nullum adeſt vitium conformatio„nis, mas abſolvitur, & vitium ſterilitatis eſt in fœ„mina, quæ mille modis poteſt impediri.„

MOLA

SENNERTUS.

Mola quid. *Art. 38.* Mola eſt maſſa informis ſine oſſibus & viſceribus ex imperfecta conceptione loco fœtus genita; aliquando una, nunc plures molæ excluduntur; nonnunquam ſolæ, ſine fœtu, nunc ante, nunc cum, nunc poſt fœtum; nonnunquam pluribus annis in utero geſtantur. [Mola nulli fœminæ accidere poteſt ſine viri conſuetudine].

Quomodo diſtinguitur a vero conceptu. *Art. 39.* Mola diſtinguitur a conceptione vera per motum: motus enim molæ eſt ſaltem tremulus & palpitans, non vero in omnem ſitus differentiam, ut in vero fœtu accidit; præterea ſi fœmina de latere in latus convertitur, mola in latus, in quod decumbit, inſtar lapidis volvitur cum inſigni ponderis ſenſu. Quin etiam fœtus verus a mola diſcernitur a figura ventris, qui cum fœtu præcipue verſus umbilicum attollitur & acuminatur, & verſus latera utrinque molliter coarctatur; in mola vero in omnem dimenſionem æqualiter intumeſcit. Mammæ quidem in mola intumeſcunt, ſed lac verum in iis non generatur, ſed cruda tantum materia a menſium ſuppreſſione. Molæ ſunt periculoſæ, ſi ſolæ ſint; pluribus annis utero hærent, quibusdam etiam conſeneſcunt; interdum vero nullum incommodum præter moleſtiam & pondus afferunt.

Art. 40.

Digitized by Google

Art. 40. Ad deturbandam molam ex utero, primo conducit *venæ sectio*, deinde fortis *purgatio*, eaque repetenda, & ultimo *menses moventia* sunt exhibenda, & etiam quæ fœtum mortuum vim habent expellendi, & secundinas retentas movendi; *pessus* quoque interdum usurpatur; his incassum tentatis ad *chirurgiam* deveniendum est. Interdum etiam accidit, ut fœminæ *varia monstra viventia* præter & contra naturam generent, ut passim videre est apud authores practicos. *Molæ expulsio.* *Monstra.*

ETTMULLER.

Art. 41. Ex liquorum & membranularum confusione sub primis gestationis mensibus oritur mola aquosa vesicularis ex pluribus membranaceis particularibus capsulis conflata; „nempè ex *hydatidibus* infinitis inter se „connexis varia magnitudine, & vasculis sanguiferis „quamplurimis in immensam molem, tactu mollem, „& undique defluentem constare solet; hujusmodi *mo-* „*lam vesicularem* ipse vidi ex utero fœminæ excusam „cum ingenti fluxu sanguinis; illa vero convaluit, & „alios liberos peperit.„ *Mola aquosa vesicularis.*

UTERUS INFLATUS.

ETTMULLER.

Art. 42. Uterus inflatus intumescit non secus ac in gravidis, & sensim augetur, menses simul supprimuntur, aut parcius fluunt, quin & lac in mammis generatur, unde tales se gravidas esse credunt; in hoc statu manent ultra gestationis tempus ad annum integrum vel diutius, & postmodum vel medicamentis, vel supervenientibus doloribus parturientium, vel interdum sine his excludunt ex utero solummodo aliquos *bombos* & *flatulentias*, & venter subsidet; unde hic affectus *mola ventosa* seu *flatuosa* appellatur a quibusdam: interdum vero sine manifesta talium flatuum eruptione in- *Uterus inflatus.*

Digitized by Google

sensibiliter flatus exhalant, & venter subsidet. Videtur fieri occasione genituræ maris sine conceptione in utero contentæ. Tumor non prominet præcise in medio abdominis, sed in omnes dimensiones se expandit, nunc augetur, nunc diminuitur; insignis tensio dolorque sentitur, pondus est minus, quam in conceptione legitima.

Quomodo flatus discutiendi sunt.

Art. 43. Flatus uterum distendentes ejiciendi sunt aperto uteri orificio interno, item remediis internis fortiter *purgantibus* & *alterantibus* discutiendi sunt.

SYDENHAM.

Excrescentia carnosa in abdomine.

Art. 44. Sunt duæ species tumorum abdominis hydropem mentientes fœminis familiares. Prima est *carnium* in partibus intra abdomen excrescentia præternaturalis, quæ ventrem in molem haud minus conspicuam attollit, quam solet inclusa aqua. Altera species *flatibus* ortum debet, qui non tumorem tantum, sed & alia ingravidationis signa pariunt, & veram conceptionem æmulantur, tandem vero venter, pari quo increverat gradu, sensim detumescens spem vanam eludit. (42)

Flatus.

UTERI HYDROPS.

BOERHAAVE.

Hydrops uteri.

Art. 45. In cavo uterino, clauso accurate ejus ore interno, sæpe colligitur tanta aquæ copia, ut integrum abdomen mentiatur *ascitem;* morbus est difficulter cognoscendus ob signa fallacia *graviditatis.* (36.)

Curatio.

Art. 46. Curatur laxatione oris uterini per *fomenta, vapores, uterina* adhibita, &c.

ETTMULLER.

Uteri hydrops.

Art. 47. Uteri hydrops est tumor ejus aquosus, qui fœminas decipit, ut se gravidas æstiment; constat ex copiosa limpida aqua, rarius crocea; interdum conjunctus est hic hydrops cum gravidatione vera [quod ipse

Digitized by Google

ipſe novi]. Signa ſunt fluctuatio, & delapſus a latere ad latus, indolentia tumoris preſſi, inſignis gravitas in vulvam incumbens. Hydrops uteri diſcernitur ab aſcite, ſi color faciei ſit bonus, ſitis nulla, tumor incipiat a parte inferiore, &c. Hydrope uteri poſt conceptionem correptis fœtus inter aliquot menſes abortu ejicitur. Obſervandum quoque eſt, quod poſt fluxum aquæ intereant mulieres. *Quomodo diſtinguitur ab aſcite.*

Art. 48. „Verus uteri hydrops eſt morbus rariſſi- *Curatio.*
„mus, ſi cum fœtu conjungatur parum aut nihil tentan-
„dum eſt; nam partu incipiente *aqua hydropica* ultro
„effluere ſolet.„ In genere eadem remedia, quæ alias in *aſcite* uſurpari ſolent, hic locum habent, ſpeciatim *elaterium cum mercurio dulci*, ut & *vomitoria* & *clyſteres acres*, item *uterum ſtimulantia*, ut *borax*, *crocus*, *extractum ſabinæ*, *caſtoreum*, *myrrha*, &c. Injectiones uterinæ *ex decoct. mezer. thermæ ſulphureæ*, &c.

HYDROPS OVARII.

SYDENHAM.

Art. 49. Hydrops ovarii oritur ab obſtructione in teſticulorum alterutro, quæ ſenſim ejusdem craſin ſubvertit, ubi repoſita morbi minera, tunica ejusdem mirum in modum diſtenditur, qua jam tantum non crepante, natura humori excipiendo veſiculas quasdam ſuggerit, quibus tandem disruptis, & in abdominis cavitatem ſe exonerantibus, eadem occurrunt ſymptomata ac in *aſcite*. *Hydrops ovarii unde oritur.*

BOERHAAVE.

Art. 50. Notabilis hydropis ſpecies ovaria mulierum ſæpe occupat, qui morbus ut plurimum ſteriles annoſasque mulieres obſidet; difficulter cognoſcitur, & vix ſine inciſo cadavere; curatur vero nunquam, ſed tranſit ſæpe in *aſcitem*. *Quibus accidit.*

Digitized by Google

Hiſtoria. „Fœmina innupta viginti quinque circiter annos „nata ventrem ſenſim intumeſcentem habuit anni ſpatio „ad parturientis magnitudinem. Medicis, quos con„ſuluerunt, graviditatis ſuſpicio incidebat; obſtetrices „rem ita ſe habere audacter affirmabant; mulier ipſa „inſontem accuſare conſtanter inſtabat. Ego acceri„tus, certiorque de rerum ſtatu, examine prius inſti„tuto, factus, illam *hydrope ovarii* laboraſſe, & mor„bum incurabilem eſſe pronunciavi. Poſt ſeptimanas „aliquot mortua eſt; ſectoque cadavere in abdominis „cavo invenimus aquæ coloris citrini ſeſquicongium; „in infimo ventre tumorem caput humanum æquantem „ad hypogaſtrium dextrum aliquanto vergentem; *ſini„ſtrum tamen eſſe ovarium* in adeo ingentem maſſam „turgeſcens, altero ſano, ſtatim agnovimus; in ſuper„ficie conſpiciuntur nonnullæ *hydatides*, una ovum „anſerinum æquans, reliquæ minores. Tota moles „ſeptem pondo pendebat. Tumorem facta inciſione „plane *ſtrumoſum eſſe*, & de ſpecie *ſteatomatis* liquido „deprehendimus. Uterus erat ſanus, & in ſtatu virgi„neo; glandulæ meſentericæ tumefactæ, tres reliquis „inſigniores ovum columbinum æquantes, ſtrumoſæque „erant de genere *Meliceridis*. Jecur & lien parum dis„colorata, non vero ſcirrhoſa. In thorace aquæ, illi „in abdomine analogæ, libræ duæ repertæ ſunt; alter „pulmonum lobus pauliſper abſumptus: cor ſanum; „totum corpus valde emaciatum. In noſocomio D. „*Thomæ* plusquam triginta abhinc annis cadaver fœminæ „eodem morbo defunctæ ſectione patefactum vidi, unde „juſtam ac legitimam *diagnoſin atque prognoſin* præce„dentis caſus proferre mihi contigit.

In Transactionibus *Regiæ Societatis Londini* N°. 38. „inſigne & ſingulare exemplum habemus hujus morbi „larga ſectione curati per D. *R. Houſtoun* in fœmina „quinquageſimum octavum annum agente. Medici „& chirurgi locum videant.

Hujusmodi

Digitized by Google

„Hujusmodi quoque sunt *hydropisies enkistées gallis* „appellati, sive *hydropes in cistis inclusi*. Integrum „abdomen quandoque adimplent visceribus coarctatis, „& in angustias detrusis, sacco ab ovario, vel partibus „circa ovarium originem ducente. Admodum curiosa „est historia hujus affectus apud *Du Verney Memoir. de „l' Acad.* p. 187. lectu dignissima. *Hydrops in cista inclusus.*

ABORTUS.

RIVERIUS.

Art. 51. Abortus est immaturi fœtus exclusio. Signa antecedentia sunt lumborum coxarumque gravitas insolita, & ad motum segnities, appetentia dejecta, rigor aut horror per vices recurrens, capitis dolor, præsertim circa oculorum radices, laterum ventrisque superioris constrictio, mammarum detumescentia & extenuatio; si vero dolores frequentes & fere continui renes & lumbos excrucient, qui versus pubem & os sacrum exporrigantur, cum quodam ex utero egerendi conatu, certum imminentis abortus indicium est; si autem dolores illos & conatus sanguis purus vel serosus vel aqua ex utero profluens subsequatur, abortum instare, & disrupta vasa & membranas, atque os uteri apertum esse significat. *Aretæus* testatur, se nullas vidisse servatas ex iis, quibus in abortu vel post abortum *convulsiones* supervenerunt. Abortus in primipara periculosior est. *Abortus signa.* *Signa imminentis & instantis abortus.* *Prognosis.*

Art. 52. Ad abortum præcavendum maximo in usu sunt *radices tormentil. mastiches, & grana kermes*, circa *emplastra* hoc animadvertendum est, ea non diu esse gestanda, sed per intervalla removenda; alioqui diutius lumbis affixa renes adeo calefaciunt, ut miseræ mulieres aliquando urinæ ardore afficiantur, vel arenulas aut sanguinem mingant. *Præcautio.*

Art. 53. Mulier quædam, quæ tres abortus consequentes passa erat, a duobus mensibus gravida patiebatur dolores *Venæ sectio aliquoties repetita.*

Digitized by Google

dolores circa umbilicum & lumbos, qui abortum minabantur, *venæ sectionem* imperavi, statim liberata est; sed eadem symptomata accesserunt eo prorsus tempore, quo menstruas purgationes pati consueverat extra graviditatem, ideoque iterata fuit *venæ sectio* mense 3, 4, 5, 6, 7, & 8, recurrentibus doloribus, & tandem mense 9. peperit filium, &c.

ETTMULLER.

Effluxus aquarum immaturus.

Art. 54. Interdum per aliquot septimanas aut per mensem fit aquarum ex utero effluxus immaturus, quod periculosum est; metus enim est, ne fœtus moriatur; hoc vero aliquando evenit citra ullam noxam.

Ad præcavendum abortum.

Art. 55. Ad abortum præcavendum commendatur *decoctum verben.* item *grana kermes;* ex regno animali *cancri fluviatiles, tinctura coral. succus cydon. citri, pulvis pelliculi ex ventriculo gallinarum exsiccat.* Externe *panis tostus vino generoso madefactus,* & aromatibus consperſus abdomini & lumbis applicatus. Abortus a serosa *cachexia* metuendus decocto *lign. guaiaci* optime præcavetur.

Vomitus in gravidis.

Art. 56. Vomitus in gravidis, si diutius continuatur circa medium gestationis tempus, potius *phlebotomia,* quam aliis remediis compescendus est: ultimis mensibus est admodum periculosus, tunc blande *laxantia* sunt exhibenda, & appropriata *stomachica;* externe *emplastrum stomachicum magistral.* „Vomitio in gra„vidis, (inquit *Hamilton*) quæ sitim excitat, & lin„guam aridam reddit, *leni catharsi* (videlicet cum *pul. „tartar. quercetan.* ℥ß. vel ℈ij.) felicissime sanatur; „propinari etiam debet *oleum amygdalarum dulcium.*„ pag. 13. & 48.

FARRAGO.

Prognosis.

Art. 57. „Quæ abortum consequuntur symptoma„enixarum communia sunt; periculosior tamen e„abortu

„abortus quam partus maturus; periculosior quoque est „sexto, septimo, & octavo mense.

Art. 58. Sequens est medicamentum *Solenandri*, *Remedium singulare.*

℞ *Mastich.*
Thur. Alb. ana ʒß.
Myrtil.
Bol. Armen. Orient. Lacrym.
Sang. Dracon. ana ϑß.
M. F. Pulvis.

Hujus pulv. ʒj. infarciatur dactylus, ejecto nucleo ligneo, involvatur charta, mandefiat deinde vino clareto, & calefiat sub cineribus, deinde edatur. Hoc remedium in fluxu nimio mensium, & etiam in fœtu retinendo efficax esse experientia didici (inquit author) primum *Bononiæ* a præceptoribus edoctus.

Art. 59. Oleum sem. lini contra abortum est singulare experimentum authore D. *Hamilton* p. 42. In usu quandoque sunt *emplast. smectic. Tabulæ embryonum* (instar omnium) *fotus astringens, fotus stomachic. electuarium contra abortum, mistura consolans, mistura acida, tinctura rosarum*, &c. *Alia remedia.*

Experientia constat (*inquit La Motte*) mulieres alias aliis diutius fœtum in utero gestare. Usitatissimus partus terminus ad finem noni mensis accidere solet; nonnullæ vero mense 7mo, 8vo, 10mo, 11mo, immo addit author, non ante integrum annum pariunt. „Ex observatione liquet, infantes octavo mense „natos frequentius mori, quam qui septimo nascuntur, „quod valde obscurum est.

PARTUS DIFFICILIS.

ET TMULLER.

Art. 60. Dolores parturientium legitimi & optimi sunt, qui continuo ex lumbis incipientes secundum abdomen deorsum protenduntur ad regionem pubis usque: *Dolores parturientium legitimi.*

que: hinc clunes & coxas occupant, & ita tremorem genuum inferunt, qui *ſpasmorum* eſt effectus.

„Si quando dolores ad pedes & brachia tendunt, „male ominantur. Ex obſervatione conſtat, quod fœminæ, quæ partum primum facile abſolvunt, de partu „in partum difficilius habent, & ſæpe vel in partu vel „in puerperio moriuntur, quo vero laborioſius pariunt „primiparæ, eo melius habent de partu in partum.

Dolores nothi.

Art. 61. Dolores nothi, qui fœminis aliquando accidunt, ſunt plerumque *colici*, *iliaci*, aut *hyſterici*; at a veris parturientium diſtingui poſſunt; quandoque vero cum *veris* conjuncti ſunt.

De diſruptione membranarum.

Art. 62. Non ſemper conſultum eſt membranas diſcindere, & non faciendum, niſi indicia imminentis partus ſufficientia adſint; & fœtus legitimum habeat ſitum.

Partus difficilis cauſæ.

Art. 63. Tres ſunt circumſtantiæ præ reliquis, quæ partum difficilem & periculoſum reddunt; fœtus mortuus, hæmorrhagia partum præcedens, aut convulſiones. Funiculus umbilicalis fœtus frontem communiter cingit; quando vero aliquot gyris collum aliamve partem circumvolvatur, caſus eſt periculoſus.

Situs vitioſus.

Art. 64. Situs fœtus vitioſus eſt maxime periculoſus, quando pedibus primo prodit infans, ita ut etiam manus deorſum inclinent: Nam ſic fit, ut egreſſo corpore orificium uteri internum circa collum ſe ſtringat, ita ut caput adhuc in utero hæreat (tales fœtus dicuntur *Agrippæ*;) ubi non poteſt emendari talis poſitura, obſtetrix ſaltem alterutrum brachium eo dirigat, ut ſurſum verſus ad caput vergat, &c.

Enema quandoque injiciendum.

Art. 65. Alvo exiſtente clauſa, vel inteſtinis flatu *turgidis enema carminativo-emolliens* ad facilitandum partum optimâ conducit, immo in ipſo partu. De agendis inſtante partu, & de officio *obſtetricis* conſulatur author p. 1114. [De obſtetricio optime ſcripſit *Deventer*, & alios omnes longe antecellit.]

Strictura

Digitized by Google

Strictura quædam breves, perfectam obstetricandi artis ideam complectentes, maxime ex Deventerio *depromptæ, qui ultra omnes hanc* chirurgiæ partem *luculentissime tractavit, partus difficilis* causas *clarissime demonstravit, & modum* partus incommoda *arte removendi significanter indicavit.*

Cognitio ossium pelvem constituentium, ejusdemque pelvis figuræ obstetricibus imprimis utilis est, immo necessaria; aliter enim cæcutientes, temere, & inconsulto auxiliatrices acturæ sunt; atque ut *distinctam pelvis ideam* concipiant, *Sceleton* iterum iterumque conspicere debent; ubi observare licet in sceleto muliebri partes infimas ossium sedentariorum magis plerumque distare, neque adeo deorsum versus ossis coccygis acumen inflecti, quam in masculo sceleto, id quod sapientissimus atque benignissimus Creator ita constituit, ratumque habuit ad evitationem plurium adhuc partuum difficilium, qui tamen satis frequentes sunt. *Pelvis cognitio necessaria.*

Capacitas & figura pelvis in mulieribus varia est. Magni interest qualis sit pelvis forma sive conformatio in gravidis æque ac in parturientibus; linea recta est norma sui & obliquæ; ita pelvem formatam qui cognoverit, pravam dispositionem facile deprehendet. Pelvis in quibusdam est *nimis angusta*, in aliis *nimis ampla*, & patentior quam par est, in quibusdam denique non satis distantiæ intercedit inter ossa pubis & os sacrum ejusdemque appendicem os coccygis, hujusmodi *pelvis plana* dicitur. Omnes hæ pelvis pravæ formæ diversa incommoda afferunt in praxi occurrentia. *Figura & capacitas varia.*

Obstetrices inexpertæ tangentes fœminam digitos in vaginam recta protendunt secundum longitudinem fœminæ, & hoc pacto offendunt ossis sacri curvamen, unde digitis resilientibus ore uteri non invento confunduntur; sed ex constructione pelvis luculenter patet (quod probe animadvertendum est) *cavitatem ejus longitudine sua non secundum longitudinem spinæ dorsi tendere,* *Situs oris uteri.*

Digitized by Google

dere, ſed ab imo oblique anticam verſus aſcendendo pr[illegible] di, quaſi per eam umbilicum ventris attingere velis: qu[illegible] quærentes os uteri non recte verſus curvatum os ſacrum digitos intendere debent, ſed ab imo ſurſum tendere, quaſi per mulierbria *umbilicum* attingere velint.

Quomodo ſe habet ante & in partu.

Uterus & vagina ſibi invicem coadunata ſunt, uterusque qua in acutum terminat parte, prope ipſius os, in vaginam intruſus eſt, vel acuminatus prominet; ita ut in fœminis non impræ̃gnatis, immo & prioribus graviditatis menſibus, *tactu percipiatur acuminatus:* at in partu os pariter cum utero laxatum adeo & extenſum eſt, ut vagina cum utero videatur *unicum quaſi utrem* conſtituere, orisque uteri & vaginæ differentia ſentiatur nulla, niſi quod vagina tenuior molliorque. Os vero uteri calloſius ſit, nec tum *acuminatum quid* tactu percipiatur. Ex hac rerum mutatione, ſi opus fuerit, optime conjecturare licet *propinquitatem & longinquitatem temporis pariendi;* certum autem tempus inde infallibiliter præfiniri non poteſt.

Uteri poſitura varia.

Certiſſimum eſt, veras difficillimorum partuum cauſas non adeo dependere a *pravis poſituris* infantum in utero, quam a *perverſo ipſius uteri ſitu.* Quo majorem gravidæ fœtum geſtant, eo altius uterus in ventrem aſſurgit, cum enim cavitas pelvis non ſufficiat ad capiendum prægrandem uterum, uno vel pluribus infantibus ex omni parte abſolutis una cum ſecundinis & humoribus repletum, exinde neceſſario ſequitur, ultra oram pelvis in cavitatem ventris, uterum aſcendere: atque tum poſituram naturalem aut retinet, aut non; ſi retineat, vocatur *uterus rectus & bene ſitus*, atque tunc acuminata ejus pars recta tendit *in cavitatem pelvis*, fundus vero circa *umbilicum* verſatur: Poſitura autem mutata, huc vel illuc aliquantulum inclinatus *uterus obliquus vel prave ſitus* appellatur, quorum inſigniores ſunt quatuor; *primus*, quando os uteri nimis ſuſpenſum ab antica parte ad oſſa pubis adigitur, & infans capite

Digitized by Google

in ossa pubis facile impingens hæret immobilis, aut quod deterius est, capite super ista ossa transfertur. *Secundus* pravus uteri situs est, quando in ventrosis mulieribus uterus pronus propendet, ore ad os sacrum conversо. *Tertius*, quando fundus uteri in latere sinistro paulo altius vel demissius ponitur, ore ad spinam dextri ossis ilii vel pubis conversо; huic contrarius est *quartus & ultimus.* Ex his & hujusmodi obliquis uteri posituris oriuntur partus difficiles, unde matris vel infantuli vel utriusque interitus sequitur, nisi solertis obstetricantis opera serventur.

Uteri descensus ante puerperium.

Aliquot diebus ante puerperium prægnantis venter aliquantulum extenuatur, quod tunc temporis bene situs infans in cavitatem pelvis *prono capite delabitur*, quod felicis partus est præsagium: Infans enim prave situs vel uterus obliquatus in cavitatem pelvis haud ita prompte illabitur. Sed istiusmodi descensio plerumque gravidis *aliquid incommodi* affert sive eundo, sive mingendo, sive dejiciendo, sive hæmorrhoides producendo, &c. Scilicet a pressione capitis infantis, immo interdum muliebria intumescere facit. Hæc incommoda non facile nisi post partum evanescunt.

Signa instantis partus.

Tandem tempore partus jam-jam imminente dolores lumborum ac inguinum cum *vi deprimente* vices ingruentes sentiuntur, & humor aliqualis glutinosus profluit; qui, cum rubescere incipiat, certissimum partus indicium est. Callida obstetrix genuinos dolores a spuriis *tactu facile dignoscat:* hi enim os uteri arctius constringunt, genuini vero illud dilatant. Adest insuper sanguinis vehemens commotio, faciei rubor, concussio & tremor totius corporis, maxime genuum aliis concitatur vomitus, &c.

Partus naturalis.

Partus naturalis (ubi scilicet recta datur uteri ac infantis positura) est, *qui sola naturæ vi* sine arte vel alieno auxilio perficitur, obstetrice haud indigens, nisi ut infantulum excipiat, & funem umbilicalem abscindat, &c.

In

Digitized by Google

In difficili partu quomodo parturiens adjuvanda est.

In quibusdam vero maxime in mulieribus annosis res non adeo facile expeditur. Ideoque instante partu, obstetrix, ut laboranti opem quam maximam ferat, altera manu in vaginam immissa & dorso conversa, digitorum apices, quousque potest, subter caput infantis insinuet, caute tamen, manum ibi tenens immotam, donec dolor irruat: alteram manum extrinsecus, abdomini imponat, super fundum uteri; deinde doloribus irruentibus ipsa simul incipiat utraque manu cooperari; manu scilicet intra corpus deprimat contra ossis sacri acumen, quod retrorsum premendum est; altera manu extrinsecus uterum deorsum leniter premat. *NB.* Maxima apertio & amplificatio pelvis, qua pateat fœtui via, *a retrocessu ossis sacri vel totali vel quod acumen ejus sive ossis coccygis expectanda est.* In ipso parturiendi articulo, præcipue *pelvi plana existente*, optimum ad partum facilitandum adjumentum datur *osse coccygis* fortissime detrudendo, idemque singulis dolorum paroxysmis irruentibus repetendo.

Dolores naturales & genuini.

Ad partum felicem facilemque requiruntur dolores naturales, suo tempore & modo, *instar nimbi irruentes*, quibus ventris & intestinorum musculi in uterum faciunt, quasi a corpore expellendus esset: atque horum dolorum impulsu aperitur uterus, fœtusque in ostium expellitur & mulier partum edit: hi vero dolores quandoque *pravi vel irriti* sunt, quos vocant aut vocare possunt *feroces aut tergiversantes dolores*, quodammodo irruentes quidem, sed non penetrantes, neque veram depressionem facientes, sed tandem re infecta cessant, ac in cruciatum aut spasmum laborandique impotentiam mutantur. In hujusmodi tergiversantibus doloribus medicamentis propellentibus non est utendum, quia exinde cruciatus ingravescunt; sed contra lenientibus & anodynis.

Dolores tergiversantes.

Parturiens tactu exploranda.

Obstetrix parturienti advocata, habito brevi examine, illam sine mora *tactu explorare* debet; tactus autem

autem fit duobus prioribus digitis, ut eo melius singula sensu distinguantur. Ex quo cognitionem *situs uteri* assequetur: certior facta erit, an os uteri situm sit *super mediam pelvim*, *an in antica ad ossa pubis*, an *in postica ad os sacrum*, *an in dextro*, *an in sinistro latere*, *an os uteri apertum sit*, *& quam late pateat*, *& quid in eo prævium exhibeatur*, *caputne an aliud membrum*, *seu aquæ protuberantes*. Si os uteri sit in media pelvi & vertex infantis in ostio oris uteri, tunc nullo negotio opus est, & solum expectandum, dum natura parturientem dolorum impetu ad laborandum concitet.

Indicia partus difficilis.

Sin vero, ore uteri in pelvim directo, obstetrix tactu nec caput, nec nates possit sentire, nihil in ostio se exhibente præter aquas, quæ cœperunt extuberare, isthæc *partus difficilis* indicia sunt; & obstetrici incumbit non otiosam esse, & nisi habilis sit *ad peritum chirurgum obstetricantem* confugiendum est; infans enim transversus prodit, quare mox post *aquarum effluvium* caput in ostium producendum est, aut infans pedibus extrahendus.

Prava infantis versio.

Si loco capitis altera solum manus, pes, genu, cubitus, vena umbilicalis, aut manus una cum pedibus prodeant, idem periculum imminet. Si podex prævius exhibeatur, tunc minus periculi, siquidem infans cum valentioribus doloribus complicatus excludi potest, at vero si obstetrix egregie callet artem, *sub aquarum effluvium* infantis situm facile mutare potest, pedesque in ostium producere, unde facilior adhuc enixus. Si pes unus prodeat, alter adjungendus est, aliter metus est, ne *coxa luxetur*.

Positura uteri tactu exploranda.

Si obstetricis tactu deprehendatur, quod os uteri super mediam pelvim non situm sit, sed in antica in ossa pubis, aut in postica ad os sacrum, aut in latere ad ossa coxendicis nimis conversum sit; grave periculum imminet, præcipue *quanto magis uterus a recta positura declinat*: tunc a natura enixus non sperandus

eſt; cunctatio nihil commodi ſed multum mali inferre poteſt; ideoque maturato opus eſt: iſtiusmodi enim uteri poſituræ mortem afferre ſolent infanti, & parturienti etiam, *ſi ſoli naturæ id negotii committatur, aut non niſi vulgares ſuppetiæ ferantur.* Partus experto chirurgo excludendus eſt, periculum ſubinde ingraveſcit, opera fit difficilior, cruciatus parturientis aggravantur, viresque ad ferendos dolores deficiunt, cunctando remisque velisque pleniſſimis in diſcrimen fertur parturiens, ſed maturata partus excluſione periculum ſubterfugit.

Difficultas ex mala uteri poſitura, & ex pravo infantis ſitu.

Licet uteri poſitura ſit percommoda, *ſi fœtus in illa præve ſeſe verſat*, difficilem partum ſequi neceſſe eſt: & vice verſa, utut infans recte ad excluſionem ſitus ſit, uteri tamen perverſa poſitura partum dabit difficilem, major difficultas pariendi e parva hac uteri poſitura reſultat, quam a pravo infantis ſitu, ſed maxima omnium adhuc & fere inſuperabilis difficultas *ex ambobus ſimul conjunctis exoritur.*

Nota bene.

Utero denique ſeu recte ſeu plus minus oblique poſito, ſi aquis effuſis; membrum aliquod (ſive manus ſive pes, &c.) excluſum ſit, id indicat partum confeſtim ac ſine mora excludendum eſſe.

Vis uteri contractiva.

Mirabilis eſt vis uteri contractiva; inſtante partu, cum aquæ effluxerunt, illico uterus decreſcit, & ſtricto adeo coanguſtatur, ut infantem compreſſe concludat; quare mox poſt defluvium aquarum infantem excludi neceſſum eſt, *vel partus difficilis expectandus.* Si fœtum excluſum non ſtatim ſecundina ſequitur, fundo adhuc adhærens, uterus mox contrahitur; & niſi quid ſanguinis concreti remanſerit, poſt aliquot horulas non niſi multo labore poteſt recludi ad ſecundinam extrahendam. Partu jam edito, & ſecundina excluſa, ſi manus aliquamdiu in utero retineatur (quod obſtetricantium eſt officium) ſentiet uterum circa manum *contrahi & occludi*, quod ſemper evenit, niſi corpus quoddam heterogeneum contractioni obſtet. Quo-

Digitized by Google

Quocirca protinus ab exclusione infantis *manus utero immittenda est* extrahendæ fecundinæ causa; quoniam, si hoc fit sine mora, sine ullo puerperæ dolore vel incommodo fieri potest ore uteri adhuc patente; hoc modo puerperium tutissime ac certissime penitus absolvitur; ex hoc enim optimo scrutinio obstetrix certior facta est, non solum an secundina libera sit vel cohæreat, & num unus adhuc vel plures infantes adhuc vivi vel mortui restent, vel si quid alienum excludendum sit, sed etiam num frustula quædam secundinæ, aut membranarum residua sunt in utero aut sanguinis grumi, &c. *Quid faciendum sit partu excluso.*

In pelvi *ampliore* periculum est, ne inter parturiendum uterus ipse vel vagina ligamentis nimium laxatis *una cum fœtu prolabatur:* ad hoc grave malum præcavendum obstetricis est diligenter operam navare manibus suis os uteri fortiter sustinendo. *Procidentia uteri præcavenda est.*

Si funiculus umbilicalis solus, vel cum manu, cubito, humero vel genu prodeat obstetrici accurate observandum est *momentum, effluvii humorum,* ut immediate manu immissa in situm infantis inquirat, secum dijudicans, an consultius sit, caput in ostium dirigere, aut infantem pedibus extrahere; & quod tutius censet & commodius, efficiendum: præstat enim infantem mora *pedibus extrahere*, quam capiti in ostium dirigendo diutius immorari, & nihilominus vel tandem ad pedes quærendos necessitate adigi. *Effluxis aquis urgendus est partus.*

In genere in qualicunque uteri obliqua positura, vel infantis prava versione methodus tutissima promptissima, minusque dolorifica, partum accelerandi est *infantem pedibus extrahere*, idque in principio laborum, mox post effluvium aquarum, quamprimum constat parturientem genuinis parientium doloribus laborare; hoc pacto plures mulieres ac infantes aliter perituri servarentur. *In omni fere difficultate tutior methodus est infantem pedibus extrahere.*

Digitized by Google

Clysterum usus. Parturientibus solenne est, vel *clysterem emollientem* adhibere ad intestina crassioribus excrementis exoneranda, & meatus laxiores reddendos, vel nonnunquam *stimulantem*, ut pigri dolores excitentur. Insuper nonnulli chirurgi obstetricantes maxime commendant *syphonem*, quo inter labores oleum in internos corporis meatus quaqua versum injiciatur, sed hoc tanquam necessarium non est judicandum.

Instrumenta. Instrumenta ad partum educendum quod attinet, rarissime dicam? immo ne unquam quidem usui esse possunt, præterquam infantibus incuria neglectis, vel monstris excludendis.

Infans in utero mortuus. Pro certo cognosci vix potest vivine an emortui sint infantes in utero, ex tactu maxime signum omnium certissimum obtinetur, scilicet *cuticulæ capitis supremæ dissolutio*, quæ non nisi post obitum infantis contingit.

Instantibus magnis hæmorrhagiis fœtus exclusio arte præstanda est. Prægnantes quandoque ex vehementi animi affectu, casu, collisione vel nimia extensione hæmorrhagia facile corripiuntur, quæ *profluvia immodica & continua* ex avulsione secundinæ oriuntur, nec fisti possunt, adeo ut sanguis conglobatim distillans deliquia tandem inferat, & nisi fœtus excludatur convulsiones sequuntur, & mors; quocirca in hoc casu extrema non expectanda, sed in tempore *fœtus extrahendus est.*

Art. 66. „Inter signa fœtus mortui in utero ab au„ctoribus recensita certissimum (inquit *Baglivus*) & fere „infallibile est *Tenesmus*, sive crebra voluntas fæces *Aneurisma internum.* „dejiciendi mulieri superveniens. Puerperæ sæpius in„opinato moriuntur, (inquit *Waldschmidius*) quatenus „ob nimium parturiendi conatum aneurisma internum „rumpitur, & sanguis in cavitatem nobiliorem effun„ditur, cujus causam sæpe non cognoscunt adstantes & „medici, nisi post mortem aperto cadavere.

Remedia pellentia. *Art. 67.* Non conveniunt remedia *pellentia*, nisi in partu naturali, in præternaturali ab iisdem abstinendum. Præter remedia usitata ad partum facilitandum, & so-

Digitized by Google

& fœtum pellendum commendatur decoctum *ſtercoris equini*, item *aurum fulminans*, tanquam ſingulare & ultimum remedium, *pulvis teſticulorum equin.* a practicis laudatur. *Sternutatoria* aliquando fœtus excluſionem adjuvant. In caſu deſperato, fœtu mortuo, *vomitoria fortiora* ſunt exhibenda, privatim *mercurius vitæ* ad expellendum fœtum. Quidam exhibent *ol. ſuccin.* a gt. xxij. ad xxx. uſurpantur etiam quandoque *balnea emollientia & laxantia*, *miſtura hyſterica ſpirituoſa*, *trochiſci hyſterici*, *trochiſci de myrrha*, &c.

SECUNDINA RETENTA.

WALDSCHMIDIUS.

Art. 68. Obſtetrices & adſtantes ſæpius nimis indulgent parturientibus, easque poſt enixum partum e ſella dimittunt, utut *ſecundinæ* nondum extractæ ſint; verum in eo erant graviſſime, quandoquidem parturiens nunquam dimitti vel in lectum deduci debet, niſi prius ſecundinas reddiderit. Hæ autem tutius ac commodius manu perita ab utero divelluntur, & extrahuntur, ubi funiculus umbilicalis, qui indicis loco eſt, recens adhuc eſt: Quod ſi orificium uteri jam clauſum ſit, debet apice unius digiti iterum aperiri, & digitus prudenter circumduci, donec & alter inſeri poteſt: Jam ſi digitos ad fundum uteri usque exporrigere poſſis, quærendus eſt locus, ubi ſecundinæ utero adhærent, & digito inter uterum & placentam inſerto caute hæc divellenda; cavendum vero, ne forte ipſum apprehendas uterum, quem facile dignoſces, cum placenta ob vaſorum congeriem admodum inæqualis & durioris ſit ſuperficiei. „Secundina retenta brevi poſt putreſcit, „hinc febris & dolor ventris inſignis & tormina infra „umbilicum circa uteri regionem ſuperveniunt: ſin „fruſtulatim prodeat, aliquando crudelem hæmorrhagiam excitat, adeſt difficultas anhelitus, halitus fœtens „into-

Secundina retenta.

Symptomata ſecundinæ retentæ.

Digitized by Google

„intolerabilis, lipothymiæ, & tandem convulsiones. „Quæ per genitalia excernuntur, post aliquot dies sunt „sanioſa, & horrende fœtorem cadaverosum referentia „partem secundinarum in utero relictam indicant, quæ „succesſive sub putrilaginis forma ex utero effluit.

Remedia pellentia.

Art. 69. „Remedia secundinas pellentia eadem fere „sunt ac ea, quæ in partu difficili & fœtu mortuo usur- „pari solent, speciatim *pulvis secundin. human. præp.* „item *pulvis sabin.* ʒß. *cum croc.* ϑß. ut & *oleum succin.* „*borax*, *castoreum* &c. Euporiston vulgare pro usu „externo est cataplasma *ex sem. lini in oleo lini coct.* „De injectionibus & pessis vide locum p. 1128.

LOCHIA.

ET TMULLER.

Lochiorum fluxus ratio.

Art. 70. Post partum uterus denuo fibrarum suarum beneficio se contrahit, sicque spongiæ instar compressæ liquores contentos exprimit, unde purgamenta seu lochia succedunt. Effluit primo sanguis fere purus, hinc dilutior, & postremo materia mucosa alba: quantitas & tempus durationis hujus purgationis variumest; nonnullæ ad dies quindecim purgantur, aliæ ad octo solummodo.

Sudor.

Art. 71. Sudor puerperis est proficuus usque ad diem septimum vel nonum; & si hoc eveniat, incolumes sunt, aliter vix sine febre aut aliis gravioribus symptomatibus puerperium transigunt; sed cavendum est, ne *nimius sudor* lochiorum fluxum sistat.

Cautela.

Art. 72. Cautus sit medicus; ne turbet motum naturæ, cum lochia per aliena loca excernantur; fit enim aliquando cum euphoria.

De lochiorum suppressione.

Art. 73. „Si quando cum lochiorum suppressione „sanguinis perturbatio insignis cum vomitu, siti & vigi- „liis adfuerit, sæpe *laudanum croco* administum cum se- „lici successu exhibitum novi (inquit *Willisius.*) Dolen- „tibus mammis post partum, lactis causa, lochia sup- „pri-

Digitized by Google

„primuntur frequentissime; remittente mammarum „dolore lochia libertati restituuntur, ut recte observa„vit *Baglivus*.

Art. 74. Ad lochiorum fluxum promovendum conducunt sequentia, ex *myrrha præparata*, *crocus*, *borax*, *castoreum*, *radix zedoariæ*, *antimonium diaphoreticum*, *sperma ceti* ad sanguinem fluidum reddendum in symptomatibus gravioribus *laudanum*, *emmenagoga omnia*, *aristolochia* fere præ cæteris fœtum mortuum, secundinas, & lochia, potenter movet. *Remedia ad fluxum promovendum.*

Art. 75. Ad fluxum lochiorum nimium conducunt *cydoniata*, *tinctura & syrupus e coralliis*, *lapis hæmatitis*, *crocus martis astringens*, *blanda acida*, *trochisci de carrabe*, *Alumen ad* ℈j. *in conserv. ros. rub.* *In fluxu nimio.*

DOLORES POST PARTUM.

ETTMULLER.

Art. 76. Dolores post partum sunt quasi *tenesmus uterinus*, & cum vehementiores sint, fluxum lochiorum impedire solent. *Herb. chærefol.* & *sperma ceti* a practicis valde laudantur, & præcipue *oleum amygdalarum dulc.* item *decoctum flor. chamæm. antihysterica & nervina* [*anodyna* cum cautela adjunctis *antihystericis & croco.*] „*Tinctura succin.* cum aq. cinnamon. extracta „& cum *exigua cinnamom. quantitate* temperata est speci„ficum (inquit *Baglivus*) egregius etiam est *bolus ad* „*casum*. Cepæ cum vino coctæ, & postea cum oleo „in sartagine frixæ, contusæ, & supra ventrem calide „more cataplasmatis applicatæ statim dolorem sedant „(inquit *Bayrius*.) *Remedia ad dolores post partum.*

De accidentibus quibusdam aliis, quibus aliquando obnoxiæ sunt gravidæ & parturientes.

ETTMULLER.

Art. 77. Gravidæ aliquando circa labia pudendorum œde- *Tumores œdematosi.*

œdematoſe intumeſcunt; in tali caſu fotus diſcutiens ex *calce viva* eſt egregius, teſte *Lyſero*. Item convenit fotus ex decoct. *fol. cham. & ſambuc.* in vino & aq. [vel potius in *vino & lixivio ten. coct.*] item *flor. melilot. & ſem. fœnugr.*

Alia accidentia.

Art. 78. In pudendorum excoriatione vel ruptione prodeſt *oleum hyperici & roſar. & cum ovis contuſ.* In fiſſuris *decoctum raparum* aut linimentum ſequens,

℞ *Cer. Alb.* ℥ß.
Ol. Amygd. Dulc. ℥j.
Balſam. Peruv. ℥iv.
M.

Ruptura Perinæi.

De ruptura *Perinæi* & curatione per ſuturam vide locum p. 1140. „*Ruptura Perinæi* eſt malum miſera„bile & valde moleſtum, & ſi non tempeſtive curatur, „admodum indecorum futurum; ideoque obſtetricis eſt „officium (quandocunque iſtud infortunium acciderit) „rem non celare, (uti peſſimus mos obtinuit) ſed ſtatim „auxilium *periti chirurgi* advocare, ut partes disruptæ „ſutura, ut artis eſt, conjungantur.

Art. 79. Ad lac fugandum applicetur mammis *emplaſtrum de cicuta*, lac imminuet, & indurationem prohibebit, item *diachyl. ſimpl.* & emulctio lactis in *ferrum candens*. „Solenne eſt etiam mulierculis *linteа* „*duplicata ſpiritu vini intincta* axillis ſupponere in eum„dem uſum.„ In genere in omnibus mammarum affectibus mamilla affecta raro ad ſanitatem perducitur, niſi altera ſana lacte exſiccetur. Inflammationes mammarum rariſſime diſcutiuntur; aqua *calcis vivæ* ſi quæ alia [forſan cum *ſale armoniaco*] inflammationem reſolvit, & diſcutit; prodeſt etiam *cataplasma ex farinis, emplaſt. e ſpermate ceti, de cicuta*, &c. De tumore duro indolente ſcirrhoſo periculum eſt, ne in cancrum degeneret, *diſcutientibus* & *penetrantibus* tractandus eſt,

De lacte fugando & mammarum affectibus.

Digitized by Google

est, ut *empl. de ranis cum mercurio*, de *cicuta cum ammoniaco*, &c.

FEBRIS LACTEA.

ETTMULLER.

Art. 80. Circa tertium vel quartum a partu diem supervenire solet febris, quam vocant *lacteam*, biduum vel triduum durans, dum lac perfectum in mammis generetur, circa septimum aut nonum a partu diem, sudore blando terminatur, & raro sub praxin medicam cadit. *Pulveres testacei*, & *blanda diaphoretica* indicationi satisfaciunt; promovendus est quoque *lochiorum fluxus*, eodem tempore, si non sufficienter fluant. *Febris lactea facillime curatur.*

Art. 81. In omnibus febribus acutis & malignis puerperarum respiciendum est ad *lochiorum fluxum*, & ad symptomata in primis viis. Admodum periculosæ sunt hæ febres, nisi statim in principio diarrhœa, lochiorum fluxu, aut simili evacuatione solvantur. In specie tinnitus aurium & gravitas capitis tertio aut quarto die supervenientes generis nervosi symptomata graviora innuunt; quibus si accedant summa præcordiorum anxietas, respiratio difficilis cum pulsu debili & inæquali, res desperata est. *Febres malignæ puerperarum.*

Art. 82. In his febribus summa habenda est ratio lochiorum; nam si suppressa fuerint, fluxus eorum est provocandus; si vero non amplius fluant, & antea rite fluxerint, febres hæ, *ut aliæ*, curandæ sunt. Puerperarum febres sunt plerumque *malignæ;* in quibus *sal volat. C. C. succini*, *cinnabaris antimonii*, *antihecticum Poterii*, *tinctura coral.* &c. sunt valde proficua. *Curatio.*

FEBRIS MILIARIS.

HAMILTON.

Art. 83. Febris *miliaris* a pustulis sive vesiculis seminis milii speciem referentibus nomen accepit; febris *vesicularis* *Ratio nominis, & accurata morbi descriptio.*

Digitized by Google

vesicularis etiam appellari licet. Vesiculæ primo sunt plenæ sero limpido, deinceps subflavo, perlarum colore non absimili. Hæc febris est specie duplex, videlicet *simplex*, quoties hæ pustulæ erumpunt solæ; *composita*, cum pustulæ papillares rubræ miliaribus sunt interspersæ, quæ ubi solitariæ sunt, vulgo appellantur *Historia.* a Rash. Hanc febrem sæpe comitantur dolores colici, nephritici, pleuritici, rheumatismatici, vel parturientis æmuli; nec non oppressio pectoris cum depressione spirituum, vigiliæ, & spirituum commotio, a Hurry in the Head vulgo dicta, quoties ægræ ad somnum se componunt, pulsus frequens & debilis, &c. Hæ pustulæ plerumque in pectore, collo & digitorum interstitiis, interdum etiam in toto corpore sunt conspicuæ. Difficillimum est eruptionis diem assignare; quantum autem assequi possum, eas opinor decimo aut undecimo die a principio plerumque pullulare; si modo febris habet progressum regularem; & circa decimum octavum, vel, ubi materia morbifica abundat, circa vigesimum primum vel secundum diem deficcari.

Puerperis frequenter accidit. *Art. 84.* Est morbus usitatissimus in puerperis [vocatur ab *Ettmullero febris purpurata* p. 401.] a primo calore interno vel dolore ante partum, ad eruptionem a partu, frequenter dies n°. undecim. In puerperis hac febre correptis diarrhœa est symptoma periculosum, eruptionem & lochiorum fluxum impediens. Respiratio difficilis, vox faucibus hærens, & linguæ tremor, præcipue dyspnœa vernosa periculosa sunt.

Curatio. *Art. 85.* Ad curationem quod attinet, *testacea* sunt exhibenda, quæ calorem fovent mediocrem, simul & edulcorant, & *diaphoresin* promovent; *vesicatoria* sunt applicanda alia post alia per totum fere morbi decursum.

℞ *Spermat. Cet.*
Pulv. e chel. Cancror. comp. ana ℈j.
Croc. gr. v.
Syr. Paralyf. q. f.
M. F. Bolus.

Sexta

Sexta quaque hora sumendus. Spirituum defectus, oppressio cum suspiriis, sunt hujus febris signa pathognomonica. *Antimonium diaphoreticum* est medicamentum ad pustulas miliares emittendas, nec non ad levandum delirium a me sæpissime comprobatum dos. ℈j. sexta quaque hora.

DELIRIUM IN PUERPERIO.

Art. 86. „Delirium in puerperis est symptoma gra- *Delirium in puerperis.*
„vissimum in morte sæpissime desinens, vel in maniam „diuturnam, aliquando perpetuam transiens.

Art. 87. „Remediis internis fluxus lochiorum, si *Curatio.*
„opus sit, est sedulo promovendus; tibiis applicanda „sunt *emplastra epispastica*, & plantis pedum cata„plasma sequens,

℞ *Capit. Papav. cum Seminib. contus.* ℥iv.
Sal. Armoniac. ℥ß.
Stercoris Bovis recent. ℔j.
Spirit. Vin. q. s.
M. F. Cataplasma.

UTERI PROCIDENTIA.

ETTMULLER.

Art. 88. Uteri procidentia, vel magis proprie *pro- Uteri procidentia.*
lapsus sinus pudoris, *seu vaginæ*. In initio est tantum exiguus tumor foras propendens inter pudendi labia, in majorem molem concrescre solet ad magnitudinem ovi anserini, aliquando capitis infantis, & ad genua usque propendens interdum ulceratur, immo gangræneſcit. Ortum plerumque ducit a fluore albo vel partu difficili, vel ab impetu obstetricis, hæc postrema est fere incurabilis.

Art. 89. Pars prolapsa convenienter in situm natu- *Curatio.*
ralem reponenda est; *fotus astringentes* sunt usurpandi in *vino*

Digitized by Google

in *vino rubro & aqua ferrariorum* decoct. quemadmodum in ano prolapso (12. 99.) item *fotus metroprocticus* Sydenhami (16. 145.) &c. „*Pessi suberei* syndone „involuti interdum adhibentur. Interna sint *Rhabarbarum*, *calomel*, *chalybeata & amara*, & ut verbo dicam remedia *ad cachexiam & fluorem album.* Decubitus in lecto ad aliquot septimanas nonnullas hoc malo „liberavit.„ Abscindi potest imminente *Gangræna*, de qua operatione consulantur scriptores chirurgici.

„Utcunque recordandum est *peritissimi Barbetti* „effatum. Uterum (inquit ille) sine vitæ periculo „posse exscindi, quemadmodum multi medici scribere „ausi fuerunt, perito anatomico intolerabile censetur.

SYDENHAM.

Curatio uteri procidentia.

Art. 90.

℞ *Cortic. Querc.* ℥ij.
Coq. in Aq. font. ℔iij. *ad* ℔iv.
Sub finem addendo Cortic. Granat. Contus. ℥j.
Ros. Rubr.
Flor. Granator. ana M. ij.
Deinde adde Vini Rubr. ℔ß.
F. Fotus.

Qui cum pannis laneis parti affectæ admoveatur mane horis duabus, antequam e lecto assurgat, & nocte post decubitum, donec Symptoma penitus evanuerit.

CAPUT XV.

SIVE FASCICULUS MORBORUM DECIMUS QUINTUS.

MORBI INFANTUM IN GENERE.

HARRIS.

Infantum morbi ab una causa, nempe acido, plerumque oriuntur.

Art. 1. Temperies infantum humidissima est, & morbi eorum universi ejusdem generis sunt, & ab una

una eademque causa ut plurimum producuntur: quemcunque enim affectum pati deprehenduntur infantes, hoc vel illo nomine insignitum, raro aut nunquam iis deesse *fæces acidum redolentes*, & maxime ab initio ructuum acidorum copiam observare potui; ergo symptomata infantum singula *acido*, ut parenti, ortum suum debent. „Ἀρα ὀξὺς χωμὸς ἀνεπιτήδειος τῶν λοιπῶν μάλιστα ἔστι (inquit *Hippocrates de vet. med.*).

Art. 2. Facillime in morbos dilabuntur infantes, & nisi imperitius tractentur, facillime in sanitatem restituuntur. *Diagnosis morborum quibus invenstiganda est.* Percunctandum est, an nausea & vomitu, & quamdiu laborarint, an lac vel cibum coagulatum rejecerit; an importuni vagitus, vigiliæ & inquietudo torminibus ventris eos excruciari indicarint; an ructus acidi vel singultus emittantur; an tussis adsit; an sedes vel pauciores, quam par est, vel frequentiores fuerint; quo colore demum inficiantur, an albidæ, virideſcentes, vel bile sint admodum saturatæ; an sitiant & febricitent; an sint ulcuscula in ore *(Aphthæ dictæ;)* an epileptici sint; an tempus sit dentitionis; an tumescat abdomen; an color sit ictericus, vel phlegmonoïdes, &c.

Art. 3. Totidem sunt, quæ infantum pulsum accelerant, vel alias immutant, ut sententia exinde lata ut plurimum fallax futura sit. *Nulla pulsus aut urinæ habenda est ratio.* Urina infantum sanitate recta gaudentium est crassissima, adeo ut fere nulla exinde exsurgat indicatio.

Art. 4. Causæ procatarcticæ morborum infantilium sunt variæ, nimirum interdum præexistunt diatheses morbosæ hæreditariæ a principiorum generationis conditione ac statu deductæ, aut a matre gravida plurimum pendentes; post has, causæ eorum affectus popius respicientes ad quatuor capita referri possunt. *Causæ procatarcticæ morborum infantilium.* 1. Ad *frigus susceptum*, quod affectibus febrilibus infantes disponit, &c. 2. *Nutricis lac magis crassum*, quod debetur vel intemperantiæ lactantis circa liquores spirituosos, vel circa amplexus venereos (unde moventur menses),

Digitized by Google

menſes), vel paſſioni hyſtericæ, ſi nutrix ſit hyſterica. 3. Ad *præmaturam carnium deglutitionem*, quæ cruditates parit, exinde lumbrici & plurima incommoda. 4. Ad *potum liquorum ſpiritibus abundantium* conceſſum. Ventriculus infantum, a quacunque cauſa id, primario pendet, in acidam intemperiem nunquam non faceſſit, unde fit, quod alimentum ſuum nequaquam in homogeneam chyli ſubſtantiam rite conteratur, verum in quoddam coagulatum tranſeat, ex quo morbi fere omnes iis contingunt; quodque iſtiusmodi coagulatio aut cuipiam aciditatis gradui jugiter innitatur, aut ſaltem exinde proficiſcatur multo ſæpius, quam ab alia quavis cauſa, luculentiſſime conſtabit, ſi quæ ſenſibus ipſis, aut demum curationi (quæ acidum obtundentibus, & coagulationes ſolventibus optime inſtituitur) fides certo adhiberi poteſt.

Hypotheſis de acido confirmatur ex curationis methodo per abſorbentia.

Art. 5. Saltem ſi omnimodo vera non ſit noſtra hypotheſis de acido in omnibus puerorum affectibus prædominium habente, votis noſtris abunde ſufficiet, ſi per *teſtacea* & *remedia abſorbentia* dicta curationis methodus efficacior ac certior, quam ea, quæ hactenus paſſim obtinuit, evadat [quod experturo facile patebit].

Prognoſis conformatione, & corporis habitu, &c.

Art. 6. Corpulenti & obeſi infantes, pituita diffluentes, verticis regionem mollem (pulpæ ad inſtar tremulæ) & apertam, quam dicunt, Anglice **an open Mould**, ab anteriore ad poſteriorem cranii ſuturam perſæpe excurrentem diutius retinentes, Rachitidi, tuſſi convulſivæ, aphthis difficulter cedentibus, ac tandem ſcrophulis, maxime ſunt obnoxii. *Macilenti & ſtrigoſi* ſunt omnium tenerrimi, acerrimo calore aduruntur, & in febres peſſimi moris, hoc eſt, ſumme inflammatorias (pro ratione ætatulæ) & nervoſo generi adverſas, ſunt ut plurimum proclives. —— Pueri ex matribus hyſtericis, teneris, morboſis, &c. orti agroviori aliquo morbo difficilius convaleſcunt.

Art. 7.

Digitized by Google

Art. 7. Quod ad infantilium affectuum curationem attinet, in genere semper eorum imbecillitatem naturalem præ oculis habere imprimis oportet; & eligenda sunt medicamenta, quæ tenerrimis maxime conveniunt: etenim quo mitiora ac tutiora sunt remedia, quæ adhibemus, eo certius ex animi sententia succedet eventus. *Curatio.*

Art. 8. Quod ad *venæ sectionem* puerorum attinet, quamvis materiæ febrilis in pulmones metathesis infignior, & tusses convulsivæ eam in minimis infantibus quandoque exigant, tamen aperte constat eam non esse medicinam iis natura consentaneam, neque magis huic tenerrimæ, quam decrepitæ ætati accommodam. Et proinde minime necessarium duco ejus auxilium implorare in quibuscunque infantum affectibus, nisi in *tussibus istis convulsivis*, vel ubi *febrim* subito exortam *tussis importuna* concomitari solet: vel in *contusionibus* gravioribus, quæ nonnunquam contingunt. *Phlebotomia raro necessaria.*

ET T MULLER.

Art. 9. In infantum cura latet quid singulare in *mercurio dulci*, sed adhuc melius est *aurum fulminans*, dosis lactantibus est gr. j. vel gr. iß. pro dos. ij. horrendas dejectiones efficit, interdum etiam vomitus movet. In epilepsia, asthmate convulsivo, torminibus, convulsionibus, &c. *Aurum fulminans* est sacra anchora pag. 1177. & 1179. *Vires mercurii dulc. & auri fulminantis.*

Art. 10. Infans recens natus purgetur cum *ol. amygd. dulc.* & *syr. violar.* vel *de rhabarbaro*, vel *e spin. cervin.* quod est optimum, idque toties, & tam diu repetatur, donec liberetur a fero mucilaginoso ventriculum occupante, & a *meconio* nigricante & spisso excremento in intestinis stabulante. *Colostrum* seu lac primum est alimentum medicamentosum, quod natura eum in finem generavit, ut modice nutriendo leviter pro infantis imbecillitate purget per aliquot dies. *De Meconii purgatione.*

„*Syrupus*

Digitized by Google

„*Syrupus flor. malorum perſicor.* eſt optimum, le„niſſimum, ac tutiſſimum emeticum pro infantulis; „alvum quoque blande laxat. Infantibus recens natis „apprime propinatur loco *ol. amygd. dulc. & ſyr. violar.* „*doſ. a* ℥ij. *ad* ℥j. *Eſt* medicamentum praxi moderna „comprobatum. „

EFFLORESCENTIA PURPUREA.

ETTMULLER.

Efflorescentia purpurea.

Art. 11. Infantes tertio vel quarto a partu die [aliquando tardius] *efflorescentia cutis miliari purpurea* [Anglice **the Red-Gum**] affliguntur, quæ cito evaneſcit. Mulierculæ *pulv. Gaſconicum*, *confect. alkerm. crocum in vino generoſo*, &c. ſolent exhibere; ope medica raro indiget.

FEBRES INFANTUM.

HARRIS.

In febribus curandis duæ indicationes humorum: præparatio & expurgatio.

Art. 12. Prima indicatio in curandis febribus eſt *acidum* rite præparare, quo melius id eliminetur; hoc autem neceſſarium videtur antequam humores acidi poterint cum εὐφορίᾳ expurgari: nam ſecundum *Hippocratem* cocta, non cruda, ſunt medicanda; hæc præparatio non aggredienda eſt ſudoriferis proprie dictis, ſed potius *abſorbentibus*, ſcilicet, pulveribus *teſtaceis*; *ſalia volatilia*, aut *lixivialia*, aut *ſpiritus volatiles*, in tenellis non ſunt uſurpanda, utpote ipſorum ætatulæ tenerrimæ minus congruentia.

Methodus medendi.

Art. 13. Infanti anniculo febricitanti, aut torminibus (ut plerumque fit) excruciato in hunc fere modum ſuccurrere ſoleo, quarta quaque hora exhibeo chartam *pulv. teſtac.* ex ſequentium nonnullis, *ocul. & chel. cancrorum*, *teſt. ovorum*, *oſtrearum*, *concharum*, *oſ. ſepiæ*, *cret. coral. corallin. margar. matr. perlarum*, *lap.*

Digitized by Google

lap. bezoar. pulv. Gascon. Spec. de hyacinth. &c. dosis circiter ℈j. cum julap. sequent. exhibere soleo,

℞ *Aq. Lact.* ℥iv.
—— *Cerasi. Nigr.* ℥ij.
—— *Pæon. Comp.*
—— *Epidem. ana* ℥ij.
Sacchar. perlat. q. s.
M. F. Julapium.

Facillime variari potest formula, servata semper eadem intentione. Convenit interdum emulsio *ex amygd. dulc.* &c. ad sitim extinguendam, & humores contemperandos.

Art. 14. Tertio die a quo sum advocatus, nisi variolæ, morbilli, aut febris scarlatina, caput attollant, *purgandum esse* præcipio, infantem unius anni in hunc fere modum; *Catharsis instituenda.*

℞ *Syr. de Cichor. cum Rheo* ℥ij.
Rhabarb. elect. pulv. gr. xv. *vel* ℈j.
Aq. Lact. Alexiter.
—— *Cinnam. tener. ana q. s. ad diluendum.*
M.

Vel

℞ *Syr. de Rhamn. cathartic.* ℥ij.
Pulv. diasen. gr. viij.
M.

Vel ℞ *Pulv. cornachin.* gr. vj. sumat in coch. *aq. cerasi. nigror.* nullum vero medicamentum magis accommodatum est ætati puerili ac *rhabarbarum.* Ad vim purgationis accelerandam *crystal. tartar. genuin.* ℈j. aut ℈ij. in haustul. juscul. avenac. exhiberi potest, & catharsis repeti debet alia atque alia vice pro re nata. „Sed oportet medicum cavere: Febres etenim infantum „*tumoribus criticis* terminari non raro aptæ natæ sunt,

Digitized by Google

„quales sint *phyma vel phygethlon* sub mento *parotis* „pone aures, &c. Ideoque in isto rerum statu catharsis „omnino differenda est, suppuratio promovenda.„

Quid faciendum in symptomatibus dissonis.

Art. 15. In symptomatibus ἀτόποις, ex summa humorum putredine oriundis sæpe ex usu est *Æthiopis mineralis* (16. 2.) gr. vj. [immo ad ℈j. vel ʒß.] vel *mercurii dulcis* gr. iv. *cum flor. sulph.* tantundem admixta in syr. alicujus grati cochleari parvo, nocte catharsin præcedente exhibere. His rite peractis plerumque cessant graviora symptomata, vel saltem multum leniuntur, ut proinde in vado jam res sit, quæ in extremo discrimine paulo ante fuerat.

ICTERUS.

Sylvius.

Icterus.

Art. 16. Icterus plerisque infantibus mox a partu solet supervenire, immo nonnunquam illo infecti nascuntur, adeoque ipsius causam quandoque ante nativitatem in se continent; probabile est, quod ab humore glutinoso, pituita, scilicet viscosa ortum ducat. Existimo in his infantibus icterum sæpe fieri posse absque ductus biliarii obstructione, a bilis, scilicet, spirituositate, & ideo ad effervescendum ineptitudine.

Curatio.

Art. 17. Omnia remedia icterum curantia infantibus non ita tuto exhibentur, quam adultioribus; pulvis sequens ex lacte materno exhibitus semel aut bis in die intra paucos dies icterum infantum curare solet,

℞ *Pulv. Croc. Angl.*
—— *Bezoar. min. ana gr.* j.
M.

Quoties alvus est adstrictior commode solicitatur ac laxatur *rhabarbaro*, ac imprimis *syrupo de cichor. cum rheo;* prodest etiam *pulvis viperarum* [item *millepedes, sal. succin.* &c.].

Art. 18.

Digitized by Google

Art. 18. „Rara est mentio hujus affectus in practi- „corum libris, nihilominus tamen plures sane infantuli „recens nati hoc morbo intereunt, ex muliercularum „plerumque negligentia; aiunt enim: flavescunt, & „morientur; neque ullas suppetias aut quærunt aut „explorant.„ *Plures hoc morbo pereunt.*

TORMINA VENTRIS.

ETTMULLER.

Art. 19. Tormina ventris frequenter mirum in modum affligunt recens natos, continuo plorant, pedibus calcitrant; crepitus copiosi emittuntur, excrementa sunt viridia; sunt plane motus convulsivi intestinorum; aliquando Hernia producitur. *Tormina ventris.*

Art. 20. Præmissis *enemate* & *aliis laxantibus* & *pulveribus absorbentibus*, *sperma ceti* cum *ol. anisi* est egregium; externe *ol. cham.* & *rut.* cum gutt. aliquot *ol. anisi*, *junip. nuc. moschat.* cui addi potest *fel. bubul.* q. s. pro linimento. *Enema ad tormina* (16. 124.) *Curatio.*

Art. 21. „Hoc duntaxat serio admoneo (inquit „*Harris*) tormina omnia, inquietudines, & vigilias „infantum *testaceis* apte exhibitis æque certo demulceri, „ac dolores ac vigilias adultorum ipsis *narcoticis* ad „tempus tolli.„ *Nota bene.*

VOMITUS.

ETTMULLER.

Art. 22. Vomitus est utilis in infantibus, ex quacunque causa oriatur, nisi sit nimius; in culpa est lac frequentissime. *Vomitus.*

Art. 23. Si sit nimius & discolorata rejiciantur, *clysma* injiciendum est, & per os *carminativa*, *nux moschat.* &c. sunt exhibenda; externe stomacho frustulum *panis tosti in vino generoso madefacti* & cum *aromatibus conspersi* applicandum, &c. *Curatio.*

Digitized by Google

ALVI AD STRICTIO, ET DIARRHOEA.

ETTMULLER.

Alvi adstrictio. *Art.* 24. Alvus infantum ordinario est laxa, saltem bis in die exonerari debet; adstrictio plerumque oritur ex vitio lactis vel pultis.

Curatio. *Art.* 25. Præter usitata *laxantia* in hoc affectu præstantissimum remedium est *mucerda* a N°. ij. ad vj. pro ratione ætatis in pulticula exhibitæ; usurpari etiam possunt *linimenta laxativa ex colocynth. scammon.* &c. „In tenellis sufficit *inunctio ventris cum butyro* ante fo„cum; item ablutio quotidiana clunium & femorum „cum *aqua frigida.*

Diarrhœa. *Art.* 26. „Diarrhœa infantum (inquit *Harris*) non „*astringentibus* aut *narcoticis* cohibenda est, sed potius „humores ferocientes cum pulveribus *testaceis* compe„scendi sunt, & contemperandi, ut demum *rhabar„baro* expurgentur.

Dysenteria. „Dysenteria infantibus (inquit *Barbette*) sæpius „perbenigna reperitur; illa enim ad menses aliquot „quandoque afficiuntur sine quovis incommodo, modo „res naturæ permittatur.„

ATROPHIA INFANTUM.

ETTMULLER.

Macies & atrophia quomodo fit. *Art.* 27. Macies & atrophia infantum ex denegato nutrimenti transitu ab obstructione lacteorum & glandularum mesenterii accidit. Membra macilenta evadunt, venter tumet, & indurescit, ut plurimum fœcessus liquidi & copiosi observantur; causa ut plurimum est viscositas ingestorum; periculosum est malum. „Quotquot hoc affectu extinctos aperii (inquit *Do„læus*) in iis glandulas mesenterii tumidas & obstructas „reperi; denegato enim sic nutrimenti transitu, ne„cessario partes nectare suo rorido privantur.„

Art. 28.

Digitized by Google

Art. 28. Alimentum debet esse tenuissimum & subtilissimum; conveniunt *volatilia* & *martiata mitiora*; externe linimentum *ex gum. ammoniac.* &c. „Marasmus seu extenuatio infantum (inquit *Sydenhamus in sched. mon.* p. 55.) quasi phthisica curatur exhibitione *infus. rhabarbari* in cerevisia ten. quod ipsum ego quoque aliquoties expertus sum. *Reusnerus* affirmat *Hillerum* infantes atrophia laborantes cum *tussilagine* ad instar hormini frixa frequenter restituisse. [Succus quoque ejusdem plantæ est maxime efficax].„ *Curatio.*

Art. 29. Pro aridura partium valde commendatur *arcanum aluminis Felicis Wurzii* p. 473. valet etiam *unguentum ad atrophiam*, ut & remedia *ad Rachitidem.* *Aridura partium.*

TUSSIS CONVULSIVA.

ETTMULLER.

Art. 30. Frequens est tussis infantum ferina, in qua multum ac diu tussiunt, donec per vomitum ejiciant mucosum quid ex ventriculo, postea ad tempus cessat per dimidium præter propter diem, tum revertit simili modo. Ex ventriculo oritur, ut etiam *asthma infantum*, quod est anhelosa & sibilosa respiratio. „Tussis „infantum (ut recte observavit *Waldschmidius*) est fere „semper *stomachalis.* Materia acida, mucilaginosa & „tenax (inquit *Dolæus*) in ventriculo hospitans sæpissime „est causa hujus affectus; interdum vero causa ferox „advenire videtur, & nihil aliud esse, quam sal quoddam mediante aëre corporibus tenellulis communicatum lymphamque coagulans, a qua acriori & stagnante „vel præterfluente larynx afficitur, unde *tussis illa* oritur *convulsiva.* Frequentissime infantibus accidunt „*catarrhi* cum stertore in pectore a quo malo plures „intereunt; febricitant enim, & suffocantur; quare „muniendi sunt infantes ab aëre frigido; si enim ventis „frigidis exponantur ex incuria nutricum vel matrum, *Tussis convulsiva.* *Asthma.* *Causæ.*

Digitized by Google

„facile in hunc morbum incidunt; & dein difficulter „curantur. „

Curatio. *Art. 31.* Quoad curam hujus tussis furibundæ semper ad stomachum erit respiciendum; absque *vomitu* vix curari potest, cum eo tamen facile depellitur, ut & *asthma* dictum; provocari potest cum penna *oleo* tincta, &c. „Jusculum *raparum* est mulierum euporiston, *sperma* „*ceti* in jusculo est egregium. Ingens solatium (inquit *Venæ sectio.* „*Sydenhamus*) adfert *venæ sectio* infantibus tussi convulsiva laborantibus, & remedia quælibet pectori dicata longo post se linquit intervallo *method.* pag. 207. *Catharsis.* „*Phlebotomia* & repetita *catharsi*, eaque sola expugnatur hæc tussis, sed leniora cathartica hic conveniunt, „eaque sunt cochleatim ingerenda pro ratione ætatis „*Ep. p. 29.* Potus & alimenta liquida (inquit *Willisius*) „in quantitate solito minori sumantur, istius vice *de-* *Decoctum e lignis.* „*chetum ex sarsa, chin. santal. raf. ebor. C. C. cum in-* „*gredientibus diureticis & antispasmodicis* usurpetur; „*decoctum vel syr. ex castor. & croco* item *decoct. rad.* „*pæon. mar. visc. quercin. hyssop.* multos juvarunt.

FARRAGO.

Remedia nonnulla alia. *Art. 32.* Caro *murium frixorum* commesta vulgo specificum audit; sed super omnia *muscus pixidatus*, quocunque modo sumptus, est remedium probatissimum, & raro fallax. Decoctio ex *musco arboris* (inquit *Baglivus*) præsertim a *quercu pendente* omnium præstantissima est, ut nos experti sumus, valet quoque in aliis morbis *convulsivis*. *Aurum Mosaicum* (in aliis morbis *convulsivis* maxime efficax) in paulo ætate provectioribus tentari meretur, ut & *ol. sulph. per campan. forum lactis* recens a caseo pro potu ordinario bibatur. *Expressio millepedum ad pertussim, julap. moschat. syrupus ad tussim convulsivam*, &c. quandoque cum fructu usurpantur.

℞ *Mille-*

Digitized by Google

℞ *Milleped. in vin. alb. demerſ. q. v. exprime ſuccum, & add. ſacchar. alb. q. ſ. & f. ſ. a. ſyrupus;* hic ſyrupus cochleatim ſumptus (*inquit D. Cheyne in tractatu de Arthritide* p. 116.). Tuſſim convulſivam *infallibiliter* tollit.

EPILEPSIA.

WILLIS.

Art. 33. Epilepſia puerorum circa duo potiſſimum tempora in pueris convulſionibus maxime obnoxiis reperiri ſolet, videlicet intra primum a partu menſem, & circa dentium eruptiones; quanquam hujus morbi inſultus etiam aliis temporibus, & quibusdam aliis de cauſis, non raro eveniant; cujusmodi ſunt nutrix valetudinaria, aut prægnans, lac in ventriculo coagulatum, aut in putrilaginem acidam aut amaram degenerans, intemperies febrilis, capitis aliarumque partium ulcera, aut exanthemata, ſubito evaneſcentia, aëris mutationes, lunationis periodi, &c. „Quando in infantibus „(inquit *Dolæus*) frequentes oſcitationes, pandiculationes, oculorum & palpebrarum leves motus, manuum „commotiones, brachiorum extenſiones, pavores & „tremores, vigilias nimias obſervamus; epilepſia timenda „eſt, quia ſunt prodromi. „ *Epilepſia quando potiſſimum accidit & a qua cauſa. Signa prægnantia.*

Art. 34. Antiſpasmodica medicamenta nutrici exhibeantur, ſumat mane & veſperi *rad. & ſem. pæon. mar. & ſem. fœnic. dulc.* in hauſt. *ſer. lact.* coct. Linimentum ſequens circa nares, tempora, & cervicem infantis epileptici uſurpari poteſt, ℞ *Ol. Capivii, caſtor. ana* ℥ij. *ſuccin.* ℥ſſ. m. nuper mihi retulit medicus eruditus ſe noviſſe plures hoc remedio curatos, ſcilicet ℞ *Fol. cham. minutim inciſ.* M. ij. includantur in duobus ſaculis a lino tenui aut ſerico confectis, qui lacti calido intincti & expreſſi abdomini ſucceſſive applicentur. *Untzerus* valde commendat *fel catelli* lactantis, nempe *Curatio.*

Digitized by Google

ut totus succus cisti fellea exemptus puerulo cum pauca *aq. flor. tiliæ* propinetur.

HARRIS.

Ad convulsiones testacea optima remedia.

Art. 35. Ad convulsiones seu insultus epilepticos tollendos apprime etiam valent *pulveres testacei*, maxime si *castoreum* iis adjiciatur. In convulsionibus quamplurima pro specificis vulgo habita tam ab authoribus gravissimis quam a practicis celeberrimis decantari solent: veruntamen virtutes eorum (quantum observare licuit) nostram de se expectationem videntur vix ac ne vix quidem expleviſſe. In paroxysmis infantum convulsivis, utpote a torminum prægredientium materia acri nervos omnes vellicanti jugiter obortis; ea, quæ *acidum* obtundunt, contemperant, aut infringunt, idque sine corporis novo æstu aut calefactione, quæque aciditatem sic infractam atque aculeis orbatam *per inferiora* deducunt, post alia infinita incassum tentata, veras continere vires, huic symptomati horrendo debellando pares, tandem agnoscentur.

ETTMULLER.

Causæ.

Art. 36. Epilepsia infantum plerumque ex his sex causis originem ducit 1. a meconio retento. 2. A lactis vitio; 3. A dentitione difficili. 4. Ab immoderato animi affectu nutricis. 5. Ab excretis cohibitis. 6. A lumbricis.

Aurum fulminans.

Art. 37. Mirabilis est vis *sulphuris antimonii & auri fulminantis* in epilepsia dos. gr. j. vel in imbecillibus gr. iß. pro dos. ij. cum aliis appropriatis. (9.)

Alia remedia.

Art. 38. „*Ol. succin.* gt. ij. vel iij. cum pari quantitate *spiritus vitrioli* in *aq. cerasor. nigr.* exhibit. pueruli a paroxysmo statim plerumque liberant; sed præ omnibus quotcunque mihi hactenus innotescunt, „*oleum sulph. per campan.* hunc morbum in infantibus „præ-

Digitized by Google

„præcipue primo menſe feliciter expugnat; ſumi pot-
„eſt in julapiis cephalicis ad ſufficientem aciditatem.
„*Pulvis de guttet.* utilis eſt ad præcavendam recidivam.

DENTITIO.

HIPPOCRATES.

Art. 39. Ad dentitionem accedentibus, gingivarum pruritus, febres, convulſiones, alvi profluvia, & maxime ubi caninos dentes producunt, & iis qui inter pueros ſunt craſſiſſimi, & qui alvos duras habent. „De „plumis exuendis & novis naſcentibus (inquit *Liſter* in „locum) idem gravis dolor atque febricula avibus con-„tingit; unde mutæ ſunt, & canere deſinunt. Idem „quoque erucis in veteribus cuticulis deponendis acci-„dit. Germen dentis (inquit *Dolæus*) in maxillis eſt „inſtar albuminis ovi, mucoſi & tenuis, in cellulis „eorum contenti, quod de die in diem durius reddi-„tur, usque dum illa materia indurata gingivam per-„rumpat: in hac perruptione miſeri tenelli plurimis af-„fliguntur ſymptomatibus: adſunt enim comites gingi-„varum pruritus, ſuperflua caro veſiculæ, fungi, maxil-„larum inflammationes, terrores, inſomnia, vigiliæ, „ſalivatio, vomitus, epilepſia, pavores, diarrhœæ, „febres, convulſiones, gingivarum tubercula, dein „abſceſſus, & non raro mors ipſa. *Dentitio.* *Modus eruptionis.*

Art. 40. „Licet nihil certi (inquit *Bonetus*) de ter-„mino eruptionis dentium ſtatui queat, quippe in qui-„busdam citius in aliis tardius prodeunt; tamen com-„muniter obſervatum eſt dentes ſucceſſive biennii ſpa-„tio exire; ita ut primo ſeptimo menſe *inciſores*, deinde „*maxillares* tum 15to aut 17mo menſe *canini* vel *oculares* prorumpant. *Tempus eruptionis.*

HARRIS.

Art. 41. Nullus affectus infantibus tot gravia ſymptomata progenerare ſolet, quot dentitio difficilis & *Symptomata varia inter dentiendum.*

laborioſa; inter dentiendum enim ex inflammatione gingivarum non raro oriuntur tormina ventris, vigiliæ inquietudines, profluvium alvi aut ejusdem conſtipatio, dejectiones & vomitus virides, aphthæ, febres, convulſiones, &c. „Atque hæc accidentia (ut recte ob„ſervat *Baglivus*) vitio ſolidi tantummodo ſuccedunt, „ſolidi nempe gingivarum irritati, puncti, criſpatique „a quibus ad inteſtina oſcillatione producta graves oriun„tur diarrhœæ, quæ ſi non venerint, pejora veniunt „mala [antedicta.]

Duo dentitionis ſunt tempora.

Art. 42. Dentitionis tempus eſt duplex; *unum*, quo dens oſſe maxillari primum emergere nititur, & quo gingivæ pars extera & ſuperior absque aliquo ejusdem tumore, albido quodam circulo circumſcribi ut plurimum ſolet; *alterum* eſt, quo dens mole jam auctior gingivam tumidam reddit, atque eam perrumpere omni vi conatur, atque hoc ſolummodo poſtremo caſu quandoque licet gingivas incidere.

„Quatuor, quinque vel ſex menſibus a nativitate „elapſis dentes ordinario incipiunt erumpere, primo „*inciſores*, deinde *canini*, & poſtremo *molares*; circa „ſeptimum ætatis annum *nova ſeries* producitur, & circa „vigeſimum *dentes ſapientiæ* dicti, nimirum duo poſtre„mi molares egrediuntur. (Vid. *Art.* 40.) Nonnulli, „licet paucisſimi cum dentibus aliquot eruptis naſcan„tur. Ego novi fœminam *ſine dentibus*, non modo „in infantia, ſed per totum vitæ ſtadium *edentulam* „manſiſſe.

Curatio.

Art. 43. Symptomata dentientium univerſa eidem fere methodo, remediis nempe & *contemperantibus*, ac deinde leniter *expurgantibus* plerumque cedunt.

Nota bene.

Art. 44. „Ordinario copioſe ſalivant infantes den„tibus erumpentibus, & adeſt plerumque diarrhœa; „hæc ſi eveniant, bene præſagiunt: quocirca commo„de fricandus eſt dens erumpens cum *folio tabaci* circa „nutricis digitum obvoluto & cereviſia parum mode„facto,

Digitized by Google

„facto, quod *ſalivam & alvum leniter movet. Alvus* „*lubrica* perpetuo ſervanda eſt; & ſi adſint convulſio„nes pulvis ſequens *Williſii* locum habet,

℞ *Ocul. Cancr.*
Margar. præparat.
Coral. rubr. ana ʒj.
Ol. Sulph. quantum pulvis imbibendo excipiet.
F. Pulvis.

„*Spiritus C. C.* (inquit *Sydenhamus in ſched. mon.* „p. 54.) utut tritum & plane contemptum remedium „(doſ. gt. iij. vel iv. *in aq. ceraſ. nigr.*) præ cæteris, quæ „mihi innoteſcunt, medicamentis votis reſpondet in „dentitione laborantibus. Convulſiones hinc oriundas „minuta *ſpiritus C. C. doſis* feliciter tollit (inquit *Boer„haave*). In ventris torminibus apprime convenit *enema* „*ad tormina* (16. 124.)

LUMBRICI.

ETTMULLER.

Lumbrici.

Art. 45. Lumbrici ſponte prodeuntes vel per alvum vel per os raro ſunt ſine periculo; nam *malignitatem* in morbis denotant, unde fuga ſibi volunt conſulere. Authores practici ſtudioſe monent, in omnibus affectibus infantum curandis, imprimis obſtructionibus, ſemper ad *lumbricos* eſſe attendendum.

Signa lumbricorum.

Art. 46. Primaria ſigna lumbricorum ſunt in ore copioſa ſaliva jejuno ſtomacho, ſcalptura narium, pavor in ſomno, ſtridor dentium, ventris tumor, tuſſis ſicca, ſitis, alvus lubrica, tormina ventris jejunis, rubor & pallor faciei alternatim.

Remedia ad lumbricos.

Art. 47. ℞ *Argenti vivi* ʒj. coq. *in aq. ſimplic.* [vel quod melius eſt *in decoct. alb.*] ℔ß. vel probe agitentur invicem in lagena vitrea poſt ſubſidentiam *Mercurii* decantetur

cantetur liquor, & detur infantibus pro potu ordinario. Est experimentum certissimum ad enecandos lumbricos. „Ejusmodi quoque est medicamentum istud per „universam *Italiam* celebratum. ℞ *Argent. viv.* ʒj. in„fund. per noctem *in aq. galegæ* ʒij. decantetur liquor „& propinetur mane. *Boyle.* Externe utile est linimentum sequens,

℞ *Aloe* ʒij.
Myrrh. ʒß.
Ol. Absynth. gt. vj.
Fel. Taurin. q. s.
M. F. Linimentum.

Cui addi possunt ad acuendum *ol. colocynthidos* guttæ aliquot. De aliis vermifugis alibi (6.92.) „*Cis„nabaris nativa* est remedium valde efficax, ac tutis„simum, vermibus necandis. *Pulvis stanni*, nempe „stannum calcinatum est adhuc efficacius medicamen„tum, & fere inter specifica censetur: hinc *pulv. ver„mifugus sequens Quincii.* ℞ *Stanni calcinat. mosc. „corallin. sem. sancton. ana* ʒj. *sabin. croc. ana* ʒj. *m. f. „pulv. dos. a* ϑß. *ad* ϑj. alvum non movet. Author in „ejusdem laudibus copiosior est; vid. locum. *Emplast. „varmifug. Batean. & syrupus vermifugus ejusdem* inter„dum usui esse possunt. In extremis utor aliquando „*Hydrargyro (inquit Chesneau)* quod in vermibus ne„candis non habet simile. Ad pisi magnitudinem ex „cochleari cum lacte parvulis sine noxa propinare soleo.

Crinones seu comedones. *Art. 48.* Crinones seu comedones sunt vermiculi subcutanei infantes ad *atrophiam* disponentes; occupant plerumque loca musculosa, imprimis dorsi, scapularum, humeri, crurum ac surarum; pruritum molestum excitant, indeque inquietos & vigiles reddunt infantes, tandemque in tabem adducunt. Cum *lotium mercuriali* sunt enecandi. „Hi forte sunt vermes, quos „Ætius describit, & dracunculos vocat; Æthiopes & „Indos quandoque infestare solent; rarissime apud nos „inveniuntur.

RACHI-

Digitized by Google

RACHITIS.

BOERHAAVE.

Art. 49. Medio fere labente seculo decimo sexto in *Mediterraneis Britanniæ* primo, deinde per totam *Germaniam*, denique & per omnia *Europæ borealis* loca, ortus est morbus novus, hodie frequentissimus, qui *rachitis* appellatur; infantibus nunquam connatus est, raro ante nonum ætatis mensem, vix unquam post biennium vitæ, sed spatio hoc medio frequens accidit. *Rachitis est morbus novus.*

„Curatio optima fit *cibo levi*, *eupepto*, *sicciori*, *minus pingui*, *aromatibus mitioribus condito*, *sæpe dato* & *copia moderata*. *Potu pauco*, *meraco* ex *cerevisia*, imprimis non veteri quidem, at diu cocta ac spissa; *aere sicco*, & *calidiusculo*; *vestitu* accurate *sicco*, *ex lana confecto gestatione*, *concussione*, *oscillatione*, *vectione in rheda*; *frictione multa*, *calida*, *sicca*, *pannis fumo aromatum perfusis instituta maxime ad abdomen & spinam*; *cantharidum* iterata quandoque applicatione; *vomitoriis lenibus*, aliquoties cum prudentia repetitis; *purgantibus* deinde *roborantibus* per aliquot dies successivos adhibitis; denique usu diu continuato medicamentorum *roborantium*, *exsiccantium*, *antiscorbuticorum*, & *spiritus excitantium*. An *immersio in aquam frigidam* prodest? „Immo *pfuchroluſia* in hoc affectu est „valde efficax, ut ex quotidiana experientia docemur, „de qua videatur *Floyer*, p. 111, 145, 222, &c. *Methodus medendi.* *Pfuchroluſia.*

GLISSON.

Art. 50. Signa diagnostica rachitidis sunt laxitas & mollities partium, debilitas & languor, ignavia & torpor; est in hoc affectu inæqualis partium nutritio; caput justo majus, facies plenior & floridior; partes carnosæ infra caput in progressu morbi magis magisque indies extenuantur; adsunt protuberantiæ quædam, & nodi circa nonnullos articulos maximeque in carpis con- *Signa diagnostica.*

Digitized by Google

conſpicuæ, paulo minus in talis obſervantur; ſimiles quoque tumores in coſtarum extremitatibus, quibus cum ſterni cartilaginibus committuntur; oſſa nonnulla incurvantur, præcipue tibiæ & fibulæ, hinc oſſa ulni & radii, ſed paulo minus & infrequentius, aliquando etiam oſſa femoris & humeri; aliquando decurtatio quædam oſſium & deficiens eorum accretio ſecundum longitudinem; demum irregularis quædam capitis protuberantia; maxime oſſis frontis antrorſum huc quoque referri poteſt; dentes tum tardius tum moleſtius erumpunt, levi occaſione vacillant, aliquando nigreſcunt, aut etiam fruſtulatim excidunt; pectus in ulteriori morbi greſſu a lateribus anguſtius redditur, anterius acuminatur; adeſt quoque ſubtumida quædam abdominis repletio & hypochondriorum tenſio; frequenter etiam tuſſis, reſpiratio difficilis multaque alia pulmonum vitia inducuntur. Hoc morbo afflicti ſæpe lateralem decubitum modo dextrum modo ſiniſtrum averſantur, ob coaleſcentiam pulmonum cum pleura vel tumorem in adverſo latere.

Partes internæ affectæ. „Interius hepar juſto majus eſt, ventriculus & in„teſtina in majorem molem aſſurgunt; meſenterium „glandulis juſto majoribus, ſi non ſtrumis afficiatur; „pulmones infarcti & tumidi cernuntur, nonnunquam „purulenti ſtrumoſi & pleuræ adhærentes. Venæ jugu„lares & arteriæ carotides ſolito ampliores; denique „partium fere omnium enervatio, item torpor quidam „& ad motum ſegnities. Hic affectus plerumque ex

Prognoſis. „ſe non eſt mortalis: nonnunquam tamen ingrave„ſcentibus ſymptomatis *in tabem*, *hydropem pulmonum*, „*aut aſcitem* degenerat; quo citius a partu ægrum in„vadit, eo periculoſior eſt, quo major morbus eo de„terior. Qui ante annum quintum non curantur, poſtea „per totum vitæ ſpatium valetudinarii ſunt. Scabies „aut pruritus huic morbo ſupervenientes ad curationem „multi conferunt. Mayow.

Art.

Digitized by Google

Art. 51. Materia medica in hoc affectu ſunt *herbæ omnes capillares*, imprimis *tricomanes*, *radix osmund. regal. gemmæ* dum vix erumpent *filicis maris lingua cervina*, *veronica mas*, *tuſſilago*, *radix rubiæ tinctorum*, *curcum. ſarſaparillæ*, *chin. lignum guaiaci & ejusdem gummi*, *chalybs*, *ſperma ceti*, *vermes terreſtres*, *millepedes*. *Rhabarbarum* præ aliis ſimplicibus commendamus; eſt enim medicamentum moderate calidum & ſiccum, ſpiritibus inſitis omnium partium ſatis familiare & amicum, torporem ſpirituum benigne excutit, mollitiem laxitatemque partium firmat, internam lubricitatem nonnihil corrigit; pulſum ad artus evocat, calorem externarum partium auget, internarum & imprimis earum, quæ nutritioni inſerviunt, vigorem & activitatem fovet: eſt medicamentum profecto omni ætati & complexioni ſatis tutum. *Remedia ſimplicia.* *Laus rhabarbari.*

Art. 52. *Cathartica appropriata* præcipue ex *rhabarbaro* debitis intervallis repetita in hoc morbo proſunt; *fonticuli & veſicatoria* ſunt utilia; enema ſequens eſt valde proficuum, *Curatio.*

℞ *Fimi Equin. non caſtrat.* ℥iß.
Sem. Aniſi
—— *Fœnicul.*
—— *Malv. contuſ. ana* ℥iß.
Flor. Cham. p. j.
Coq. in q. ſ. Ser. lact. incolatur ℥iv.
Solve Syr. Violar. ℥x.
Sacchar. rubr.
Ol. Roſ. ana ℥ß.
M. F. Enema.

De *Frictione* hoc obſervandum eſt, abſtinendum eſſe a frictione, qua parte oſſa prominent, & liberalius fricandum eſſe partibus eorum cavis; non continuandam eſſe hanc actionem ultra levem ruborem in partibus excitatum. „Quantum valet *frictio* in hoc „morbo, *De frictione.*

Digitized by Google

„morbo, ut etiam de viribus *tussilaginis* speciatim in „hoc affectu & atrophia curandis vide *Fuller*, *medici* „*nam gymnastic.* p. 96.

Methodus medendi. Quandoquidem Rachitidis causa in obstructione spinalis medullæ nervorumque inde oriundorum imbecillitate consistit, præcipuæ indicationes curatoriæ sunt, ut *nervi roborentur*, & *obstructiones tollantur*; in hunc finem venæsectio, vel sanguinis detractio per hirudinum suctionem, medicamenta cathartica, item digestiva, diuretica, diaphoretica & specifica in usum vocentur. Enemata laxantia injici possunt, nonnunquam corroborantia *ex decoct. fimi equin. flor. rorismarin* &c. *Enem. terebinth. cum expressione milleped. viv.* &c. Catharsis instituitur potest cum *rhabarbaro* item cum *calomel.* Fonticuli insuper opem egregiam præstant, præcipue, si inter primam & secundam colli vertebram excitentur. Præter specifica vegetabilia laudatur *ens veneris*, inventum nobilis *Boylei*, *ut & salia volatilia*, *elixir proprietatis*, *balsamum sulphuris*, nonnunquam etiam *chalybis* usus convenit, utpote qui virtute insigniter aperiente donatur, idemque non tantum concoctionem juvat, sed etiam viscerum tonum firmat roboratque: verum illius usus non sine cautione instituendus est; etenim in tussi, pleuritide, infarctu pulmonum, febre hectica morbisque id genus aliis a chalybis usu omnino abstinendum est. Ad abdominis intumescentiam sequens fomentatio multum confert, nempe ægro in vase satis amplo collocato *hordeum fermentatum*, quod in aqua cocta aliquamdiu infusum est (ut in cervisia conficienda fieri assolet) eidem circumcirca tepide apponatur, maneatque æger eodem pene opertus ad sudoris provocationem.

Alia remedia. „Succus e limacibus cum testis parum contusis ex„stillans, vulgo, sed perperam, *oleum limacum* voca„tus, in hoc affectu pro usu interno & externo valde „celebratur, præcipue *in infantibus hecticis & phthisicis.*

„Virtutes

„Virtutes & usus remediorum sequentium lector ipse „expendat; *Flores salis armoniac. martiati Batean. Ce-* „*revisia ad Rachitidem*, *aq. limacum pectoralis*, *em-* „*plast. spinale*, *linimentum spinale*, *omnium Fulleri.* „Consulatur etiam *Sydenhamus de Rachitide Epist.* p. 148.

BOERHAAVE.

Art. 53. Curatio optima fit *cibo levi*, *eupepto*, *sic-* *Methodus*
ciori, *minus pingui*, *aromatibus mitioribus condito*, *medendi.*
sæpe dato & copia moderata. Potu pauco, *meraco* ex *cerevisia*, imprimis non veteri quidem, at diu cocta ac spissa; *aëre sicco*, & *calidiusculo*; *vestitu* accurate *sicco*, *ex lana confecto*; *gestatione*, *concussione*, *oscillatione*, *vectione in rheda*; *frictione multa*, *calida*, *sicca pannis fumo aromatum perfusis instituta maxime ad abdomen & spinam*; *cantharidum* iterata quandoque applicatione; *vomitoriis lenibus* deinde *roborantibus* per aliquot dies successivos adhibitis; denique usu diu continuata medicamentorum *roborantium*, *exsiccantium*, *antiscorbuticorum*, & *spiritus excitantium.* An *immersio in aquam frigidam* prodest? „Immo *psuchrolusia* in hoc *Psuchrolusia.*
„affectu est valde efficax, ut ex quotidiana experientia „docemur, de qua videatur *Floyer*, p. 111, 145, 323. &c.

Art. 54. „Virtutes & usus remediorum sequentium *Remedia*
„ipse expendet: *Ens veneris*, *cerevisia ad rachitidem*, *quædam alia.*
„*aqua limacum pectoralis*, *emplastrum spinale*, *linimen-* „*tum spinale.* Consulatur etiam *Sydenham* de rachiti- „de *epist.* p. 148.

APHTHÆ.

SYLVIUS.

Art. 55. Aphthæ sunt ulcuscula [satis nota] totam *Aphthæ.*
oris superficiem occupantia, neque pereunt œsophago, sive ventriculo, quantum conjectura assequi possumus; ut plurimum albicantes sunt, subinde flavescen-

Digitized by Google

tes, quandoque nigricantes, quæ postremæ sunt periculosiores. „Aphthæ (inquit *Dolæus*) quæ vulgo, sed „perperam, *ulcuscula* judicantur, sunt re vera *eschara* „quædam, sed leviusculæ, quæ in summitate pustula„rum quarundam in ore, &c. oriuntur. *Decoctum cor„ticis interioris ulmi cum paulo mellis rosacei* est re vera „optimum aphthis curandis gargarisma.

Causæ & curatio; *Art. 56.* Aphthæ nobis videntur ortum habere ab acidis humoribus halitibusve ad os delatis; quocirca curatio consistit in acidorum humorum halituumque *correctione* ac *emendatione*, & in partium affectarum ab aphthis *liberatione*, *mundatione*, ac *consolidatione; testacea* & *pulveres absorbentes* primario indicantur, & postea leniter expurgandi sunt humores *syrupo de cichor. cum rhabarb.* „*Mucilago sem. cydon.* (inquit *Ettmul„lerus*) cum succo *semper vivi majoris* subactus linimen„tum præbet non inconveniens pro illinendis aphthis; „præ cæteris vero *succus raparum* super ignem vase „tecto sine aqua assat. expressus sine saccharo est opti„mus; egregium est *album græcum* & *spiritus sulphuris* „*cum melle rosaceo*. In puerulis aphthis laborantibus „(inquit *Bonetus*) nihil est, quod tam præsentaneam affert „opem, quam *oleum raparum* cum pauco saccharo. „Sequens valde commendatur a D. *Boyle*, & profecto „votis interdum respondet, ℞ *Succi semperviv. maj.* „*mellis opt.* ana p. æ coq. paulisper ad clarificand. dein„de add. *alum. rup.* q. s. ad saporem mediocriter auste„rum. M. cum pluma illinentur os & guttur singulis „horis vel sæpius. Author hoc remedium tanquam spe„cificum venditat. Non debemus in hoc affectu (in„quit *Dolæus*) proclives esse ad purgandum; quia facile „diarrhœa sequeretur, quæ pessima est. *Sed de aphthis plura alibi* (10. 95.)

Remedia varia.

MORBI CUTANEI.

Scabies, &c. *Art. 57.* „Crusta lactea, scabies (11. 31.) Tinea „(10. 4.)

Digitized by Google

„(10. 4.) &c. sunt affectus, quibus infantes sæpius ten-„tantur. Eruptionibus scabiosis frequenter infestari „solent in variis corporis partibus, præsertim facies „earum sicca ac fœdissima scabie incrustari solet. *Hil-„danus* monet hos affectus non temere curandos esse, „sed potius naturæ aliquamdiu relinquendos, nisi peri-„clitantur partes musculosæ & nervosæ subjacentes. „Usurpare licet *leniter purgantia & alterantia, anti-„monium diaphoreticum, æthiops minerale.* &c. sunt „proficua.

ETTMULLER.

Art. 58. Pro his affectibus interne conveniunt me- Curatio.
dicamenta *ex sumaria, tinctura coral. Rob Sambuci, diaphoretica, viperina, cinnabaris antimonii, mercurius dulcis.* Crusta est *humida & manans*, vel *crassa & sicca: in priori casu* inspergenda est cum *lapide calaminari præparato, tutiâ, ceruss. flor. sulph. camphora*, &c. In *posteriori* uti licet *oleo amygd. dulc.* cum guttis aliquot *ol. tartar. per deliquium*, vel *balsam. sulph. lixiv. vulgar.* &c. est in usurpandis remediis ex *nicotiana; mercurius dulcis* est tutior quam reliqua mercurialia; sequens est unguentum non inelegans contra tineam,

℞ *Litharg. Ceruss. ana* ℥ij.
Flor. Sulph.
Mercur. Viv. ana ℥j.
Ol. Ros. q. s.
M. F. Unguentum.

Instituatur cura tineæ decrescente luna. De his affectibus alibi plura.

„In catalogo nostro Londinensi septimanatim mo-„rientium duo insignia morborum nomina sive titulos „invenimus, scilicet Head-mould-shot & Horse-„shoe-head, quos medici scriptores neutiquam, quod „scio, tractarunt; plures tamen infantes his affectibus „obeunt, ut ex prædicto calculo constat.

„Head-mould-shot est affectus infantulis jugiter „connatus, in quo ossium cranii margines ad suturas, „maxime coronalem, alii super alios obvolvuntur, „unde meningium fibræ tenduntur & distrahuntur, nec „non cerebrum ipsum comprimitur, & infantes con„vulsionibus non raro corripiuntur.

„Horse-shoe-head est affectus, in quo cranii suturæ „sunt nimis patentes, & spatia dehiscentia inter ossium „margines intercedunt, quæ hiulca quandoque non nisi „annis aliquot supplentur. Signum est frequenter in„becillitatis ac brevis vitæ. Nutrices loca affecta *spi*„*ritu vini* vel *spiritu sacchari* perfricare solent, cui „nonnullæ addunt *albumen ovi & ol. palmæ.*

PHTHIRIASIS.

ETTMULLER.

Morbi pediculoris curatio.

Art. 59. Phthiriasis est morbus pedicularis, cuique rumque obnoxii sunt pueri. Abluatur caput cum *lixivio*, in quo coctum fuit *sem. staph. agr.* & inungatur cum linimento sequente,

℞ *Ol. Spic.* ℥ij.
Amygd. Dulc. ℥ß.
Unguenti Nicotian. ℥vj.
M.

Cocculus Indicus.

Pediculi omnes interibunt spatio unius noctis. „Pul„vis baccarum *Cocculi Indici* capiti insperfus certo cer„tius pediculos interimit. *Condrochius* (qui peculiarem „de iis tractatum scripsit) millies expertum in puerulis „tradit hunc pulverem etiam in exigua quantitate cum „adipe suilla vel pomo cocto & similibus permistum, „& capiti appositum egregie pediculos interficere, & „felicius, quam *staphidem agriam* tutiusque quam *hy*„*drargyrum.*

„In

Digitized by Google

„In adultis, pro *pediculis cancrosis* inguina incolen- *Pediculi in-*
„tibus necandis *sapo nigra* inuncta est remedium infal- *guinales.*
„libile, neque opus est, ut aliud quodcunque exquira-
„mus. D. *Turner lac. sublimat* proponit; sed est medi-
„camentum non adeo tutum genitalibus usurpandum.

„Est animalculum quoddam fœdissimum ac maxime *The Buggs.*
„invisum, cujus nemo *Græcorum* vel *Romanorum* au-
„thorum, quod scio, meminit, nomine vernaculo a
„**Bugg**, civibus Londinensibus doloroso & venenoso
„morsu satis superque notum, *Ricino*, insecto livido
„cruoris pleno, qui canibus, ovibus, & bobus valde
„infestus est, non multum dissimile est. Nescio an
„supradictus *Pulvis cocculi Indici (Art. 60. in Addend.)*
„circa spondas & stragulas conspersus hoc animalcu-
„lum maxime detestandum interimeret, necne. D.
„*Shaw* asseruit, quod si locus demorsus statim cum
„alumine rupeo saliva soluto fricetur. virus illico su-
„spendetur, & dolor evanescit.

LUES VENEREA.

HARRIS.

Infantes a nutricibus lactantibus infecti, quam- *Infantes quomodo curantur.*
quam maculis pustulis ulceribusque scatent, quanquam & nocturnis illis doloribus erunt excruciati, facillime omnium restituuntur. *Farina sarsaparillæ* fere insipida, saltem nullo gustu ingrato, panatellis aut pulticulis suis, ut par est commista, addito etiam ventriculi gratia *santali citrini* polline, *catharticis* debitis intercalatis, tenerrimæ ætati, ut læte nonnunquam observavi, salutem perfectam reddidit.

Art. 60. De *lue venerea* infantum alibi (9. 124.)

)o(

Digitized by Google

CAPUT XVI.

SIVE FASCICULUS MORBORUM DECIMUS SEXTUS.

TRACTATUS DE VENENIS.

Ex pluribus, iisque optimis ſcriptoribus, more noſtro collatitio, non ſine propriis aliquot ſymbolis, quibusdam in locis interjectis, concinnatus.

Proœmium. *Art. 1.* Vitam hominum, quibus venenum aliquod illatum ſit, in ancipiti eſſe & in anguſtiis verſari experientia nimis frequenti ſatis compertum eſt, venenatorumque ſymptomata nullam pati *cunctationem*, ſed medelam citam ac promptiſſimam expoſcere. Ideoque ne opuſculum hocce manuale in tanta rerum præcipitatione ac difficultate *ſubſidio tam neceſſario* plane deſtituatur, ſchedulam hanc de venenis, tanquam quid deſideratum, adjeci.

Venenum quid. *Art. 2.* Utrum quidpiam in ſe & abſolute venenum ſit, multum ambigitur: e contra omnia venena eſſe nec ſine veneno quicquam exiſtere aſſerere non dubitavit *Paracelſus;* doſis ſola (inquit ille) facit, ut venenum ſit, vel non: cibus enim vel potus quilibet quantitate maiori aqua aſſumptus, atteſtante eventu, ſæpius venenum fit, vel, quod ad idem redit, mortem, violentam affert. Sed quum *de venenis* loquamur, intelligenda ſunt illa, quæ in minutiſſima ut plurimum ſui quantitate corporibus noſtris inſigniter nocent, eo nomine vocari.

Veneni definitio. *Art. 3.* Venenum in genere definiri poteſt id, quod intus aſſumptum vel extrinſecus admiſtum qualitate quadam vel agendi ratione corporibus noſtris vehementer *nocere* aptum eſt: non enim eſt de ve-

Digitized by Google

ni essentia, ut hominem semper interimat; sed satis est, si illum arcana quadam facultate vehementer lædat; posterioris generis sunt omnia illa, quæ *insaniam*, *stoliditatem* vel *fatuitatem* inducunt homines non penitus interficientia.

Art. 4. Non est hujus instituti inani speculationi tempus impendere de variis venenorum modis agendi, aut litem movere, utrum venena perimunt *nimio calore vel frigore*, *vasorum erosione*, vel *humorum putrefactione*, *lancinante nervorum irritatione*, vel *vehementi spirituum animalium in furorem agitatione*, &c. est enim maxima varietas. Interim tamen operæ pretium erit id adnotare, quod scribit *Sylvius;* quamvis (inquit ille) acrimonia omnis sensum caloris producere videatur in partibus sensibilibus; reperiuntur tamen in nostris corporibus duo acria effervescentiam diversam producentia, tum calidam tum calore destitutam, non tantum sensui manifestam, & ideo ab invicem distinctam, sed diversis remediis cedentem. Si quis venenorum effecta & symptomata, quæ in homine solent excitare attenta mente consideraverit, agnoscet illa omnia ortum suum ac efficaciam debere alterutri vel utrique acri, cujus acrimonia, vel patet vel latet; quoties patet veneni acrimonia prompta est ipsius actio ejus humorumque corruptio, sentiturque confestim ejus noxa; quoties latet, lenta & tarda est ejusdem actio, humorumque corruptio, nec nisi paulatim observatur ejus noxa.

Venena quo modo perimunt.

Art. 5. Quandoquidem duobus modis corpora nostra venenis afficiuntur, nimirum *ore sumptis*, vel *extra in corpus immissis*, de utrisque seorsim agendum est, & primo de venenis ore sumptis.

Venenorum duo genera.

Art. 6. Signa veneno intus assumpto supervenientia sunt quæ sequuntur, ructus fœtidi & mali saporis, mox pulsus & cordis motus insignis mutatio, virium lapsus, cordis angustia, palpitatio, lypothymia, syn-

Signa veneni sumpti.

Digitized by Google

cope, interdum vertigo, visus obfuscatio, tremores, convulsiones, singultus, stupor, mordicatio & dolores, & quandoque erosiones ventriculi & intestinorum, sitis, urinæ suppressio, vomitus materiæ pravæ, interdum & alvi profluvium, extremarum refrigeratio, sudores frigidi, linguæ intumescentia, labia tumefacta & nigricantia, ventriculi & hypochondriorum intumefactio atque extensio, interdum totum corpus intumescit & inflatur maculis passim in corpore erumpentibus & postremo mors ipsa. Verum non omnia hæc symptomata in omnibus accidunt.

Prognosis. *Art.* 7. Magna est venenorum differentia, alia alia sunt magis pernicioſa, alia citius alia tardius pro ratione quantitatis, qualitatis & reliquis eorum circumstantiis hominem enecant. Prognosis potissimum a copia vehementia symptomatum petenda est, si idonea medicamenta statim adhibita fuerint, & ex eorum usu melius æger habeat, de vita non est desperandum. convalescentibus vero sæpius accidit, quod a veneno maligna diathesis corpori imprimatur, quæ pertinaciter hæret, & longo post tempore sese exerit, & diuturnos & periculosos morbos parit. Opinio ista vulgo ficta est ac falsa, quæ *Indos ab iisque Italos ita arte veneficam statuit calluisse, ut in statum diem aut tempus prædeterminatum, sive fuerit septimana, sive mensis, sive annus, venenatos omnes certo conficere possint:* natura enim quibuslibet venenis huic aut altero æque fortibus viribus se opponit, & lethale virus reprimit aut frustratur.

Curatio. *Art.* 8. Quoad curationem venenorum in genere indicationes communes sunt tantum duæ, nempe venenum per viam per quam in corpus ingressum est (si possibile) revocetur & expellatur, & deinde ut illis alexipharmacis expugnetur. Ex natura & ratione alexipharmacorum & bezoardicorum, quæ magna parte cardiaca audiunt, proclives sumus conjectum facere,

Digitized by Google

facere, illa non proprie in venenum ipsum agere, sed saltem corpus roborare, ut ad venenum expellendum sufficiat, atque ita saltem per accidens in venenatis prodesse. Ex prædictis luculenter patet, quod danda sit opera, ut venena ore sumpta quamprimum e corpore evacuentur: atque ut id commodissime fiat per vomitum, vomitoria autem non debent esse fortiora, acria aut corrodentia sed leniora, & parata ex iis, quæ lentorem obtinent, & naturam mucilaginosam vel oleosam habent, quæ veneni acrimoniam aliquo modo obtundere possunt. In his casibus festinandum est nullaque interposita mora quæ ad manum sunt exhibenda. In hoc negotio, quod cunctationem non patitur, aqua tepida cum multo oleo permista reliquis omnibus quotcunque viribus fere æquipollet; deficiente oleo butyrum ejus locum supplere potest; valent etiam juscula mucilaginosa & pinguia, &c. Non autem satis est semel vomitum provocare, sed tamdiu is continuandus est, donec nulla amplius veneni in ventriculo indicia ex sapore, odore, nausea, dolore, & morsu deprehendantur. Si venenum a ventriculo ad intestina descenderit, quod sæpius accidit, iterata clysterum injectione illuenda est alvus, & e veneno emundanda; purgantia quoque lenia propinanda sunt, ut intestina superiora liberentur, conveniunt *cassia*, *manna*, *rhabarbarum* & similia; utiles sunt *emulsiones ex amygd. dulc. sem. melon. cydon. gum. arab.* &c. *cum syr. de althæa.* Tandem si quæ reliquiæ veneni in corpore superstint, a corde & visceribus avertendæ sunt & ad ambitum corporis pellendæ, & per sudores evacuandæ, quod alexipharmaca itidem præstant, & omnino utile & necessarium est ab alexipharmacorum usu non statim desistere, sed ea aliquamdiu continuare, donec maligna dispositio corpori impressa expugnata sit. *Theriaca Andromachi* contra omnia venena cujuscunque generis præ reliquis quotcunque remediis optimum esse *antidotum* jure merito

Digitized by Google

communi suffragio censetur; sed majori solita dosi ad drachmas duas vel tres exhibenda est (inquit D. *Harris in Pharmacolog. Antiempir.* p. 285.) ab hac vero regula interdum declinandum est; *nam de opio cauto opus est*, quando cum venenis narcoticis rem habeamus. Interim instituendus est conveniens victus; *lac in cibo & potu* a quamplurimis authoribus valde commendatur; reliqui cibi sint *pingues & unctuosi;* utilia sunt *jusculæ gelatinosæ e pedibus vitulis, rasuris eboris, C. C. &c.*

Venenorum divisio. *Art. 9.* Venenorum in specie divisio maxime naturalis a differentia corporum, quibus insunt, petenda est; existunt enim venena *vegetabilia, mineralia,* & *animalia:* ex his sufficiet eminentiora quædam tractare, unde ex istis exemplaribus ante oculos positis praxis de reliquis facile negotio derivari potest.

VENENA VEGETABILIA.

Cicuta & Aconitum. *Art. 10.* Ex plantarum classe *cicuta & aconitum* primas obtinent, utpote apud antiquos scriptores frequentissime memoratæ. Cicutam plantam esse venenatam foliis, radicibus, & succo expresso, pluribus exemplis passim apud authores probari potest. Folia interdum errore pernicioso loco chærefolii & petroselini colliguntur, & inter acetaria devorantur; radices pro pastinacis incaute comesæ quosdam interemerunt; succum esse exitialem ex *Athenienſium* consuetudine satis constat, qui mortis sententia damnatis propinabant; ex hoc lethali pharmaco occubuisse dicitur *Socrates ille philosophorum sapientissimus;* verum enim vero quodnam fuisset istud *venenum Atticum*, an merus cicutæ succus, vel ex hoc & aliis pharmacis compositum, haud satis constat, quin in dubium vocari possit; sed hic non est disputandi locus.

Cicuta calida & acris. *Art. 11.* Rationibus & experimentis deprehenditur, cicutam esse calidam & acrem (quod contra universæ antiquitatis suffragium *doctissimus Wepherus* indubitate comprobavit)

Digitized by Google

comprobavit) ſuisque aculeis membranam nerveam potiſſimum ventriculi ferire ac fibras ejus ad violentam conſtrictionem irritare, unde tum ob vellicationis vehementiam, tum ob conſtrictionis atrocitatem maxime circa orificia ventriculi, ubi nervi inſigniores diſſeminantur, præſidem ſyſtematis nervoſi in furorem agit, unde convulſiones, &c. & cerebrum & cor in conſenſum rapiuntur.

Art. 12. Affectus cicutæ intus ſumptæ ſunt præcordiorum & ventriculi dolor cum ſenſu punctionis & ardoris ibidem, quaſi temulentia aliqualis, vertigo, epilepſia cum ſenſuum abolitione, & mira capitis artuum & totius corporis ſucceſſione & torſione, ſpasmi univerſales, effluxus ſanguinis ex auribus, tumor pugni virilis magnitudine circa ſcrobiculum cordis, ſingultus, inanes vomendi conatus, faciei & abdominis intumeſcentia, fluxus ſpumæ viridis ex ore poſt mortem. *Effectus cicutæ intus ſumptæ.*

Art. 13. Indicationes itaque curativæ erunt cicutam quantocius ex ventriculo educendam eſſe, ejusque acrimoniam infringendam, ſpiritus vitales conſumptos a vehementia ſymptomatum inſtaurandos, aut ob motum ſanguinis varium vel interceptum oppreſſos excitandos, labem ventriculo vel inteſtinis impreſſam, ſive inflammatio ſive denudatio membranæ nerveæ, ſive exulceratio ſit, emendandam, & vires laudabili victus ratione reſtituendas & conſervandas. Cicutâ breviore, tutiore & certiore via exturbabitur e ventriculo vomitu tempeſtive concitato, neque neceſſum eſt, ut vomitoriis fortioribus utamur, ut ventriculum vehementer irritent & ſtimulent, cum jam alias ad conſtrictionem a *cicuta* pellectus ſit; ſufficiunt *aquæ & olei tepidi* largi & iterati hauſtus. Ad vomitum quoque in hoc caſu ciendum valent *juſcula pinguia, decoctum hordei cum oleo ſimplici, aqua tepida cum butyro, lac cum oleo & butyro, ſincerum aut aqua dilutum, cereviſia cum oleo & butyro; oleum lini vel nucis per ſe* nauſeabunda ſunt, ideoque commodiora *Curatio.*

Digitized by Google

commodiora ad vomitum facilitandum *aquæ tepidæ, lacti, decocto hordei, cerevisiæ, aut jusculis cujuscunque permista*, quæ una opera cicutæ acrimoniam demulcent & obtundunt. Pergendum est in hoc opere, donec *omnis cicuta* e ventriculo pulsa sit. Si vero ventriculus his in expellendo adjutus voto non respondeat, & vomitus tardetur, ad fortiora vomitoria recurrendum est, ad *oxymel scilliticum*, *sal vitrioli*, *decoctum cort. virid. jugland. decoctum fol. nicotianæ*, &c. Dum hæc tentantur pinguia enemata injiciantur & ano suppositoria intrudantur *ex melle & sale coctis hier. picr. sapone sal. gem. vel alumine*, &c. Clysteres enim & suppositoria motum peristalticum intestinorum sursum vergentem deorsum proliciunt. Vix licitum est catharticum propinare nisi leniissimum. Educta ita e ventriculo & intestinis *cicuta* omni vel maxima parte, tum demum ad *vinum generosum* & *alexipharmaca* deveniendum est. Antidoti magnæ, *Theriaca*, *Mithridatium*, *electuarium Orvietanum*, &c. prosunt quatenus dissolvunt sanguinem & lymphain alicubi stagnantes. Huc pertinent etiam *aquæ cordiales dictæ*, *confectiones de hyacinth. alkermes*, *lapis bezoardicus*, *item tinctura bezoardica*, *salia volatilia*, *mixtura simplex Paracelsi*. Cum suspicio sit, tunicas ventriculi aut intestinorum erosas esse aut ulcerosas, haud consultum est cibos *aromatibus* condire, multo minus *aceto*, neque vino nimium indulgere; magis prodest *decoctum hordei cum passulis, sem. anisi aut decoctum rad. chin. sassafr.* &c.

Cicuta, œnanthe & cicutaria.

Art. 14. Probabile est (*inquit clarissimus* D. *Mead*) *cicutam* antiquorum, de qua *Wepherus* tractatum edidit, fuisse nostram *œnanthem cicutæ facie succo viroso*, quæ cicuta vulgari multo exitiosior est. *Raius* vero noster, rei herbariæ peritissimus, *cicutam majorem vulgarem venenum fuisse Atheniense* asserit, & *cicutam aquaticam* de qua *Wepherus* integrum librum conscripsit, fuisse *cicutariam palustrem. vid. Hist. Plant.* Vol. I. p. 451, 452.

Œnanthes

Digitized by Google

Oenanthem autem cicutæ facie esse plantam ab ambobus diversam vid. *eandem.* p. 441. Doctissimus vero laudatus author forsan conjecturam suam sustinere potest, &c. per me licet, sustineat; non est mihi litigandi otium, nec animus. Interim agnoscendum est has plantas *cognatas esse, nec viribus aut facie valde dissimiles.*

Art. 15. Oenanthem aquaticam cicutæ facie apud *Raium* loco citato ad hunc modum descriptam invenimus; „*Paludapio* foliis non absimilis est rutæ pratensi „similior (nostra sententia *apio* aut *petroselino* similior „quam *Thalictro*) multo pullulatu virore tetro colore „& facie *cicutæ.* Caules bicubitales spargit e radice in „pares *asphodeli* albi bulbos multipartita & quasi bra„chiata nullius fibræ vinculo aut interventu continuos „teneros gustu acres & ingratos, succo lacteo primum „deinde flavescente viroso & exulcerante prægnantes. „In rivulis non in septentrionalibus duntaxat, sed & „meridionalibus *Angliæ* provinciis copiose provenit. „ An radices hujus plantæ sint venenatæ & malignæ vel salubres *Raius* dubitat, & rem in medio relinquit ulteriori examini subjiciendam. Sed de earundem malignitate sequens historia omnem tollit dubitandi ansam. *Oenanthes aquat. descriptio.*

Art. 16. Ad tertium lapidem ab oppido, ubi jam pluribus annis commoratus sum, medicinam faciens, septem circiter abhinc annos, a quatuor pueris comesæ fuerunt *radices œnanthes*, quod in hunc modum eveniebat; hi pueri hora undecima ante meridiana e *schola alphabetica* egressi, per prata palantes, ad ripam rivuli has radices reperiebant, & cum candelabri fragmento, quod ad manum fuit, effodiebant; opere egregie delectabantur, & plures jam nacti alebant alii aliis, hæ sunt *radices dauci teneræ* young Carrots, statim mutuis incitamentis, non famis, sed petulantis luxuriæ causa, illas avide devorabant. Quid fit? domum abeunt, ægrotare incipiunt, quod factum fuit, celabant. Hi liberi fuerunt tres filii & una filia ex iisdem parentibus orti, *Historia œnanthes comesæ.*

Digitized by Google

orti, patre vero tunc temporis ſolo ſuperſtite; eorum natu minimus quartum annum nondum compleverat, & maximus nonum non attigerat; filius medius quintum, & puella ſextum aut ſeptimum agebat annum. Vagiebant, ejulabant; pater natorum aſpectu conterritus, quid mali ſit, neſciebat. Porro obmuteſcebant, vertigine corripiebantur, proni in terram cadebant, ſuperveniebant ſpasmi horrendi cum tota ſenſuum abolitione, vomebant omnes, puella ſupra ac infra violenter purgata eſt, ſubinde vero in lucidis intercapedinibus edebant & bibebant. Pater lacrymans miſerabili & ſubitanea natorum omnium *metamorphoſi* vehementer perculſus varia in animo volvebat; ſecundum vulgi opinionem *incantamentis vel malis artibus* admiranda hæc ſymptomata inducta fuiſſe credebat. In lucidis intervallis rogabat, nunquid comediſſent, rem nondum agnoſcunt; deinde in loculis facto ſcrutinio inventa ſunt fruſtula quædam *cujusdam radicis*, hoc detecto, qui loqui potuerunt, veritatem fatentur omnes de *iſthac radice* eſitaſſe, unde ſtatim de veneno ſuſcepto orta eſt ſuſpicio: & extemplo nuncius cum radice ad me defertur; forte fortuna *radicem facie agnovi;* ipſe autem tunc temporis alias occupatus *pharmacopolam* conſilio & ſubſidiis idoneis inſtructum mox demiſi, qui miſellos invenit veneno fere confectos; nunc omnes, nunc hunc, nunc alium paroxysmis epilepticis cum graviſſimis ſpasmis & ſpuma oris laborantes. Juſſu meo multum oleum cum aquæ tepidæ crebris hauſtibus larga manu propinavit. Exantlato ita ventriculo, medicamentum, quod mihi maxime arridebat, fuit *tinctura bezoardica*, qua fretus alia aſciſci fore ſupervacuum credidi, niſi quod iis modico vino in languoribus indulſi. Doſis tincturæ maximo natu fuit coch. iſſ. & parvulis diminuta quantitate pro ratione ætatum ſexta vel octava quaque hora cum hauſtulo cereviſiæ; interim brodiis & lacticineis nutriebantur. Poſt 24. horas duo ex iis priſtinæ ſanitati reſtituti

restituti sunt, multo tamen debilitati; reliqui duo tardius convalescebant, nec ante quintam vel sextam diem excussa est veneni labes; iis *clysteres* sæpius injici curavi, & fortasse alia nonnulla remedia exhibui, quorum jam mihi excidit memoria: evasere omnes, sed non sine maxima difficultate; & jam, dum hæc scribo, vivi sunt.

Porcus ex esu œnanthes interfectus.

Art. 17. Idem paterfamilias, vir fidei integerrimæ, mihi narravit, se biennio post habuisse *porcum*, qui e propugnaculis prorepens vagos per agros aberravit, & in idem pratum incidit, ubi more istorum animalium ruspantem credibile est has radices gustasse & devorasse: nam post paucas horas vehementer ægrotabat; accersebatur *veterinarius* quidem e vicinio, qui manus auxiliares porrexit, sed frustra; nam animal moriebatur convulsum spumosa ex ore saliva effluente.

Corona imperialis, esula, euphorbium, helleborus.

Art. 18. Radix bulbosa *coronæ imperialis* intus sumpta affectus fere eosdem habet ac cicuta attestante *Johanne Rhodio apud Wepherum*; ideoque eandem exigit medendi methodum. *Esula sive tithymali quoque fere omnes* sunt acres & maligni, intro assumpti violenter admodum purgant, ventriculum & intestina excoriant, adurendi vim obtinent, & cicutæ viribus pernicioſis propemodum æquipollent. De *Euphorbio & Helleboro* idem dicendum est, si in nimia quantitate exhibeantur, & etiam quibusdam aliis pharmacis emeticis & cathartics usu vulgari nimis frequenter adhibitis.

Aconitum sive napellus.

Art. 19. Quod *aconitum sive napellus* a tota substantia sua summum sit venenum & pernicioſum in necandis hominibus & quadrupedibus, ut vix etiam approbatissimis *antidotis* succurri possit, nisi confestim applicentur præsidia, ex sententia medicorum fere omnium notum est. *Napellus* in jugis montium *Alpinorum* nutritus vires admodum noxias obtinet, adeo ut inter venena vegetabilia jure merito princeps censetur, delatus vero in hortos in locis humidioribus malignitatem magna ex parte deponit.

Art. 20.

Digitized by Google

Effectus intus sumpti. *Art. 20.* Symptomata ab assumpto *Napello* sunt quæ sequuntur, intumescentia labiorum, linguæ, & totius faciei, oculorum prominentia, pectoris gravitas, compressiones cordis, tremor partium, vertigines, syncopes, horror, mania, & lethargus, quæ omnia accidunt, & si intoxicatus evaserit, febre hectica tamen miser corripitur.

Curatio. *Art. 21.* De remediis adversus pernicioſum hoc venenum (veneno ipso prius vomitione reddito & reliquis de curando veneno in genere (8) recte observatis) commendatur *radix contrayerv. a* ℈j. *ad* ʒj. *cum Theriaca vel Mithridatio* exhibita. Sunt qui succum *Rephani* intus sumptum tanquam certissimum remedium decantant: plurimum prodesse aliqui volunt *lapidem bezoar. oriental. ex Matthioli experimento in duobus reis comprobato*, lib. iv. cap. 73. in *Dioscorid.*

Cocculæ officinarum. *Art. 22.* Cocculæ officinarum sive, *baccæ cocci Indici*, inter venena merito numerantur: in bestiis etenim (ex experimentis *Wepheri* constat) symptomata invasionis ordine & sævitia non disparia iis, quæ *cicuta aquatica* in hominibus efficit; certum est iis inesse vim deleteriam impense irritantem *helleboro albo* similem. Quamobrem qualis sit medendi methodus ab hoc veneno assumpto in sectione de cicuta (*Cap.* xvi. *Art.* 31.) percipienda est.

Taxus. *Art. 23.* Taxus arbor foliis, succo, & baccis, hominibus & jumentis lethalis est. Hoc veneno infecti frigus in toto corpore percipiunt, strangulationis metum incurrunt, & alvi profluvium dysentericum patiuntur, & plerumque repentina morte moriuntur. Facta per vomitum necessaria evacuatione propinandum est vinum generosum, in quo infusa sunt *folia absynthii, flores rorismarini, rad. zedoariæ, serpent. virgin. sem. cardamom. cum aliis aromatibus.* Ad febrem & alvi profluvium conducunt *terra sigillata, bolus Armena, lapis bezoar. coral. rub. rad. tormentill. &c.*

Art. 24.

Digitized by Google

Art. 24. Opium, quod vi ſua polychreſta, nunquam ſatis laudata, qua & ſomni nobis dulcedinem conciliat, & doloris ſuave lenimen præſtat, & quævis in republica noſtra microcoſmica turbata pacatiora reddit, in doſi plus juſto exhibitum venenum evadere nemini non notum eſt, in quantum veriſſimum eſt, quod etiamſi illius facies una ſit *Angelica*, altera tamen ſit *Diabolica*: quamobrem prudentia ſumma & maxima cautela in opiatis exhibendis omnino requiruntur; eorum uſus promiſcuus & profuſus *cane pejus & angue* vitandus eſt. *Narcotia* enim, quæ ſtuporem ſenſui inferunt, non temere in uſum ducenda ſunt, nec niſi in vehementiſſimis doloribus, ubi vires dolorum acerbitate concidunt, ut ceſſantibus doloribus vires recolligant. Adulatoris eſt medici, aut auram popularem captantis ea ob leviſſimam aliquam cauſam nimis frequenter & manu ſupra modum liberali propinare. Sed hoc obiter dictum ſit; de opio veneno dicturus ſum. *Opium.*

Art. 25. Effectus opii in nimia quantitate ſumpti ſunt qui ſequuntur, ardor ventriculi, ponderis ſenſus ibidem, alacritas aliqualis in initio cum riſu *Sardonico*, partium omnium relaxatio ac debilitas, mentis alienatio, memoriæ lapſus, oculorum obfuſcatio ex tunicarum relaxatione variis coloribus coram oculis apparentibus, ipſa cæcitas, linguæ balbuties, ſopor, pulſus rarus, efflorescens faciei rubor, maxillæ inferioris laxitas, labiorum intumeſcentia, ſpirandi difficultas, furor & mania, ſalacitas, cutis pruritus vehemens, nauſea, vertigo, affectiones comatoſæ, apoplecticæ, vomitus, ſingultus, pulſus turbatus, ſpaſmi, ſudores frigidi, ſyncopes, & lipothimiæ, expiratio frigida, mors. Omnia hæc ſymptomata in omnibus vix occurrunt, ſed quædam in his quædam in aliis, pro diverſitate conſtitutionum, pharmaci quantitatis, &c. *Effectus opii in nimia quantitate.*

Art. 26. Curatio in hoc primario conſiſtit, ut (quod in omnibus venenis faciendum) vomitus provocetur, *Curatio.*

Digitized by Google

at, si ad intestina jam penetravit venenum, clysteres acriores injiciantur, ac demum dosis cremoris tartari propinetur. Et postea *opii antidoti* exhibeantur, inter quas *salia lixivialia* aliis supereminent, ut & *sapo albus vel potius tartareus*, si comparari possit. Commendatur haustus *vini veteris*, *vel spiritus vini* cum *vitello ovi* ad noxiam resinam, opii partem perniciosissimam, ventriculo adhærentem subigendam. Postremo ad medicamenta acida deveniendum est; excitandus est æger omni arte, & se labore aliquo exerceat; aëri frigido se nudum exponat; immo in graviori casu commendatur *immersio in aqua frigida.*

Hyoscyamus. *Art.* 27. Hyoscyamus niger vulgaris est planta soporifera & venenosa odore fœtido facile se prodens. Ex esu *radicis*, *foliorum*, *vel seminum* oriuntur symptomata sequentia, ariditas faucium & linguæ, artuum stupefactio, spirituum languor, pruritus universalis, mentis alienatio, vociferatio, delirium, vertigo, visus depravatio aut abolitio, dyspnœa, suffocatio. Quoad curam vid. opium. *Art.* præcedenti.

Solanum. *Art.* 28. Solanum lethale, *Bella Donna*, est planta maligna & stupefaciens; illius baccæ quandoque a pueris incaute comeduntur, quas vocant *cerasa sylvestria*: symptomata ex his comesis sunt sitis intensa, raucitas, cardialgia, sopor gravis, cæcitas, mentis alienatio, delirium, hypochondriorum tensio, convulsiones, affectus apoplectici, mors.

Mandragora & coriandrum. *Art.* 29. Ejusdem commatis *narcotici est Mandragora*, ut etiam *coriandrum*, sicut a quibusdam affirmatur; sed de hoc haud satis convenit inter *Botanicos & Medicos.*

Nux vomica. *Art.* 30. Nux vomica *narcotica est & virulenta*, ea utuntur ad canes & feles interimendos: hæc animalia *nuce vomica* devorata intra paucas horas convulsi moriuntur. Neque dubitandum est, quin eosdem in homine haberet effectus. *Avibus* certe non minus perniciosam

Digitized by Google

cioſam eſſe ex frequenti noſtratium experientia conſtat, qui ejus pulvere carnibus inſperſo corvos, cornices, aliasque aves noxias inescare & perdere ſolent. Vide opium quoad curam. (*Cap.* XVI. *Art.* 29.)

Art. 31. Hæ plantæ *narcoticæ ultimo recitatæ* naturæ fere ejusdem cum opio ſunt quoad malignitatis ſpeciem & operandi modum; ideoque non opus eſt hiſce diutius immorari, ſed brevitatis cauſa remittendus eſt lector ad ſectionem de opio. (*Cap.* XVI. *Art.* 25.) *Plantæ narcoticæ.*

Art. 32. Fungi ſunt infimum & ignobiliſſimum vegetabilium genus, quorum & ſi aliqui ſimpliciter venenati ſunt, & in cibum non veniunt, alii tamen a nimis delicatulis edules ſunt: omnes facile nocere poſſunt, ut non ſine cauſa *Seneca* fungos voluptuarium venenum nominaverit, & *Plinius* cibum *ancipitem* illos dixerit. *Athanaſius Kircherus in lib. de peſte* hæc habet: *Fungus, qualiscunque ſit, ſemper malignus eſt, ſemper exitialium qualitatum apparatu inſtructus: & ſi non ſtatim ſentiatur, frequenter tamen comeſus neſcio quid ſucceſſu temporis occultæ machinationis interiore viſcerum adminiſtratione moliatur.* Apagete ergo pernicioſa iſthæc gulæ blandimenta. Quæ tanta voluptas ancipitis cibi? An usque adeo vitæ tædet, ut eam tam vili offa permutemus, mortemque ſemper in procinctu ſtantem *ultro ſolicitemus:* ita vitam noſtram, quam non accepimus, facimus brevem, nec inopes ejus ſed prodigi ſimus. *Fungi.*

Art. 33. Fungi (præcipue ſpecies venenatæ) comeſi ſenſum ſuffocationis & ſtrangulationis in fauçibus inducunt, ventriculum inflant, ſingultum excitant, choleram morbum producunt, interdum epilepſiam, ſyncopen, ſudorem frigidum, ſomnum profundum, &c. immo mortem ipſam, ſicut ex plurimis hiſtoriis in authoribus fide dignis videre licet. *Effectus fungorum.*

Ego ipſe ex improviſo imprudenti eſu fungorum aliquando in *diarrhœam mali moris* incidi cum graviſſimo *Teneſmo*, & perpetuo meiendi deſiderio, quod *Hiſtoria.*

Digitized by Google

Teneſmus veſicæ urinariæ appellari poteſt. Diarrhœam naturæ prius relinquendam eſſe cauſam ejusdem tunc temporis ignorans judicavi (nulla enim aderat nauſea vel ventriculi gravamen) quam die tertio malo perſiſtente & creſcente de eſu fungorum animo revolventi cogitabam. Quocirca doſin rhabarbari maſticavi, ex qua tamen nullum juvamen accepi. Die quarto ingraveſcente morbo cum inſigni virium jactura, nec non aliquali affectu vertiginoſo, & ani excoriatione dolorifica veſperi emeticum ex infuſo *radicis ippecacuan.* propinavi, ex quo ter vel quater evomui, & deinde hora decubitus doſin *Confectionis Fracaſtorii* deglutivi, unde feliciter omnino liberatus ſum.

Curatio. *Art. 34.* Quoad curationem, fungi (ſi fieri poſſit) ſtatim vomitu rejiciendi ſunt, & reliqua de veneno in genere curando jam dicta probe obſervanda. *Salia lixivialia* ægros mirabiliter juvant; ſpeciatim *lixivium ex cineribus ſarmentorum vitis.* Contra' nocumenta fungorum nil præſtantius invenitur quam *Theriaca Andromachi cum oxymelite ſimpl. vel ſcillitic. gallinarum ſimum duntaxat candidum decoctum mulſo venena fungorum boletorumque aſtringit ex Plinio, Liſter de Humoribus* pag. 392.

VENENA MINERALIA.

Venena mineralia. *Art. 35.* Poſtquam de venenis e plantis ſectionibus præcedentibus actum eſt; proximo loco eminentiora quædam venena in claſſe *mineralium tum naturalium, tum arte factorum* percurrendum eſt; ac primo de arſenico.

Arſenicum. *Art. 36.* Arſenicum primi ſubſellii eſſe venenum lippis & tonſoribus notum eſt; duplex eſt, nativum vel factitium; nativum iterum eſt duplex; nempe, *auripigmentum*, ſeu *arſenicum aureum, citrinum*, & *ſandaracha*, *ſeu arſenicum rubrum:* factitium itidem duplex ex his per ſublimationem conficitur, alterum ex auripigmento, & apellatur *arſenicum album cryſtalli-*

num,

Digitized by Google

num, alterum ex ſandaracha, & vocatur ſimpliciter *arſenicum*. Intra corpus aſſumpta alterutra arſenici ſpecies eadem fere graviſſima ſymptomata infert; ſandaracha tamen mitior eſt auripigmento, auripigmentum arſenico albo cryſtallino, quod omnium eſt pernicioſiſſimum.

Art. 37. Arſenicum intra corpus admiſſum virulentiam ſuam primum exerit pungendo, vellicando, irritando, urendo, unde ventriculi ardor & dolor atrociſſimus, inteſtinorum cruciatus vehementiſſimus, vomitus, ſitis inextinguibilis, linguæ, faucium, & gulæ ariditas & aſperitas, ſingultus; ſequuntur anxietates graviſſimæ, cordis palpitatio, lipothymiæ, extremorum frigus; ſuperveniunt interdum vomitus & dejectiones nigræ, fœtidæ, cadaveroſæ, ventriculi & inteſtinorum gangræna aut ſphacelus, poſtremo mors violenta. *Effectus intus ſumpti.*

Art. 38. Quoad curationem, præmiſſis univerſalibus ἄνω καὶ κάτω evacuantibus, quemadmodum in curatione venenorum in genere jam dictum eſt (*Cap.* XVI. *Art.* 8.) hic valde conferunt diluentia, oleoſa, mucilaginoſa, &c. Inſuper ex obſervatione *Wepheri* conſtat *bezoardicum minerale cum butyro permixtum* acrimoniam hujus veneni infringere. *Curatio.*

Art. 39. Inunctio ejus externa eſt etiam valde periculoſa & pernicioſa: extant etenim hiſtoriæ in ſcriptoribus medicis nonnullorum, qui unguento, cui arſenicum commiſtum eſt, ſeſe illeverunt, extinctorum, aliorum inſanientium, aliorum perpetuo claudicantium, &c. *Inunctio.*

Art. 40. Argentum vivum in venenorum numerum vix referendum eſt; notum eſt enim, quod in quibusdam caſibus innoxie hauriatur ad uncias aliquot: pejoris vero perniciei multoties exiſtit ejus uſus externus, ut videre eſt in iis, qui in Lue Venerea vel ſcabie *unguentis mercurialibus* utuntur; quamplurimis exitio inopinato fuit; tremorem, ſuporem, paralyſin, claudicationem *Argentum vivum.*

Digitized by Google

perpetuam, &c. intulit; aliis pravam corporis diathesin vix unquam sanabilem produxit. Novi quendam, qui scabie laborans curandi gratia *cingulam mercurialem* circa lumbos adhibuit; partes omnes infra cingulam stupebant, & paralyticæ evasere: pro illo restituendo variæ methodi incassum tentatæ fuerunt; tandem ad *Thermas Bathonienses* missus est, sed reducem parum in melius mutatum, irritis omnibus aliis, *salivatione mercurio excitata* & decocto e lignis a morbo penitus liberavit.

Mercurius præcipitatus & sublimatus.

Art. 41. Tametsi argentum vivum virulentum non sit; nonnulla tamen ex illo præparata sunt maxime venenosa, ut *mercurius præcipitatus varius;* ast omnium gravissima symptomata & damna infert *mercurius sublimatus corrosivus* intus sumptus; suo contactu instar ignis adurentis omnia corrumpit; hinc si sumptus sit, statim lingua & fauces vehementer exasperantur; oriuntur dolores ventriculi tormentosi cum abdominis distentione, vomitus vehementissimi cum maximo nixu, ejicitur materia mucosa, spumea, interdum cruenta, istiusmodi quoque sunt dejectiones alvinæ, quæ frequentes sunt cum doloribus acerbissimis, adest sitis ardentissima, insatiabilis, accidit gravissima inflammatio ac intumescentia linguæ ac faucium, superveniunt deliquia, sudores frigidi, tremores, convulsiones; brevi ventriculo & intestinis gangrænam parientibus æger dicto citius obitu miserabili cadit.

Curatio.

Art. 42. Proh dolor! tam ingenti malo haud datur *par remedium.* Basis curæ in summa festinatione maxime fundatur; quod facto opus est omni procrastinatione sublata suscipiendum est; quantum præstare possumus, adnitendum est, ut ventriculus a veneno vomitione provocata liberetur. Non est vir fortis, cui animus non crescit in ipsa rerum difficultate. Armamenta, quæ præ manibus præsto sunt usurpanda. Quid vulgarius oleo, butyro, & aqua tepida, quibus raro pauperum casæ carent? attamen & hæc præstantissima sunt ad mu-

Digitized by Google

ad muniendas partes internas contra veneni aculeos; hæc si quæ alia hostis exturbationem citissimam promovent, hæc demulcent, hæc denique magnis *Antidotis* viam sternunt, illarum usum tutiorem efficiunt, ut venenosa labes impressa emendetur. Extra corpus nostrum vidimus in præcipitatione magisteriorum per oleum tartari a corporibus solutis omnem vim corrosivam tolli, unde sperare licet *oleum tartari per deliquium*, vel *sal tartari*, *vel absynthii*, *& similia salia fixa alcalia & lixivialia* ad virulentiam hujus veneni domandam aliquid præstare posse, & re vera opem præstant ultra omnia alia *antidota*, quæ hactenus novimus, quod enim scribunt de viribus *crystalli*, *& similibus*, ego illis vix fidem habeo.

Art. 43. Sublimatum corrosivum vel aliud quodvis venenum intra ventriculum admissum statim emetico aliquo propinato ejiciendum est (inquit D. *Shaw*) ideoque *æruginem æris ad gr.* i. *vel* ij. exhiberi suadeo; quoniam promptissime ac sine mora operabitur: hoc vero esset venenum ingerere ad aliud expellendum; quod tamen quibusdam fortasse minus incongruum videatur: clavus enim clavo pellitur, & ignis igne expellitur; sed ego malim *tutioribus remediis* malum aggredi. De Ærugine æris proximo articulo.

Art. 44. Æs viride intra corpus sumptum perniciosissimum est venenum, & etiam nonnulla ex *antimonio male præparata* sunt æque virulenta. Hæc sunt ejusdem fere naturæ cum *arsenico*, licet gradu paulo inferiori, similiaque symptomata excitare solent; eandemque itaque curationis methodum requirunt; ideoque non opus est, ut de his singulatim differam. *Æs viride & ex antimonio male præparatum.*

Art. 45. Spiritus acidi, ut *aqua fortis*, *spiritus nitri*, *spiritus & oleum vitrioli & similia* vulgo venena audiunt; verum quicquid præstant potius corrosione quam venenositate facere videntur. Per imprudentiam vel errorem quandocunque in ventriculum dimittantur, *Spiritus acidi aq. fortis &c.*

Digitized by Google

ſtatim inſtar ignis faucium & linguæ, ventriculi ac intestinorum tunicas cum diris cruciatibus erodunt, & ſuffocationem inſtantem minantur, & hominem in extremum vitæ periculum conjiciunt.

Curatio. *Art. 46.* Cito ac mature idoneæ auxilia adhiberi debent, lenientia & viſcida opem ferunt, idem pinguia, oleoſa, & mucilaginoſa plurimum valent, privatim *mucilago ſeminum cydoniorum*, *gum. tragacanth.* &c. magnam utilitatem præſtant. Sumptis venenis erodentibus, (inquit *Montanus*) non eſt præſtantius remedium *lacte bovino*, ſi bibatur in magna quantitate ad exigendam ſitis, quia ſemper ſequitur ſitis ingens tali ſumpto venenó; hic quoque *ſalia fixa* corroſionem minuunt, ut & *pulveres teſtacei*, &c.

Lithargyrum, cerussa & minium. *Art. 47.* Sunt etiam *recrementa quædam metallica ex plumbo*, *& alia ex illo factitia*, quæ inter venena numerantur, *ſcilicet. Litharg yrum utrumque*, *ceruſſa & minium:* hæc vires *Arſenici* quodammodo æmulantur, ſed non adeo exitioſas poſſident. Qui hæc venena ſumpſerunt, eodem modo curandi ſunt, ac ii, qui ipſum *Arſenicum* hauſerunt. (*Cap.* XVI. *Art.* 38.)

VENENA ANIMALIA.

Venena animalia. *Art. 48.* Reſtant jam venena, quæ venenoſa animalia homini communicant, tractanda: atque hæc *ex morſu*, *ictu*, *vel ipſorum eſu* corporibus noſtris nocumentis ſunt.

Serpentes & angues. *Art. 49.* E venenoſorum animalium numero *ſerpentes* imprimis ſunt. In omnibus cujuſcunque generis ſerpentum ſive anguium, ſive viperarum morſibus virus morſus tempore in vulnus infunditur, unde funeſta omnia ſymptomata inſequentia excitantur. Authores venenum *viperæ* inter ea, quæ ſtatim enecant, & ea, quæ tardius interimunt medium eſſe conſtituunt. Ideoque pro exemplo reliquorum iſtius generis ſit *vipera.*

Vipera. *Art. 50.* Vipera eſt animal *viviparum*, reliqui ſerpentes ſunt *ovipari.* Demorſi nonnunquam ſeptem horarum

Digitized by Google

horarum ſpatio, interdum non ante tertium diem intereunt. Viperæ plurimum iratæ, & tempore æſtivo ſunt magis lethales, item in regionibus calidioribus, ſunt magis nocivæ, quam in frigidioribus, quod omnino verum eſt *de omnibus ſerpentum & anguium generibus.* Culter anatomicus detexit, liquorem quendam ſubflavum a viperarum ſanguine ſecerni glandulis duabus conglomeratis, parte anteriore ſincipitis locatis, ex diverſis aliis minoribus conflatis, quæ communi membrana teguntur, quorum ſingulæ vas excretorium exhibent, quæ vaſa ſe uniendo ductum formant ad radices dentium inciſorum perforatorum decurrentem; ibique in veſiculam liquidum hoc deponunt, vix guttulam quantitate ſuperans; conſtat *ex microſcopica obſervatione CC. D. Mead.* particulis ſalinis egregie minutis, quaſi ſpiculorum inſtar hoc liquidum ſcaturire.

Art. 51. Symptomata morſum *viperæ* conſequentia ſunt dolor acutus & punctorius in loco vulnerato, tumorque primo ruber & poſtea liveſcens, ſenſim in partes vicinas latius ſerpens; cutis æſtuat erumpentibus veſiculis; progreſſu temporis ſupervenit inſignis langnor, pulſus celer, debilis, & quandoque intermittens, cordis palpitatio, ſenſuum ſtupefactio, præcordiorum anxietas, ventriculi ægritudo ſumma cum vomitu bilioſo, oculorum hebetudo, interdum dolores circa umbilicum, vel circa hepatis regionem, reſpiratio difficilis, ſingultus, tremores, convulſiones, ſudores gelidi, extremorum frigus, mors ipſa tragœdiam claudens, niſi malo remediis ſuccurratur, vel peculiaris vulnerati vigor, & innatum robur venenum vincant. Si demorſus ſuperſtes ſit, tumor cum inflammatione aliquamdiu manet; interdum ſanies e vulnuſculo manat, & puſtulæ quædam circa idem herpetis exedentis ad inſtar erumpunt; cutis univerſa flaveſcit, tanquam in ictericis.

Symptomata morſum viperæ conſequentia.

Digitized by Google

Curatio generalis & particularis.

Art. 52. Venenorum extra in corpus admiſſorum curandi ratio a tribus potiſſimum indicationibus pendet; primo, ut venenum ſtatim extrahatur; ſecundo, ut inhibeatur, ne ad interiora ſerpat; & tertio, ut ſi quid veneni jam in arterias & venas penetraverit, alexipharmacis expugnetur, eodem plane modo ac in venenis ore ſumptis. Id, quod habet *Celſus* de ſerpentum morſu, quicquid fuit in praxi antiquorum, complectitur; imprimis *(inquit ille)* membrum ſupra vulnus deligandum eſt, non tamen nimium vehementer, ne torpeat; dein venenum extrahendum eſt *cucurbitula* applicata facta prius ſcarificatione profunda, vel alterius hominis in ore ulcus non habentis exſuctione; venena enim ſerpentum non guſtu ſed in vulnere nocent [*ſed ab hoc experimento ſanos cavere ſuadeo*] neque alienum eſt circa vulnus ſcalpello incidere. „Plaga poſtea *ſpi-*„*ritu vini in quo Theriaca vel Mithridatium diſſolutum* „*ſit*, abluenda.„ Vivum etiam gallinaceum pullum per medium diviſum vulneri imponere proficit; huic etiam facit hædi agnive caro calida loco vulnerato applicata. Neceſſarium eſt quoque demorſum exſorbere portionem meri vini cum pipere, vel quidlibet aliud, quod calori movendo par eſt, nec humorem intus coire patitur; nam maxima pars venenorum frigore interimit. Omnia etiam urinam moventia, quia materiam extenuant, utilia ſunt. Quoad praxin recentiorum animadvertendum eſt, quod teſtatur *Boylæus*, ſcilicet, quod ſi ſtatim a morſu, paulo eminus a parte *ferrum bene ignitum* teneatur, venenum adeo enervat, ut demorſum ſoſpitem & incolumem conſervet, ne quid mali niſi dolorem in parte cito evaneſcentem patiatur: longe vero melius & tutius videtur, quod alii docent, locum profunde exurere *cauterio actuali.* Sed pro omnibus quotcunque *axungiam viperinam* vulneri affrictam (modo extemplo fiat) eſſe præſentaneum remedium ſine ulla internorum ope quamplurimis experimentis

Digitized by Google

mentis constat; sed quoniam hæc axungia non semper in promptu sit, & virus celeriter transiens massam sanguineam contaminare possit, topicis aliis appropriatis, quæ præ manibus sunt non neglectis remedia interna quam ociſſime exhibenda sunt, inter quæ instar omnium eminet *sal viperarum*, quod ægro in lecto decumbenti sufficienti quantitate datum, & aliquoties repetitum ad levem sudorem suscitandum sine alio auxilio curam absolvit. Quæ veneno in genere adversantur, hic conferunt, ut *Cardiaca*, *Bezoardica*, *Theriacalia*, *alexiteria*, &c. Generale *Antitoxicon prophylacticum* nullum omnino hactenus cognoscitur, quin & repugnat tale esse.

Art. 53. Aspis omnium serpentum est longe vehementissimus; tam exiguum infligit vulnus, ut omnem fere oculorum aciem effugiat, vix punctura acus æquans, per illud tamen tantæ perniciei venenum infundit, quod intra paucas horas totum corpus pervadit, hominemque citissime e medio tollit, nec tamen dolorem multum infert; sed supervenit capitis gravitas, oculorum caligo, sensuum hebetudo, stupor, segnities, somnolentia, faciei pallor, corporis refrigeratio, crebræ oscitationes, spasmi, & tandem, nisi cito succurratur, *trium horarum spatio* ipsa mors. *Ab aspide* demorsi eodem modo curantur, ac a vipera, vel aliis serpentibus læsi. *Aspis.*

Art. 54. Araneorum licet plures species reperiantur, alii aliis venenosiores, omnes tamen uno eodemque modo nocent, scilicet *ictu* per vulnusculum venenum in corpus infundunt, vel *in esculenta vel potulenta* illapsi & ingesti hominem lædunt, vel postremo combusti *fumo suo* nocent. Accidit in parte demorsa stupor cum frigoris sensu & horrore, ventris intumescentia, flatus in intestinis, faciei pallor, lacrymæ involuntariæ, parium extremarum tremor, & affectiones spasmodicæ, sudor frigidus, perpetua & vana mingendi cupiditas, membri virilis tensio. *Aranei.*

Art. 55.

Digitized by Google

Curatio. *Art. 55.* Ad ictum araneorum eadem obſervanda eſt methodus, ac in morſibus aliorum animalium venenatorum; privatim autem plane admirandæ ſunt vires *foliorum ficus* ad hoc venenum domandum, ſi ſuccus ſtatim hic ex foliis manans bis aut ter in vulnus inſtillet, venenum omninò extinguit, & dolores tollit, & reliquorum ſymptomatum ingruentium occaſionem præſcindit. Ad *araneos deglutitos* propinandum eſt vomitorium, ſicut in aliis venenis intra corpus ſumptis, neque omittenda ſunt alexipharmaca ordinaria, ſpeciatim vero *reſina abietis ficca* multum præſtare dicitur; commendatur etiam *allium frequenter comeſum*, *vinumque aromatiſatum* &c.

Scorpionis ictus. *Art. 56.* Ab ictu ſcorpionis acerbiſſimus dolor non ſolum in parte affecta, ſed & in toto corpore ſentitur; locus vulneratus inflammatur & tumet, circa plagam emergunt puſtulæ; adeſt tremor, pallor, frigus, ſingultus, vomitiones &c.

Curatio. *Art. 57.* Ad ſcorpionis ictum *ſcorpio ipſe* eſt omnium præſtantiſſimum medicamentum (inquit *Celſus*); quidam contritum cum vino bibunt, quidam eodem modo contritum ſuper vulnus imponunt; quidam ſuper naſus eo impoſito vulnus ſuffumigant, & carbonemque ſuper vulnus deligant; quidam *allium cum ruta miſtum oleoque contritum* adhibent „Sed præ reliquis extenuat, „quemadmodum axungia viperina morſum viperæ ſanat, ita *oleum ſcorpionum* eorundem ictui medetur. „Interna eadem ſunt ac in aliis venenatorum animalium morſibus.

Bufo. *Art. 58.* Bufo ſive rubeta eſt animal veneno plenum, ut non immerito *terreſtris toxici & contagioſæ virulentiæ burſa* appellatur. Maximo in hominem odio eſt *bufo*, & viciſſim in *bufonem homo*. Et ſi bufones dentibus careant, gingivis tamen, quas perduras & ſcabras habent, partem cui adhæſerint, ſic arcte conſtringunt, ut venenum ſuum in partem indeque adigant.

Vene-

Digitized by Google

Venenositas *bufonum* non videtur in alio consistere, quam vel in eorum furore, vel in eorum excrementis, speciatim urina acri caustico volatili sale inprægnata, quam acrimoniam obtinere videtur ex alimentis, nempe minutulis istis *scarabæis*, qui in eorum ventriculo & colo reperiuntur: bufones enim mortui omni veneno carere dicuntur. Venenum suum mictu, saliva & vomitu in herbas eructant, præsertim vero in *fraga*, quæ vehementer appetere dicuntur. Bufonum venenum non modo intus ingestum perniciale est, sed etiam *cuti aspersum*, nisi locus statim urina vel aqua salsa abluatur.

Bufonis veneni effectus curatio.

Art. 59. Admisso bufonis veneno ægri flavescunt, toto corpore intumescunt, labris linguaque nigricantibus balbutiunt, dyspnœa asthmatica corripiuntur, vomitu, sudore frigido, vertigine, convulsione, syncope, & tandem morte deprehenduntur. Ideoque procurare *vomitum* quamprimum medicum oportebit, præsertim si venenum ore sumptum fuerit, *clysterem* injicere, veneni vim omnibus *alexiteriis calidis & attenuantibus* infringere, ut *Theriaca & Mithridatio in vino generoso dissolutis*; tandem vero *balneis æstuariis*, & valido multoque exercitio ipsum digerere.

Cantharides.

Art. 60. Cantharides extra corpori applicatæ interdum vesicæ nocent, stranguriam faciunt, immo sanguinis mictionem excitant. Intus sumptæ omnes fere ab ore ad anum usque humani corporis partes internas arrodunt, inflammant, atque exulcerant, unde febris ardens; in ore resinæ cedri vel pini sapor percipitur; imprimis vero partibus urinæ dicatis sua natura infensæ sunt, unde in illis ardorem inflammatorium, excoriationem, penis continuam erectionem, cruentam & dolorificam stranguriam, vel omnimodam ischuriam excitant, quæ tandem vasorum urinariorum gangræna & ipsa mors consequuntur.

Curatio.

Art. 61. Ad curam primo loco opera danda est, ut *Cantharides* e corpore quamprimum ejiciantur, idque per

Digitized by Google

per *vomitorium* cum aqua tepida vel jure pingui; *clysteres* quoque ex diluentibus & oleosis injiciendi sunt; ad acrimoniam etiam obtundendam æger copiose bibat *lacticinea*, *emulsiones*, *oleosa*, & *mucilaginosa*; commendatur etiam *terra Lemnia*, & præ omnibus aliis (attestante D. *Gronvelt*) *camphora*.

Venena mechanica.

Art. 62. Pulvis *adamantis*, *crystalli*, *vitri*, *metallorum variorum limaturæ* & similia dici possunt *venena mechanica*, quæ intra corpus admissa, quasi tot *cultelli*, viscera lancinant & incidunt; atque ita mortem vel subitaneam vel lentiorem inducunt, artemque nostram illudunt.

Venena distillatoria.

Art. 63. Supereſt adhuc alia venenorum familia, nimirum *spiritus vinosi & potus inebriantes*, *stillatitii*, horum enim nimis frequens & profusa ingurgitatio (uti pessima consuetudo obtinet) tot hominum *Myriades*, quot sunt in cœlo *stellæ*, trucidavit; immo plures *decies centenis millibus* ex hoc quam ab omnibus reliquis quotcunque venenis occubuere, minime dubitandum est; unde hoc malum perniciosissimum vocare soleo κατ' ἐξοχὴν The Harm, jocone an serio ne dicam. Quamplurimis non tantum morbos graviſſimos parit, sed aliquando etiam quibusdam ipsam mortem subito affert, quo nomine, si non *veneni* appellationem mereatur, quo alio id possit, ego saltem assequi vel conjicere nequeo. (vid. *Art.* 1, 2,) Spiritus vini intus sumptus omnibus fere animantibus vitam adimit; immo vegetabilibus quibuscunque more pabuli exhibitus, *ne parente vite exemta*, mortem infert.

Malum vix curabile.

Art. 64. Ingratum onus medicis generosis incumbit. Istiusmodi spirituum ardentium *helluones* noctes atque dies juxta suum cacoëthes detestabile *ignem liquidum* perpetuo pitissantes, quum coctiones omnes delerunt, solida universa enervarunt, & liquida corruperunt; cum fabrica jamjam diu vacillans collapsura est, nostram opem petunt. Quid fit? *Scabinorum* munere

funge-

Digitized by Google

fungendum est; & forte fortuna exantlatione peracta & lasanis ac scaphiis in sentinam decapulatis, & labe quodammodo resarcita rursus actum agere statim satagunt, &, ut canis immundus vel amica luto sus, ad sordem & illuviem se protinus recipiunt; atque ita vitæ suæ non inopes, sed prodigi, quam non acceperunt illam faciunt brevem. Quid faciamus *Medici* vel quid faciant *Theologi?* medicamenta nihil valere possunt, & consiliis auscultare nólunt. Omnia incassum erunt, in impii veneni amplexus ruunt, stupidi & occæcati evadunt, rationibus & consiliis *marpessæ cautibus* surdiores; in æternum sitiunt, & sitientes bibunt quasi *dipsades morsi*, & quo plus potæ plus sitiuntur aquæ, *aquæ istæ stillatitiæ mortiferæ*, quibuscum, qua festinatione possunt, scenam claudunt in ipso mortis articulo *lagenam exposcentes.* Proh Dolor!

Art. 65. O beatam temperantiam! nunquam satis laudandam, nunquam satis admirandam! primævæ etatis, quam fecisti auream, *decus & tutamen!* tui ipsius suadelam utique & pretium! lætis aliquando *Saturni* temporibus visam! puris quisque animis in omni evo cultam usque & colendam. Tu es, si quod uspiam in terris, *verum Archæi sedativum*, & conservatrix mentis sanæ in corpore sano. Tu recta deducis tui cultores ad longam & jucundam senectutem vultu placido & juvenili, grato & amabili. Tu denique tui ipsius inimicorum laudibus ornaris, & amabilis etiam ab ipsis vicaris, quibus, te imprudentissime repudiata, manet satyrici *maledicto*, ut, *virtutem hanc videant intabescantque relicta.* *Encomium temperantiæ.*

JUDICIUM DE DEFUNCTO VENENATO.

Art. 66. Adumbratis sic pro instituti ratione venenorum (præcipuorum saltem) natura, agendi modo, & me- *Judicium de defuncto Venenato.*

Digitized by Google

& methodo; operæ pretium erit paucis attingere, *quomodo Medicus ſuum judicium ferat*, ſi quando vocatus fuerit ad defuncti cadaver inſpiciendum, ubi ex repentina morte & aliis circumſtantiis de veneno clanculum dato inciderit ſuſpicio. Hoc autem ex ſupradictis magna ex parte ediſcendum eſt, ſi ad ſingula venenorum genera probe attendatur. Teſtimonia eminentiora hominis veneno corroſivo metallico vel vegetabili enecati, ſunt, quæ ſequuntur, *externus ſuperficiei tumor, maculæque nigræ, fuſcæ vel lividæ, linguæ tumor nigricans, ungues nigræ, vel lutei, facile labentes, capillorum ſpontaneus manipularisque caſus.* In aperto cadavere *viſcerum livor, colorque citrinus, vel nigredo*, ventriculi ac inteſtinorum *gangrænæ & ſphaceli;* hæc ſunt manifeſta veneni indicia; ſi adfuerint ſigna antegreſſa, nimirum *vomitus perpetuus, tormina, alvi dejectiones cruentæ, urinæ ardores, oſcitationes, convulſiones, ſyncope, ſudores frigidi, palpitatio cordis, obmuteſcentia*, & alia id genus dira ſymptomata in ſuperioribus paſſim enumerata. Narcotica & opiata (quantum ego ſcio) nullum omnino externum ſui ſignum relinquunt, præter *horridum oculorum obtutum; Art. 25.* recenſentur. Sed in judicio ferendo ex ſignis ſupradictis ſummam inter prudentiam & edicendi parſimoniam medicus verſari neceſſum habeat; namque ea omnia indicia, quæ ex eroſis forte per venenum viſceribus colligi poterint, ex humore acri intra ipſum hominem generato fieri queunt. Conſultius proinde erit, reum, nullo certo ipſum convincente argumento, accuſati criminis abſolvere, quam inſontem morti adjudicare, quod jura divina & humana voluiſſe patet: dantur tamen interdum caſus tam extra dubium poſiti, ut alia ratione judicandum eſſe neceſſe ſit.

)o(

PHAR-

Digitized by Google

PHARMACOPOEIA REMEDIORUM BREVIUSCULA, QUORUM IN CAPITIBUS PRÆCEDENTIBUS FACTA EST MENTIO.

ADMONITIO AD LECTOREM.

In hoc ultimo capite (ficut in aliis feci)ut cum lectore apertis tibiis agam, ubique auctorum harum formularum literas initiales nominum appoſui; quas quoque in illius gratiam hic exponere non pigebit: Sciat itaque quod per literam capitalem B, Pharmacopœia *Batcana* deſignetur, & per reliquas, ut infra indicatur, videlicet.

B. — Pharmacopœia Bat.
Bar. — Barbette.
Bo. — Boerhaave.
D. — Diemerbroeck.
E. — Ettmuller.
F. — Fuller.
G. — Greenfield.
H. — Harris.
L. — Liſter.
M. — Morton.
Mu. — Musgrave.
P. — Pitcarn.
Pu. — Purcell.
P. L. — Pharm. Lond.
R. — Radcliff.
S. — Sydenham.
Syl. — Sylvius.
T. — Turner.
W. — Willis.

1. *Acetum Peſtilentiale.* B.

℞ Rad. angel. zedoar. ana ℥j, bacc. jmip. ℥ij, rut. M. iij, acet. opt. ℔iij, macera, ac cola. *Pro ſuffitu, & oris collutione graſſante peſte.*

2. *Æthiops mineralis.* H.

℞ Hydrarg. p. iv. flor. ſulph. p. iij, agitentur in mortario vitreo, donec omnes globuli mercuriales penitus evaneſcant.

3. *Aluminatum.* B.

℞ Succ. limon. ℔j, alumin. ℥ß, coque & deſpuma. *Valet in rubore faciei, puſtulis,* &c.

Digitized by Google

4. *Antihecticum Poterii.* ℞.

Fit ex regul. antimonii martiati & ſtan. angl. ana, colliquatis cum triplo nitr. detonatis, & aqua edulcatis ſ. a.

5. *Apozema Diureticum.* G.

℞ Rad. anonid. fœnic. petroſelin. liquirit. ana ℥ß, ſem. alth. malv. cicer. rub. ana ʒiß, ſem. 4 frigid. maj. ʒj, ficuum ping. N°. v, ſebeſten. N°. iij, hord. mund. ʒj, gran. alkekeng. N°. vij, coq. in aq. pluvial. q. ſ. ad ℔ij.

6. *Apozema Aperiens & Antiſcorbuticum.* S.

℞ Rad. gramin. cichor. fœnicul. & aſparag. ana ʒj, uvarum corinthiac. & paſſul. enucleat. ana ʒij, fol. hepatic. ling. cervin. & cap. ven. ana M. j, fol. Beccabung. ſub finem addit. M. ij, coq. ſ. q. aquæ fontan. ad ℔ij, ſub finem adde vini Rhenani ℥ß, colatura adhuc calente infunde ad duas horas vaſe clauſo cochl. hortenſ. M. j, colatur. adde ſyr. e quinque radic. & e ſucco aurant. ana ʒij, aq. cinnamom. hordeat. ʒj, M. F. Apozema. Sumat. ℥ß, mane & quinta pomeridiana per XIV. dies.

7. *Apozema in Febribus.*

℞ Rad. ſcorzoner. ʒ ß., caul. angel. condit. ℥ß, flor. lavend. rorismar. ana p. j. uvar. paſſ. maj. enucleat. ʒiij, conſerv. roſ. rub. ʒj, coq. in aq. hord. q. ſ. ad ℔ij. colatur. add. vin. rhenan. vel. xeran. ℥ß, m.

8. *Aqua Balſamica.* F.

℞ Heder. terreſt. marrhub. alb. hyſſop. puleg. ana M. iij, Rad. enul. irid. florent. ana ʒii, terebinth. venet. (cum ol. tart. diſſolut.) ʒiv, lact ℥vj, ſp. vin. ℥ß. deſtillentur in arena. *Apprime convenit in tuſſi pulmonali & phthiſi incipiente.*

9. *Aq.*

9. *Aqua Benedicta.* B.

℞ Calcis viv. elect. ℔j, superfund. aq. fluvial. bullient. ℔viij, post debitam ebullitionem & residentiam filtra ad usum.

10. *Aqua Cosmetica.* P.

℞ Litharg. aur. ℥ij, mercur. sublimat. corrosiv. ℥j, acet. ℥x, infund. p. r hor. 12. in vase stanneo sæpius agitando; post subsidentiam effundatur liquor. limpidus. *Usus tempore instillentur guttæ i liquot ol. tart. per deliquium, donec lacteſcat.*

11. *Aqua Divina Fernelii.*

℞ Mercur. sublimat. corrosiv. gr. xij, aq. plantag. ℥vj, in vase vitreo evaporetur ad tertiæ part. consumption.

12. *Aqua limacum scorbutica.* F.

℞ Limac. cum testis contus. ℔iij, cort. aurant. recent. ℥iij, herb. beccabung. nasturt. aquat. aparin. ana M. iij, ſer. lact. ℔vj, fiat distillatio, &c.

13. *Aqua limacum pectoralis.* F.

℞ Limac. contus. ℔iij, mic. panis alb. ℥xij, nuc. moſch. ℥vj, herb. heder. terrest. M. vj, ſer. lact. ℔vj. distil.

14. *Aqua omnium florum.* B.

Fit ex stercore vaccino Maio collect. cum vin. alb. tertia parte distillato, vel ex stercore vaccin. & limac. cum testis contus. distillatis.

15. *Aqua Ophthalmica Sapphirina.* B.

Fit ex aqua calcis viv. (9.) ℔j. *ſalis armoniac.* ℥iij, in pelvi ænea maceratis, donec colorem sapphirinum acquirant. *In quamplurimis oculorum affectibus valet.*

Digitized by Google

16. *Aqua Prophylactica.*

℞ Rad. angel. zedoar. ana ℥j, petasitid. ℥ij, fol. rut. M. iv, meliss. scabios. flor. calend. ana M. ij, nuc. jugland. immatur. concis. ℔ij, succ. pom. citr. (vel aurant. acid.) ℔j, acet. vin. opt. ℔vij, digere per noctem & distilla lento igne ad siccitatem. *Optimum alexiterium habetur.*

17. *Aqua Scelotyrbica.* F.

℞ Rad. raphan. sylv. ari, cort. aurant. recent. ana ℥iij, herb. cochlear. hortens. persicar. ana M. iv, nasturt. aquat. beccabung. salv. menth. ana M. iij, nuc. Mosch. ℥iij, cerevis. annos. ℔xij, distill.

18. *Aqua Theriacalis.* D.

℞ Rad. ostrutii, petasitid. angel. carlin. valerian. ana ℥ijß, enul. campan. cort. aurant. sicc. ana ℥iij, herb. scord. absynth. ana ℥iij, card. ben. ℥iij, flor. ros. rub. ℥ß, stœchad. ℥ij, bacc. junip. ℥ijß, cardamom. min. ℥v, cinam. ℥j, vin. rhenan. vel gallic. ten. ℔xxij, aq. ros. ℔ij, vase bene obturato stent in infusione dies x, deinde add. fol. rut. M. vj, tanacet. M. iv, rorismarin. pimpenel. ana M. jß, maneant simul in infusione adhuc per octo vel decem dies, quotidie baculo commovendo, postea affunde succ. cit. ℔ij, stent adhuc per 3, 4^ve dies, postea super ignem leviter ebulliant, & colentur, ac in torculari fortissime exprimantur, colatura distilletur in B. M. & servetur ad usum.

19. *Arcanum Cosmeticum.* B.

℞ Talchi ven. subtilissime pulv. p. j. ol. camphor. p. j. digere in B. M. ad summam albedinem.

20. *Aurum Fulminans.* B

Fit ex auro in aqua reg. solut. & cum oleo tart. præcipitat. edulcando, siccandoque, s. a.

21. *Aurum*

Digitized by Google

21. *Aurum Mosaicum.* B.

Fit ex stanno, mercurio, sale armoniaco, & sulphure mixtis & sublimatis s. a.

22. *Balneum Psoricum. Bar.*

℞ Rad. lapath. acut. brion. ana ℥vj, fol. fumar. M. vj, flor. cham. M. iij, furfur. ℔j, sulphur. crud. ℥ij, nitri ℥j, alum. ℥iß, sal. commun. ℥ij, aq. font. q. s. ad balneum.

23. *Balsamum Rhamelii.*

℞ Sapon. venet. ℥ij, camphor. ℥ij, ad ℥ß, sp. vin. q. s. f. a. balsamum.

24. *Balsamum Saturninum.* B.

Fit ex saccharo saturn. ℥iv, spir. terebinth. ℥xij, s. a. digestis.

25. *Balsamum sulph. Anisatum.* B.

℞ Flor. sulphur. p. j. ol. Anis. p. iv. digere (leniſſimo calore) donec sulphur solvatur, ut fiat balsamum rubicundum.

26. *Bezoarticum mineral.* B.

Fit ex butyro antimonii ℔j, & sp. salis ℔iij, vel q. s. mixtis & ternis cohobiis distillatis.

27. *Bolus ad Casum.* F.

℞ Sperm. cet. ℈j, sal. volat. CC. gr. v. balsam. peruv. gt. v. theriac. ven. ℥ß, syr. de mecon. q. s. m.

28. *Cataplasma Anginosum.* F.

℞ Ficuum ℥iv, alb. canis ℥ß, flor. sulph. piper. long. ana ℥j, sp. vin. commun. ℥ij, ol. absynt. chym. gt. xvj, diacod. q. s. m.

Digitized by Google

29. *Cataplasma de Cymino.* F.

℞ Cepar. ſub ciner. aſſat. ℥iſß, croc. gr. xv. ol. ſuccin. gt. xij. pulv. ſem. cymin. ungt. dialth. ana ℥ij, m.

30. *Cataplasma de Halecibus.* F.

℞ Rad. brion. alb. ℥ij, ſapon. nigr. ℥iij, carn. halec. (vel encraſicularum) ex muria ℥iv, ſal. com. ℥iß, m.

31. *Cataplasma Hydropicum.* F.

℞ Sterc. bovin. recent. ℔ij, bacc. laur. pulv. ℔ß, rad. brion. alb. rec. ℔j, ſem. cymin. pulv. flor. ſulph. ana ℥iv, cum aq. calcis (vel, lixiv. fort.) f. cataplasma addendo axung. porcin. ℥iv.

32. *Cataplasma ex nido Hirundinis.*

℞ Nid. hirund. N°. j. cep. ſub cineribus aſſat. N°. iij, flor. ſambuc. p. ij, coq. in lact. & trajice per cribr. deinde add. alb. græc. ℥ß, ol. cham. ſtillat. ℥ß, lilior. alb. q. ſ. m.

33. *Cataplasma de ovis.* F.

℞ Vitel. ov. ad duritiem coct. N°. iv, ol. ſuccin. ℈ij, ſem. lin. q. ſ. m.

34. *Cataplasma Peſtilentiale.* B.

℞ Sterc. columb. ℥iv, croc. ℥ß, mithridat. theriac. Lond. ſem. ſinap. ana ℥j, tereb. q. ſ. m. *Pro bubonibus rumpendis.*

35. *Cataplasma de Pomis.* F.

℞ Pulp. pom. (non auſter.) aſſat. ℥j, panis alb. (in lact. coct. & expreſſ.) ℥ß, alb. ov. j. troch. alb. rhaſ. pulv. ℥ij, m.

36. *Cataplasma de Rapis.* F.

℞ Rad. rapar. in furno coct. ℥viij, herb. rut. contuſ. M. iv, ſem. ſinap. contuſ. ℥ij, ol. junip. ℥ij, unguent.

Digitized by Google

guent. nervin. q. ſ. m. f. cataplasma pulv. euphorb. aſpergend.

37. *Cataplasma ſoleare.* B.

℞ Fol. rut. virid. ℥ij, rad. brion. rec. ℥iv, ferment. acerrim. ſal. ſapon. nigr. ana ℥iß, muſtard. ℥iij, contuſ. add. acet. q. ſ.

38. *Cataplasma ſtomachicum.* F.

℞ Theriac. ven. ℥vj, cinnam. garyoph. pulv. ana ℥j, ol. cinnam. menth. gt. vj, abſynth. gt. ij, acet. q. ſ. m.

39. *Cataplasma Suppedale.*

℞ Fermenti veteris acerrimi p. ij, rad. raphan. ſylveſtr. allii, fol. rutæ, ſem. ſinap. ſimi columbini ana p. j, ſpir. cochlear. q. ſ. contundantur in maſſam pro cataplasmate. *In affectibus gravioribus, præcipue capitis, plantis pedum applicand. vel cruri paulo infra genu.*

40. *Ceratum de Lapide calaminari.* T.

℞ Butyr. recent. menſe Maii collect. inſalſ. cer. citrin. ana ℔ii ß, ol. oliv. puriſſ. ℔iv, lapid. calamin. ſelect. ſubtiliſſime trit. & cribrat. ℔ij, ℥x, liqueſcant cera & butyrum ſuper ignem lentum una cum oleo, & colatis ſtatim inſperge pulverem gradatim continuo agitando mixturam e fundo vaſis, donec frigeſcere incipiat, & pulvis non amplius ſubſidere poſſit.

41. *Cereviſia ad Cancrum.* F.

℞ Lign. guaiac. ℥iv, ſaſſafr. rad. ſarſap. oxylap. filipend. cynogloſ. cort. jugland. ana ℥ij, herb. Robert. Lamii, ana M. iv, milleped. pint. j, præp. pro cong. iv, cereviſ.

42. *Cereviſia de Dauco.* F.

℞ Sem. dauc. ſylv. ℥vj, paſſul. maj. ℥xij, f. ſaccul. pro cong. iv, cereviſ.

Digitized by Google

43. *Cerevisia Guaiacana.* P.

℞ Rasur. lign. guaiac. ℥ij, coq. in cerevis. nov. ℥200 ad tertiæ partis consumption. deinde immittatur saccul. sequens. ℞ antimon. non pulverati ℥ß, rad. oxylap. ʒiv, rorismarin. sicc. M. j, vel ij, cort. aurant. N°. iv, vel v, succ. milleped. N°. 500. vel 600. f. sacculus.

44. *Cerevisia Hydropica.* F.

℞ Ciner. geniſt. cribrat. ℥ß, rad. raphan. sylv. ʒiv, irid. florent. calam. arom. enul. ana ʒij, lign. guaiac. sassafr. bacc. junip. sem. dauc. sylv. ana ʒj, sem. sinap. ʒij, præp. pro cerevis. cong. iv.

45. *Cerevisia Hysterica.* F.

℞ Rasur. lign. buxi ℥ß, fol. visc. querc. concis. M. iv, coq. in cerevis. nov. cong. vj, ad iv, & in doliolo suspend. saccul. seq.

℞ Rad. pæon. mar. recent. ℥ß, brion. alb. ʒiv, herb. artemis. melis. ana M. vj, puleg. rut. ana M. ij, sem. dauc. sylv. angel. (vel pastin. sylv.) ana ʒij, rasur. stanni (in nod. ligat.) ℥ß, præp. s. a.

46. *Cerevisia Ictherica.* F.

℞ Ras. ebor. ʒj, marrhub. alb. M. iv, coq. in cerevis. nov. cong. vj, ad iv, colatur. suspend. saccul. seq.

℞ Rad. oxylap. ℥ß, curcum. rub. tinct. ana ʒij, urtic. ʒiv, herb. chelidon. maj. aparin. fragar. cum toto, cort. berber. ana M. iv, sterc. ovil. (in nodul.) ʒiv, milleped. viv. pint. j, limatur. chalyb. ℥j, præp. ut artis est.

47. *Cerevisia melanagoga.*

℞ Rad. hellebor. nigr. ℥ß, jalap. ʒvij, hermodact. ℥ß, coq. in cerevis. nov. cong. xxiv, ad cong. xviij, addendo sub finem coction. sen. alexandr. ℥ij, rad. rhabarb. ʒvj. tart. alb. ʒiv. sem. coriandr. ʒvj. rad. liquirit. limatur. chalyb. ana ʒiv, fol. cochlear. hortens. M. iv, colaturæ add. fermentum.

48. Cer-

Digitized by Google

48. *Cerevisia ad Melancholiam.*

℞ Fol. marrhub. alb. M. iv. coq. in cerevis. nov. cong. vj, ad cong. iv, cola & in doliolo suspendatur saccul. seq.

℞ Rad. chin. nodos. pæon. mar. ana ℥ij, polypod. ℥j, lapath. acut. ℥iij, Raphan. sylv. ℥x, fol. ling. cervin. M. iij, summit. hyperic. p. vj, cort. fraxin. ℥iv, bacc. junip. sem. dauc. ana ℥j, rasur. stanni (in nodul.) ℥iv, ferri rubiginos. ℔j, includ. omnia in saccul. &c.

49. *Cerevisia Purgans Hydropica.* F.

℞ Rad. irid. nostrat. ℥iv, raphan. sylv. ℥ij, enul. scil. ana ℥j, sem. sinap. bacc. junip. lign. sassafr. ana ℥ij. cort. winter. ℥ß, cort. interior. sambuc. ebul. ana ℥ij, sen. ℥iv, rad. hellebor. nigr. jalap. agar. ana ℥ß, præp. pro cong. iv.

50. *Cerevisia ad Rachitidem.* F.

℞ Rad. osmund. reg. (vel ejus defectu filic. mar.) glycyrrhiz. lign. sassafr. ana ℥j, cort. fraxin. heder. arbor. ana ℥ß. summit. tamarisci, herb. ling. cervin. ana M. iv, milleped. viv. N°. 250. passul. sol. ℥iv, præp. saccul. pro cong. j.

51. *Cerevisia Scorbutica.*

℞ Summit. abiet. vel pini M. iij. coq. in cerevis. nov. cong. vj, ad iv, in doliolo reposit. affund. succ. cochlear. beccabung. nasturt. aquat. ana ℔j, & fermentescant cum saccul. seq. immisso; ℞ Rad. oxylap. ℥iij, cardan. raphan. sylv. ana ℥ij, fol. ling. cervin. marrhub. alb. ana M. iij, hepat. M. j. cort. aurant. winteran. ana ℥ß, sem. dauc. bacc. junip. ana ℥iß, clavic. rubiginos. ℔j.

52. *Cerevisia ad Scrophulas.* F.

℞ Rasur. guaiac. sassafr. cort. jugland. arbor. rad. oxylap. filipend. cynoglos. ana ℥ij, herb. geran. Robert.

Digitized by Google

Lamii ana M. iv, paſſul. ſol. ℥j, milleped. viv. pint. j. præp. pro cong. iv.

53. *Cereviſia Purgativa.* S.

℞ Polypod. querc. ℥j, rad. rhabarb. monach. fol. ſennæ & paſſular. enucleat. ana ℥ß, rhabarbari inciſi & rad. raphan. ruſtican. ana ʒiij, fol. cochl. hortenſ. ſalv. ana M. iv, aurant. inciſ. N°. iv, infundè in Congiis v, vel vj, Cereviſiæ non lupulatæ fermentationis tempore, & quando ad maturitatem pervenerit, ſit pro potu ordinario per dies xiv, vel xxj, præcipue vero ſumat hauſtulum ſingulis auroris.

54. *Chalybs ſine acido.* B.

Paratur humectando limaturam martis decies ſale abſynth. in aq. cichor. ſolut. & ſiccando in aëre ſicco ac tepido, poſtea f. pulv. ſubtiliſſimus.

55. *Chalybs Tartariſatus.* B.

℞ Limatur. mart. mund. tartar. alb. pulveriſat. ana ʒvj, aq. fumar. q. ſ. f. maſſa, coq. in vaſe fictili in clibano (calore lento) ad ſiccitatem, f. pulv. deinde add. aq. fumar. ut ante, & coq. iterum ut ante, & ad tertiam vicem, & poſtremo f. pulv. ad uſum reſervand.

56. *Cinnabaris Antimonii.* B.

Fit ſublimando caput mortuum poſt diſtillationem butyri antimonii relictum, & rectificando ſ. a.

57. *Collyrium Boyleanum.*

℞ Aq. rorismarin. ℥ij, aloë ſubtiliſſime pulv ʒß vitriol. alb. vitr. antimon. croc. metallor. ana ʒv, digere leni calore per menſem; decantetur liquor purus, *In omnibus fere oculorum affectibus vix datur par remedium.*

58. *Collyrium certum.* R.

℞ Aq. plantag. euphraſ. roſ. ana ʒj, trochiſc. alb. rhaſ.

Digitized by Google

rhaf. ℥ij, lapid. tut. ℈ij, vitriol. roman. gr. ij, m. pro collyrio.

59. *Decoctum amarum febrifugum.* M.

℞ Fol, matricar. card. ben. abſynth. ſummit. centaur. min. flor. cham. ana M. j, ſem. card. ben. citr. ana ℥j, ſal. abſynth. ℥jß, coq. in aq. font. q. ſ. ad ℔iß. Doſis ℥iij, vel iv, quarta quaque hora extra paroxysmum.

60. *Decoctum catechu compoſitum.* F.

℞ Raſur. guaiac. ſaſſafr. ana ℥iij, ſantal. citr. & rub. ana ℥ij, terræ Japon. pulv. ℥ß, glycyrrhiz. ℥j, ſalv. ficc. M. j, coq. in aq. hord. ℔iij, ad ℔ij, colatur. add. diacod. ℥ij, ol. aniſ. gt. j, m.

61. *Decoctum Coccineum.* F.

℞ Nitri ℥j, ſacchar. alb. ℥iv, coccinel. gr. xvj, f. pulv. qui conjiciatur in aq. font. [vel potius decoct. alb.] bullientis ℔ij, coq. & deſpuma, & per reſidentiam depuretur.

62. *Decoctum Ictericum.* F.

℞ Rad. curcum. rub. tinct. ana ℥j, herb. chelidon. maj. cum toto M. ij, lumbric. mundat. N°. xx, coq. in aq. & vin. rhenan. ana ℔iß, ad ℔ij, colatur. add. tinct. croc. (aq. theriac. parat.) ℥j, ſyr. e 5. rad. ℥ij, m.

63. *Decoctum Incraſſans.* F.

℞ Gum. arab. craſſe pulv. ℥iij, coq. in aq. hord. q. ſ. ad ℔ij. colatur. ad. ſyr. de alth. ℥iij, m.

64. *Decoctum pro Lotione.* P.

℞ Rad. oxylap. helen. ſulph. viv. alum. ana ℥ij, coq. in aq. calc. ℔viij, ad ℔vj, addendo ſub finem coctionis fol. naſturt. aquat. trifol. aquat. cochlear. ana ℥j, colatur. add. ſp. vin. comphorat. pauxillum. m.

65. *De-*

Digitized by Google

65. *Decoctum Amarum Purgativum.* S.

℞ Decoct. amari duplicata ſenna ℥iv, ſyrup. de ſpina cervina ℥j, elect. de ſucc. roſar. ʒij, m. f. Potio.

66. *Decoctum ad morſum canis rabidi.* B.

℞ Fol. rut. ℥vj, rad. allii, theriac. Lond. ana ℥iv. limatur. ſtanni ℥iv, cereviſ. illupulat. veter. ℔iv, coq. ad conſumption. dimid. & macera, & cola. *Demorſus capiat. coch.* vj, *bis die per dies* ix, *& applicetur magma loco affecto.*

67. *Decoctum Nephriticum.* F.

℞ Rad. alth. ℥iß, liquirit. ℥ß, herb. virg. aur. M. ij, alth. parietar. ana M. j, ſic. N°. iv, bacc. junip. ſem. petroſel. macedon. bardan. milii ſol. (ſub med. coction. addit.) ana ʒj, coq. in liquor. poſſet. vin. alb. alterat. ℔iij, ad tertiæ partis conſumption. colatur. add. ſyr. de alth. ℥iij, vel iv, m.

68. *Decoctum Nigrum.*

℞ Cort. peruv. craſſe pulv. ℥ij. chalyb. cum tartaro præparat. ℥j, coq. in aq. font. ℔iv, ad ℔ij, addendo ſub finem coctionis cinnam. acutiſſ. ʒij, colatur, add. ſpir. menth. ℥iß, m.

69. *Decoctum Phthiſicum.* F.

℞ Flor. bellid. maj. M. j, limac. mundat. N°. iij. rad. ervng. condit. ℥ß, hord. perlat. ʒiij, coq. in aq. font. ℔iß, ad ℔j, cola.

70. *Decoctum Pleuriticum.*

℞ Hord. perlat. ℥j, uvar. paſſ. maj. enucleat. ℥j. raſ. ebor. C. C. ana ʒij, rad. liquirit. ʒvj, ſem. anis. ʒß, coq. in aq. font. ℔iij, ad ℔ij, colatur. add. ſucc. fim. equi maſculi per expreſſ. ℥ij, m. doſ. ℥iv, quarta quaqua hora.

71. De-

Digitized by Google

71. *Decoctum Roſarum.*

℞ Conſerv. roſ. rub. ℥ij, paſſular. de malaca exacinat. ℥j, glycyrrhiz. ſem. melon. ana ℥ß, aq. hord. ℔iij, coq. ad ℔ij, cola.

72. *Decoctum Siſtens.* F.

℞ Pulv. bol. armen. ℥j, cret. puriſſ. ℥iij, coq. in aq. font. ℔iij, ad ℔ij, colaturæ per reſident. depurat. add. diaſcord. ℥ß, aq. cinnam. fort. ſyr. cydon. e roſ. ſicc. ana ℥ij, ol. nuc. moſchat. gt. ij, m.

73. *Decoctum ad Sitim.* B.

℞ Fol. acetoſ. M. ij, coq. in aq. font. q. ſ. ad ℔j, colatur. add. ſucc. 12. limon. vin. rhenan. ℔ij, ſacchar. alb. q. ſ. ad gratiam. m.

74. *Decoctum Stypticum.* F.

℞ Rad. urtic. conſolid. maj. ana ℥iß, herb. millefol. plantag. ana M. j, cort. granat. gum. arab. ana ℥ij, ſem. papav. alb. hyoſcyam. ana ℥iij, coq. in aq. font. ℔iij, ad ℔ij, colatur. add. ſyr. e roſ. ſicc. ℥iv, ſacchar. ſaturn. ℈j, croc. mart. aſtring. ℈iv, m. doſ. ℥iv, bis in die.

75. *Decoctum Varioloſum.* F.

℞ Rad. ſcorzoner. ℥iß, glycyrrhiz. ℥ß, fic. N°. viij, paſſul. ſol. exacinat. ℥j, raſ. C. C. ℥ij, coccinel. (integ. ſub finem add.) ℈iv, coq. in aq. hord. ℔iij, ad ℔ij, colatur. add. ſyr. garyoph. limon. ana ℥j, m.

76. *Decoctum Ulmi.* B.

℞ Cort. interior. ulmi rec. ℥iv, coq. in aq. font. ℔iij, ad dimid. colaturæ rubicundæ (inſtar. vin. rubelli) add. ſyr. de rub. Idæ & de mor. ana ℥iß, m. f. gargariſm. elegantiſſ.

77. *De-*

Digitized by Google

77. *Decoctum Diæteticum.* S.

℞ Rad. ſarſaparil. ℥vj, lign. ſaſſaf. & chinæ ana ℥ij, glycyrrhiz. ℥j, coq. in aq. font. congiis ij, per horæ dimidium, deinde ſtent clauſe ſuper cineres calidos per horas xij, poſtea ebulliant ad tertiæ partis conſumptionem: cum primum ab igne amoveatur, infunde ſem. aniſi ℥ß, poſt duas horas coletur, & poſtea depuretur per reſidentiam, & liquor reponatur lagenis vitreis probe clauſis ad uſum. Sit pro potu ordinario per xxx, dies.

78. *Eclegma incraſſans in Tuſſi.* S.

℞. Ol. amygd. dulc. ℥j, ſyr. pap. rhæad. portulacæ, jujub. & lohoch. ſani ana ℥ß, ſacchar. cryſtal. q. ſ. m. in mortario marmoreo ad integræ horæ ſpatium, & f. linctus perfecte miſtus; recondatur in olla figulina ad uſum. Cap. ſæpius lambend. e baculo liquiritiæ.

79. *Eclegma Fortius Incraſſans.* S.

℞ Conſerv. roſ. rubr. ſyr. violar. & de mecon. ana ℥j, ſem. pap. albi ℥iij, contundantur ſimul & per ſetaceum trajiciantur, deinde adde ol. nuc. moſchat. expreſſ. gr. vj, f. Eclegma.

80. *Eclegma in Defluxione Tenui.* S.

℞ Conſerv. roſ. rubr. ℥ij, ſyr. de mecon. & jujub. ana ℥j, oliban. maſtich. & ſuccin. ana ℈j, ol. nuc. moſchat. per expreſſionem gt. vj, m. f. Lohoch. de quo lambat ſæpius; bis in die cap. Eclegma deſcript. cochl. j, inſtilland. balſam. ſulphur. aniſat. a gutt. viij, ad gutt. xij.

81. *Electuarium contra Abortum.* F.

℞ Conſerv. roſ. rub. cydon. nuc. moſchat. cond. ſucc. chermes, ſyr. cydon. ſyr. e coral. ana ℥ß, ſpec. de hyacinth. ʒiij, aromat. roſ. croc. mart. aſtring. ana ℥ij. ſacchar. ſaturn. ℥j, ol. nuc. moſch. gutt. iv, m.

82. *Electua-*

Digitized by Google

82. *Electuarium Anti-apoplecticum.* W.

℞ Conſerv. flor. lilior. conval. vel pæon. mar. ℥vj, pulv. rad. pæon. mar. ℥ß, cran. human. præp. ℥iij. coral. rub. ſuccin. alb. ana ℥j. ſal. coral. ℈iv, pæon. comp. q. ſ. m. f. elect. doſ. ʒij.

83. *Electuarium aſtringens.* M.

℞ Conſerv. roſ. rub. diacydon. ana ℥ß, diaſcord. ʒij, troch. de carab. ʒiij, bol. ver. lacrym. ſang. dracon. pulv. ſerpent. virgin. ana ʒß, ſyr. myrtil. vel diacodii q. ſ. m. f. electuarium.

84. *Electuarium Boyleanum.*

℞ Sem. papav. alb. pulveriſat. hyoſciam. alb. ana ℥ß, ſyr. papav. errat. conſerv. roſ. rub. ana ℥iß, m. f. elect. doſ. quant. jugland. bis in die.

85. *Electuarium Cephalicum.* F.

℞ Rad. pæon. mar. pulv. ℥ß, cran. human. cinnab. antimon. ana ʒij, nuc. moſchat. condit. ℥ß, ſyr. pæon. comp. ℥ij, ol. roriſmarin. ſalv. ana gt. iv, m. f. electuarium.

86. *Electuarium Chalybeatum.* Pu.

℞ Cort. peruv. pulveriſat. ℥ß, coral. rub. ocul. cancr. præp. ana ʒij, ferr. rubiginoſ. ʒiiß, abſynth. ℈ij, cum q. ſ. ſyr. abſynth. f. electuarium.

87. *Electuarium de Colophonia.* F.

℞ Conſerv. flor. Lamii alb. ℥iß, diaſcord. zinzib. condit. pulv. colophon. ana ℥ß, ol. cinnam. gut. iv, ſyr. e roſ. ſicc. q. ſ. m.

88. *Electuarium ad Diarrhœam.*

℞ Ocul. cancr. præp. ʒiß, coral. rub. præp. matr. perlar. ana ℈ij, margar. præp. ʒß, ſpec. confect. de hyacinth. ℈j, ol. cinnam. chym. gt. iv, miv. cydon. ℥j, laudan.

Digitized by Google

℥j, laudan. Lond. ſp. croc. ſolut. gr. vj, ſyr. balſamic. q. ſ. m f. elect.

89. *Electuarium Epilepticum.* B.

℞ Sterc. albiſſim. pavon. ficcat. rad. pæon. mar. ana ℥ij, rad. valerian. ℥j, ſem. pæon. excort. ℥iij, carvi ℥ß, pulveriſatis add. mel. anthoſat. q. ſ. m. f. electuarium.

90. *Electuarium Hydragogum.* Syl.

℞ Bacc. junip. in aq. coct. expreſſ. & ad pulpæ conſiſtentiam redact. pulp. tamarind. ana ℥iv, rad. jalap. ℥iß, ſcammon. elect. ℥j, cinnam. acut. ſem. fœnic. dulc. ana ʒij, ſacchar. clarific. ℥x, m. f. electuarium. Doſis in adultis a ʒiij, ad ℥ß.

91. *Electuarium Hyſtericum.* F.

℞ Conſerv. atriplic. olid. ℥iv, ol. ſuccin. gut. 48. m.

92. *Electuarium Martis.* F.

℞ Conſerv. abſynth. roman. cochlear. hortenſ. ana ℥iij, zinzib. cond. ℥ß, rubig. chalyb. (in ſubtilem pollinem redact.) ʒvj, ol. caryoph. ol. ſaſſafr. ana gut. vj, ſyr. e 5. rad ℥j, m.

93. *Electuarium Peruvianum aſtring.* F.

℞ Cort. peruv. pulv. ℥j, balſ. de tolu, ter. japon. pulv. ana ʒj, ſyr. Boyleanum q. ſ. m. f. elect. pro doſ. x.

94. *Electuarium Peruv. epilepticum.* F.

℞ Cort. peruv. pulv. ʒvj, rad. ſerpent. virgin. pulv. ʒij, cum q. ſ. ſyr. pæon. comp. f. elect.

95. *Electuarium Stypticum.* F.

℞ Conſerv. roſ. rub. ℥iij, croc. mart. aſtring. ʒiij, ſacchar. ſaturn. ʒj, ſyr. cydon. vel e roſ. ſicc. ℥ß, m. f. electuar.

96. *Electua-*

Digitized by Google

96. *Electuarium e zinzibere.* F.

℞ Conſerv. roſ. rub. ℥iij, zinzib. cond. ℥j, ol. cinnam. gut. iv, ol. garyoph. gut. ij, m.

97. *Emeticum Commune.* S.

℞ Aq. card. benedict. ℥ij, infuſ. croc. metal. ℥j, ſyr. caryophyl. ℥ß, m. f. Vomitorium. Sumat hora quarta pomeridiana, ſuperbibendo poſt ſingulas vomitiones hauſtum largum liquoris poſſetici.

98. *Emplaſtrum Cephalicum.* F.

℞ Empl. de beton. ℥ß, gum. caran. tacamah. ana ʒiij, balſ. totulan. ℈ij, ball. peruv. vel copaiv. ℈j, f. empl.

99. *Emplaſtrum febrile Michaelis.*

℞ Fulig. furni ſplendent. ℥iß, terebinth. ʒvj, tel. aranear. ℥ß, camphor. ℈ij, ol. ſcorpion. q. ſ. m. f. empl. pro carpis.

100. *Emplaſtrum febrifugum rubrum.*

℞ Thur. ſubtiliſſime pulv. ℥v, minij. ʒj, ol. olivar. q. ſ. f. empl.

101. *Emplaſtrum Hyſtericum.* S.

℞ Galban. in tinctura caſtor. ſolut. & colat. ʒiij, tacamahac. ʒij, f. Emplaſtrum, pro umbilico.

102. *Emplaſtrum Iſchiaticum.* F.

℞ Pic. Burgund. ℥ij, galban. ℥j, ſulph. viv. ʒij. ſuccin. ʒj, hermodact. rad. ireos florent. ſem. cymin. flor. cham. ana ʒß, petrol. q. ſ. m. f. empl.

103. *Emplaſtrum Mamillare.* B.

Sperm. cet. ℥j, cer. alb. ℥ij, galban. aceto præp. ℥ß, ol. ſambuc. q. ſ. f. empl.

104. *Emplaſtrum Pleuriticum.* F.

℞ Empl. Paracelſ. de ſapon. ana ℥j, unguent. populn.

Digitized by Google

puln. ℥iß, camphor. ʒiij, m. liquefcant lento igne perpetuo agitando cum ſpatula; quando frigefcere incipiant, addatur camphora & f. empl. molle.

105. *Emplaſtrum Poterii de pice ſulphuratum.*

℞ Pic. naval. ℥iv, terebinth. ven. ℥ß, maſtich. ſuccin. ana ʒij, ſulphur. commun. ℥ß, m. f. empl.

106. *Emplaſtrum de Pyrethro.* F.

℞ Galban. colat. ſagapen. ammoniac. (vin. alb. ſolut. & colat.) ana ℥j, pulv. rad. pyreth. ſem. finap. ana ℥ß, tereb. ven. q. ſ. m.

107. *Emplaſtrum Roborans.* F.

℞ Empl. ſtomach. magiſtral. ʒiij, oxycroc. (rite præp.) ʒij, gum. caran. tacamah. ana ʒj, balſam. tolutan. ℈ij, balſ. peruv. ℈j, ol. cinnam. garyoph. nuc. moſch. ana gut. ij, menth. abſynth. ana gut. j. f. empl.

108. *Emplaſtrum Smecticum.* B.

℞ Minii ℔iß, ol. oliv. ℔ij, ſapon. alb. ℥iv, cerae ʒij, coq. ſ. a. & f. empl.

109. *Emplaſtrum Stomachicum.*

℞ Empl. ſtomach. magiſtral. ℥ß, tacamah. col. ʒij, liquefactis add. balſ. tolutan. ʒj, lang. dracon. balſ. peruv. ana ʒß, ol. nuc. moſch. garyoph. ana gut. ij, ol. aniſ. gt. j, f. empl.

110. *Emplaſtrum ad Strumas.* 1. B.

℞ Empl. de cicuta cum ammoniac. ℥iv, gum. elem. ℥ß, mercur. ſublimat. corroſiv. ʒx, m. f. empl.

111. *Emplaſtrum ad Strumas.* 2. Bar.

℞ Empl. de ranis cum mercur. ʒiij, galban. ʒij, ſacchar. ſaturn. ſal. volat. armoniae. ana ʒß, ol. rut. q. ſ. f. empl.

112. *Emplaſ-*

Digitized by Google

112. *Emplaſtrum viride Scribonii Largi.*

℞ Æris uſt. ærugin. ana ℥vj, ſal. gem. gum. ammoniac. thur. ana ℥ß, ariſtol. rotund. ℥j, alum. ℥ß, myrrh. galban. aloë ana ℥j, ceræ ℥ij, terebinth. chiæ ℥iß, ol. ℔j, m. f. ſ. a. empl.

113. *Emulſio Aſthmatica.* F.

℞ Milleped. viv. N°. 120. contuſ. ſenſim affund. aq. puleg. ℥vj, in liquore fortiter expreſſo diſſolv. gum. ammoniac. ʒiij, colatur. add. tinct. benzo. ʒiij, m. *doſ. coch.* j, *ex hauſt. decoct. pectoral. ſæpe in die.*

114. *Emulſio Brunneri.* F.

℞ Gum. ammoniac. ʒiß, diſſolv. (in mortar.) in aq. hyſſop. frigid. ℥iv, & vin. rhenan. ℥ij, *colatura fit pro hauſt.* ij, *urgente ſuffocationis periculo in aſthmate capiend.*

115. *Emulſio Pæoniata.* B.

℞ Sem. pæon. decort. ℥j, contuſ. affund. aq. rut. ceraſ. nigr. pæon. comp. ana ℥vj, f. emulſio, add. ſacchar. perlat. q. ſ.

116. *Emulſio Styptica.* F.

℞ Rad. conſolid. maj. ℥iv, coq. in aq. font. ℔iij, ad ℔ij, cum colatura & ſem. papav. alb. hyoſcyam. amygd. dulc. excort. ana ℥ß, ſal. prunel. ʒß, ſacchar. ſaturn. ℈j, & ſacchar. alb. ℥j, f. emulſio.

117. *Enema acre.* Bo.

℞ Pulp. colocynth. ʒß, fol. tabac. ʒiß, coq. in aq. font. q. ſ. ad ℥x, admiſce ſal. gem. ʒij, f. enema.

118. *Enema amarum.* F.

℞ Rad. ſerpent. virg. contuſ. ʒj, pulp. colocynth. (in nodulo ligat.) ℈j, herb. tanacet. ſummit. ſabin. ana M. ß. coq. in aq. font. q. ſ. ad ℥vj, colatur. add.

Digitized by Google

ol. hyperic. ℥ß, ol. abſynth. chym. 3ß, ſpec. hier. picr. ∋ß, m.

119. *Enema Apoplecticum.* F.

℞ Rad. pyreth. ℥ß, herb. rut. M. ij, pulp. colocynth. (in nodul. ligat.) 3ß, coq. in aq. font. q. ſ. ad ℥xij, colatur. add. infuſ. croc. metallor. ℥iij, tinct. caſtor. ℥ß, ol. ſuccin. ſal. gem. ana 3ij, f. enema.

120. *Enema Balſamicum.* F.

℞ Rad. alth. ℥j, herb. malv. parietar. mercurial. ana M. j, ſem. lin. ℥ß, coq. in q. ſ. aq. font. ad ℥xij, colatur. add. tereb. vitel. ov. ſolut. ℥ß, ol. lin. ℥ij, elect. linitiv. ℥j, m. f. enema.

121. *Enema Emolliens.* G.

℞ Rad. alth. ℥j, herb. malv. parietar. mercurial. ana M. j, ſem. lin. ℥ß, coq. in q. ſ. aq. font. ad ℥xij. colatur. add. tereb. vitel. ov. ſolut. ℥ß, ol. lin. ℥ij, elect. linitiv. ℥j, m. f. enema.

122. *Enema Febrifugum.* F.

℞ Cort. peruv. ſubtiliſſime pulv. ℥ij, coq. multiplici coctione in aq. font. donec redeat ad ℔ß, colaturæ turbide ad diaſcord. ℥ß, ol. aniſ. gt. j, m.

123. *Enema Hyſtericum.* F.

℞ Rad. Ariſtol. rotund. bryon. alb. ana ℥ß, herb. rut. matricar. puleg. flor. cham. ana M. ß, coq. in q. ſ. aq. font. ad ℥xij, in colatur. diſſolv. aſæ fœtid. 3j, ol. ſuccin. 3ij, ſacchar. rub. ℥j, m.

124. *Enema e quatuor Oleis.* F.

℞ Ol. lin. cham. ana ℥vj, ol. ſcorpion. ℥ij, tereb. 3ij, m.

125. *Enema Terebinthinatum.* F.

℞ Urin. ſani ℔j, terebinth. venet. vitel. ov. ſolut. ℥j, ol. aniſ. 3j, theriac. januenſ. ℥j, m.

126.

Digitized by Google

126. *Enema ad tormina.* F.

℞ Cret. pulv. ʒß, herb. rut. flor. cham. ana M. ß, coq. in q. ſ. aq. ad font. ʒiv, colatur. add. tinct. caſtor. diaſcord. ana ʒij, ſyr. de mecon. ʒß, ol. aniſ. gut. x, m.

127. *Enema de Verbaſco.* F.

℞ Herb. cicut. hyoſcyam. ana M. j, verbaſc. flor. ſambuc. ana M. ß, coq. in aq. ferrat. q. ſ. ad ʒxij, in colatura diſſolv. vitel. ov. N°. j, ol. lin. ʒij, ol. ſuccin. ʒß, balſ. ſulph. ʒij, m.

128. *Ens Veneris.* B.

℞ Vitriol. mart. opt. reverberat. & lot. p. j, ſal. armoniac. p. ij, ſublimentur ſ. a. cum tribus cohobiis.

129. *Epithema de Calce.* F.

℞ Calcis viv. ʒij, mellis liquid. q. ſ. f. miſtura aliquando ſapo vulgaris addatur.

130. *Epithema de ſaccharo Saturni.* F.

℞. Acet. ℔ß, ſacchar. ſaturn. ʒj, m. *Huic immergatur petia lintea dupla, & frigide cordis regioni applicetur, & quoties tepeſcet renovetur; ad narium hæmorrhagiam expertus laudo.*

131. *Epithema Saponaceum.* F.

℞ Spirit. lumbricor. magiſtr. ʒvj, ſp. cochlear. ʒij, ſp. ſal. armoniac. ʒvj, ſapon. venet. ʒiß, camphor. ʒvj, opii ʒj, croc. ʒß, digere aliquot dies & cola.

132. *Epithema Stomachicum.* F.

℞ Sp. vin. camphorat. ʒiv, theriac. Androm. ʒij, ol. garyoph. gut. xvj, ol. nuc. moſch. gut. viij, ol. menth. gut. iv, aniſ. abſynth. ana gut. ij.

133. *Expreſſio aſthmatica.* F.

℞ Milleped. viv. N°. [illegible] contuſ. affund. aq. hyſſop.

Digitized by Google

℥iv, puleg. ℥ij, pæon. comp. ℥j, in liquore expreſſo diſſolv. gum. ammoniac. gr. xxxij, colatur. add. tinct. benzo. ʒij, ſyr. balſam. ℥j, ol. aniſ. gt. j, ſp. ſal. armoniac. q. ſ. ad juſtum acorem conciliandum. Detur cochleatim in paroxyſmo.

134. *Expreſſio Diuretica.* W.

℞ Milleped. viv. tinct. ſal. tart. ana ℥ij, contunde & fortiter exprime. *Doſ.* gt. xl, *vel* l.

135. *Expreſſio Millepedum Simplex.* F.

℞ Milleped. viv. ℥iij, ſacchar. alb. ℥ij, ſimul contuſ. affund. vin. alb. ℔j, probe miſceantur, & coletur liquor.

136. *Expreſſio Millepedum Icterica.* F.

℞ Milleped. viv. N°. 100. croc. ʒß, nuc. moſch. ʒß, ſacchar. alb. ℥ß, contuſ. affund. aq. chelidon. ℥iv, lumbricor. magiſtral. ℥ij, f. expreſſio.

137. *Expreſſio millepedum ad Pertuſſim.* F.

℞ Milleped. viv. mund. ℥ij, pulv. ſem. aniſ. ℥j, nuc. moſch. ʒß, ſacchar. alb. ℥j, contuſ. affund. aq. puleg. ℥vj, bryon. comp. pæon. comp. ana ℥j, f. expreſſio.

138. *Expreſſio ſcorbutica calida.* F.

℞ Herb. cochlear. hortenſ. naſturt. aquat. beccabung. chelidon. maj. ana M. iv, contuſ. add. vin. alb. ℔ß, aq. raphan. comp. lumbricor. magiſtr. ana ℥iv, f. expreſſio, cui add. ſp. cochlear. ʒij, ſacchar. alb. ℥ij, m.

139. *Expreſſio ſcorbutica temperata.* F.

℞ Herb. beccabung. naſturt. aquat. tarax. aparin. ana M. iv, mal. aurant. (cum corticibus) N°. iv, contuſ. affund. vin. alb. aq. flor. ſambuc. ana ℔j, per ſubſidentiam clarificetur & cum ſacchar. ad libitum edulcetur.

140. *Ex-*

Digitized by Google

140. *Extractum Pectorale.* F.

℞ Maltæ opt. cong. iſß, aq. cong. ij, f. alæ f. a. cong. j, huic claræ & non fermentatæ add. paſſul. ſolis exacinat. & conciſ. ℥ß, glycyrrhiz. ℥j, terr. japon. ℥j, coq. donec ℥iv, ſint evaporatæ: poſtmodum exprimendo coletur; denique (additis coccinel. ℈iv.) percoq. ad mellaginem. *Eſt egregium incraſſans.*

141. *Flores ſalis Armoniaci martiati.* B.

Fit ex limaturis martis & ſale armoniaco ana ſublimatis, aëri exponendo caput mortuum, miſcendo cum dimid. quant. ſal. armoniac. ſiccando, & ſublimando ſ. a.

142. *Fotus Aſtringens.* F.

℞ Cort. querc. ℥ij, granat. ℥ß, flor. balauſt. roſ. rub. ana M. j, coq. in aq. ℥iv, ad ℥ij, colatur. add. vin. rub. Lisbon. ℥ß, m. addi poſſint alum. ʒij.

143. *Fotus ad Calculum.* G.

℞ Rad. alth. ℥iv, malv. parietar. chærefol. flor. cham. melilot. ana M. iv, ſem. lin. ℥j, malv. petroſelin. ana ʒiij, coq. in q. ſ. aq. font. ad ℥iij, pro fotu.

144. *Fotus ad Hæmorrhoidum dolorem.* F.

℞ Rad. cepar. ℥ij, ſem. lin. ℥j, herb. hyoſcyam. verbaſc. linar. millefol. ana M. ij, coq. in aq. font. ℥vj, ad ℥iv, in colatura diſſolv. opii ʒij, m.

145. *Fotus ad Hæmorrhoidum fluxum immodicum.* F.

℞ Herb. verbaſc. millefol. plantag. fol. ſambuc. ana M. iv, cort. granat. ℥j, coq. in aq. & vin. rub. aſtring. ana ℥iij, ad tertiæ partis conſumption. in colatura diſſolv. alumin. ℥ß, ſacchar. ſaturn. ʒij.

146. *Fotus lateralis.* F.

℞ Rad. alth. capit. papav. alb. (ſciſ. & cum ſem. contuſ.)

Digitized by Google

contuſ.) ana ℥ij, ſem. lin. fænugr. cymin. bacc. lauri ana ℥j, herb. malv. matricar. ana M. iij, coq. in aq. ℔viij, ad dimid. cola.

147. *Fotus Μητροπροπτωτικός.* S.

℞ Cort. querc. ℥ij, coq. in aq. font. ℔iv, ad dimid. ſub finem addendo cort. granat. contuſ. ℥i. flor. rub. granat. ana M. ij, deinde add. vin. rub. ℔ß, colatura ſit pro fotu.

148. *Fotus Podagricus.* F.

℞ Herb. chamæpit. abrot. ana M. iv, coq. in aq. font. ℔vj, ad ℔iv, in colatura diſſol. ſal. tartar. ſal. armoniac. ana ℥iv, m.

149. *Fotus Spirituoſus.* F.

℞ Aq. regin. Hungar. ℥vj, ſp. lavend. comp. cochlear. ana ℥iß, ſp. ſal. armoniac. ℥ß, camphor. ℈v, ol. terebinth. gut. 80. m. digerantur.

150. *Fotus Stomachicus.* F.

℞. Vin. rub. ℔j, ſp. vin. commun. acet. vin. ana ℔ß, abſynth. menth. ana Mß, rad. biſtort. ℥ß, cort. granat. ℥ij, garvoph. mac. nuc. moſch. cinnam. ana ℥j, theriac. ven. ℥ß, macerentur clauſe in baln. mar. duas horas; colatura ſit pro fotu.

151. *Fotus ad Tympanitidem.* F.

℞ Nitri ℥ij, ſal. armoniac. ℥j, ſp. vin. tenuioris multo phlegmate imbuti ℔ij, m. & diſſolve in vitro.

152. *Galbanetum Sennerti.*

℞ Gum. galban. p. j, ſp. terebinth. p. ij, ol. lavend. p. ß, digere & diſtilla ex retorta ſ. a.

153. *Gargariſma Anginoſum.* F.

℞ Herb. aquileg. M. ij, cort. inter. ulmi ℥j, fung. ſambuc.

Digitized by Google

ſambuc. glycyrrhiz. alb. canis ana ʒß, coq. in q. ſ. aq. font. ad ℔ij, in colatura diſſolv. ſal. armoniac. ʒij, ſyr. de rub. idæ. mel. roſ. ana ʒij, m.

154. *Gargarisma Commune.* F.

℞ Aq. plantag. ʒx, roſ. rub. ʒiij, ſyr. e mor. ʒij, mel. roſ. ʒj, ol. vitriol. q. ſ. ad aptam aciditatem. m.

155. *Gargarisma contra Fœtorem.* F.

℞ Myrrh. ʒij, rad. irid. florent. cyperi calam. aromat. angel. Hiſpan. ana ʒj, garyoph. ʒß, flor. rorismarin. M. j, infund. clauſe & calide duas horas in aq. font. ℔ß, vin. alb. ʒiv, colatur. add. aq. regin. Hungar. ʒvj, tinct. benzo. ʒij, m.

156. *Gargarisma Myrrhiſatum* 1. F.

℞ Vin. rub. aſtring. ℔j, myrrh. pulv. ʒij, m.

157. *Gargarisma Myrrhiſatum* 2. F.

℞ Myrrh. pulv. ʒj, diſſolv. in mortar. cum vitel. ov. ʒij, add. mel. roſ. ʒij, vin. alb. ℔ß, m.

158. *Gargarisma ad Pituitam.* F.

℞ Aq. Hyſſop. ʒx, ſp. vin. rectificat. ʒj, ſp. cochlear. ʒß, ſp. caſtor. ʒij, ſp. ſal. armoniac. ℈iv. pulv. rad. pyrethr. ʒj. mel. ʒiv, m.

159. *Gargarisma Prunellorum.* F.

℞ Cort. prunellor. ſylveſtr. ʒij, coq. in q. ſ. aq. font. ad ℔ij, in colatura diſſolve alumin. ℈iv, acet. ʒij, mel. roſ. ʒiv, m.

160. *Gargarisma in Variolis.* S.

℞ Cort. ulmi ʒvj, rad. glycyrrhiz. ʒß, paſſular. enucleat. N° xx, roſ. rub. p. ij, coq. in q. ſ. aq. font. ad ℔ß, colatura diſſolv. oxymel. ſimpl. mel. roſ. ana ʒij, m. f. gargarisma.

Digitized by Google

161. *Gargarisma Varioloſum* 1. M.

℞ Lentium craſſe contuſ. ℥j, rad. alth. ℥ß, ficuum ping. par. vj, vel vij, hord. mundat. p. j, glycyrrhiz. raſ. ℥ij, coq. in q. ſ. aq. font. ad ℔ß, colatur. add. mel. roſ. ℥ß, m.

162. *Gargarisma Varioloſum* 2. F.

℞ Hord. perlat. glycyrrhiz. ana ℥ß, rad. alth. viciar. ana ℥j, ficuum N°. xij, fung. ſambuc. M. j, coq. in q. ſ. aq. font. ad ℔ij, colatur. add. oxymel. ſcillit. mel roſ. ana ℥ij, m.

163. *Gargarisma pro Uvula.* F.

℞ Herb. aquileg. M. iv, flor. roſ. rub. balauſt. ana M. ß, piper. long. ℈iv, myrrh. ℥ij, coq. in aq. font. ℔ij, & vin. alb. ℔ß, ad tertiæ partis conſumption. colatur. add. ſp. vin. ſyr. e mor. de rub. idæ. ana ℥ij, m.

164. *Hauſtus Diaphoreticus.* F.

℞ Aq. card. ben. ℥ijß, epidem. theriacal. ſyr. de mecon. ana ℥ß, antimon. diaphor. ℈j, theriac. Androm. ℈ij, ſp. ſal. armoniac. gut. xij. m.

165. *Hauſtus Diureticus Acidus.* F.

℞ Aq. raphan. comp. ℥iß, ſp. vin. gallic. ſucc. limon. ana ℥ß, ſyr. violar. ℥j, m. f. hauſt.

166. *Hauſtus contra Fluorem.* F.

℞ Alb. ov. N°. j, conquaſſato add. aq. cinnam. fort ℥iß, m.

167. *Hauſtus Hydragogus.* F.

℞ Gum. gamand. crem. tart. pulv. ana gr. xiv, ol. junip. gut. iij, diſſolv. diligenter in mortar. in vin. alb. ℥iij, addendo ſacchar. alb. ℥iß, m.

168. *Hauſtus*

Digitized by Google

168. *Hauſtus Japonicus.* F.

℞ Aq. ſpermat. ranar. ℥ij, ſyr. e roſ. ſicc. ℥ij, ter. japon. pulv. ℈j, ſacchar. ſaturn. gr. iv, ol. cinnam. chym. gut. j, laudan. liquid. gut. xx, m.

169. *Hauſtus Pleuriticus.*

℞ Ol. ſem. lini frigide extract. ℥ijß, ſperm. cet. ℈ij, ol. nuc. moſch. gut. ij, aq. cinnam. hord. ſyr. papav. errat. ana ℥vj, m. f. hauſt. quam calidiſſime ſumend.

170. *Hauſtus Saponaceus.* F.

℞ Sapon. venet. raſ. a ℈ij, ad ℈iv, coq. in lact. ℥vj, ad ℥iv, colaturæ add. ſacchar. alb. tantillum.

171. *Hauſtus Saturninus.* F.

℞ Aq. ſpermat. ranar. ℥iß, acet. ℥ß, ſucc. urticæ ℥ij, ſyr. de mecon. ℥vj ſacchar. ſaturn. gr. vj, alum. gr. iij, ſang. dracon. ʒß, m.

172. *Infuſum Amarum.*

℞ Cort. peruv. craſſe pulv. ℥ij, tartar. alb. ʒij, rad. ſerpent. virg. pulv. ʒiß, infund. frigide in vin. rub. ℔ij, coletur uſus tempore.

173. *Infuſum Cantharidum.* E.

℞ Pulv. cantharid. ℈j, infund. in vin. rhenan. ℥iij, vel iv, infuſum ſtet per aliquot dies in loco tepido, & poſtea filtretur liquor, *uſus tempore miſceantur coch. vj, vij, vel viij, cum cantharo vini, &c.*

174. *Infuſum Cephalicum.* F.

℞ Sterc. pavonis alb. ℥iv, milleped. contuſ. ℥j, aq. ceraſ. nigr. vin. alb. ana ℔iß, infund. 24 horas frigide, colaturæ per manicam clarificatæ add. aq. Langii ℥iij, ſp. lavend. comp. ʒiß, ol. nuc. moſch. gut. iij, ſyr. pæon. comp. ℥vj, m.

175. *Infuſum*

Digitized by Google

175. *Infuſum Chalybeatum Amarum.*

℞ Aq. lact. alex. ℔ij, abſynth. comp. gentian. comp. ana ℥vj. limatur. mart. ℥ij, infund. frigide per dies vj. (vas ſubinde agitetur) deinde add. ſummit. centaur. min. abſynth. roman. flor. cham. ana p. j, rad. gentian. ℥ij, ſem. card. ben. ℥iij, infund. per 4 alios dies, & poſtea decantetur liquor.

176. *Infuſum Fracaſtorii.*

℞ Theriac. Androm. ℥ij, diaſcord. ℥iij, coccinel. ℈ß, infund. clauſe & calide per horæ quadrant. in aq. lact. alex. ℥vj, colatur. add. aq. cinnam. fort. ſyr. de mecon. ana ℥j, m. *doſis coch. iv, quarta vel ſexta quaque hora pro re nata.*

177. *Infuſum Traumaticum.* F.

℞ Caulium virid. ſolani lignoſi conciſ. ℥iv, coccinel. ℈j, vin. alb. ℔ij, infund. calide & clauſe per noctem, colatur. add. ſyr. heder. terreſt. ℥iv, theriac. ven. ℥ß, m.

178. *Injectio ad Gonorrhœam.* E.

℞ Aq. calc. viv. ℥iv, mercur. dulc. ℥ß, ſacchar. ſaturn. ℈j, m. pro injectione. *Uſurpetur liquor per reſidentiam depuratus.*

179. *Julapium Camphoratum.* F.

℞ Aq. bacc. ſambuc. ceraſ. nigr. ana ℥vj, bryon. comp. ℥j, in iſtis extingue, (ad totalem conſumptionem) camphoræ accenſæ ℈iv, add. ſyr. bacc. ſambuc. de artemiſ. ana ℥ß, m.

180. *Julapium Moſchatum.* F.

℞ Aq. roſar. damaſcen. ℥vj, naphæ ℥j, cinnam. hord. ℥ij, pæon. comp. ℥iß, moſch. ambræ grif. (cum ſal. C. C. trit.) ana gr. ij, croci (ſciſſi & in nodul. ligat.) ℈j, ol.

Digitized by Google

℈j, ol. garyoph. gut. j, confect. alkerm. ʒij, syr. caryoph. ʒiß, m.

181. *Julapium Perlatum.* S.

℞ Aq. cerasor. nigr. lact. alexiter. ana ʒiij, aq. cinnamom. hordeat. ʒj, margarit. præparat. ʒiß, sacchar. crystal. q. s. adde aq. rosar. damascen. ʒß, f. Julapium de quo cap. cochl. iv, vel v, in languoribus.

182. *Julapium Cardiacum.* S.

℞ Aq. lact. alexiter. cerasor. nigr. ana ʒiij, aq. epidem. syr. caryophyll. & de succo citri ana ʒß, m. f. Julapium, de quo capiat sæpius.

183. *Julapium Stomachicum.* F.

℞ Vin. Xeroensis, aq. cinnamom. hord. ʒiv, aq. menth. gent. comp. syr. cydon. ana ʒij, ol. garyoph. nuc. mosch. ana gut. ij, m. addi possint theriac. ven. ʒij.

184. *Jusculum cancrorum Fluviatilium* 1. F.

℞ Cancror. fluviatil. N°. 100, contundantur vivi; dein coq. in aq. font. ℔iv, ad ℔ijß, sub finem add. mac. fol. ij, nuc. mosch. ras. N°. j, vin. malacens. ℔ß, cola; *absorbeatur haust. bis in die.*

185. *Jusculum Cancrorum Fluviatilium* 2. F.

℞ Cancrorum fluviatilium caudas N°. xx, rad. ering. cond. ʒj, crustam panis albi, passul. exacin. ʒij, glycyrrhiz. ʒiij, coq. in aq. font. ℔iij, ad ℔ij, cola.

186. *Lac Scammonii.* B.

℞ Pulv. scammon. ʒvj, affunde in mortar. paulatim aq. cinnam. hord. ℔ß, inter affundendum diu agitando. Liquor lactescens separetur á picea substantia, & servetur ad usum. *Vocatur & liquor acuens; suaviter purgat dos. coch. j, plus minus pro ætatis ratione.*

187. *Lac.*

Digitized by Google

187. *Lac Sublimatum.*

℞ Aq. calc. viv. ℥iv, mercur. ſublimat. corroſiv. gr. xij, diſſolv. in vitro leni calore. *Poteſt augeri vel minui quantitas ſublimati, prout fortius aut debilius* medicamentum efficere volueris.

188. *Lac Virginale.* P. L.

℞ Alumin. rupei ℥iv, coq. in aq. font. ℔ij, ad tertias; tum ℞ Litharg. auri ℔ß, vin. alb. ℔iß, decoquantur ad ℔j, colentur, ambæque aquæ commiſceantur, & agitentur, donec albeſcant.

189. *Linimentum Anodynum.* R.

℞ Balſam. Lucatelli ℥ij, ol. amygd. dulc. ℥j, ol. mac. per expreſſionem unguent. e flor. aurant. ana ℥ij, m. f. liniment. *parti affectæ illinendum, chartam emporeticam ſuperimponendo.*

190. *Linimentum Paralyticum.* F.

℞ Unguent. martiat. ℥ij, petrol. ol. ſpicæ, ana ℥iij, pulv. euphorb. ℈j, ol. ſuccin. ℥iß, ol. rorismarin. ℥ß, m.

191. *Linimentum Pſoricum.* Bar.

℞ Sulph. crud. ℥ij, ſapon. venet. ℥iß, nitri præp. ℥ß, litharg. aur. ℥ij, mercur. dulc. ℥iß, unguent. alb. camphorat. ℥j, ol. lign. rhod. gut. iv, m. f. linimentum.

192. *Lixivium de Calce.* F.

℞ Ciner. abſynth. ℥xij, aq. calc. vin. alb. ana ℔iv, infund. levi calore xij, horas, & liquor ſæpe per pannum wallicum tranſcolando depuretur.

193. *Lohoch Album.* B.

Fit ex oleo amygd. dulc. recens expreſſ. & ſaccharo penid. exactiſſime ita mixtis, ut in maſſam unam homogeneam conſpirent albiſſimam.

194. *Lohoch*

Digitized by Google

194. *Lohoch Myrrhiſatum.* F.

℞ Myrrh. pulv. ʒij, croc. ℈ß, nuc. moſch. 3ß, mellis ʒij, M.

195. *Lohoch Pleuriticum.*

℞ Ol. amygd. dulc. recens expreſſ. ʒiij, ſperm. ceti ʒj, antimon. diaphoret. ℈iv, ſacchar. penid. ʒiß, ſyr. de eryſimo comp. ʒij, m. f. lohoch.

196. *Lohoch ad Raucedinem.* F.

℞ Sperm. ceti ʒß, ſacchar. alb. ʒj, optime ſimul contuſ. in mortario ſenſim add. ſyr. balſam. q. ſ. m.

197. *Lohoch Rubrum.* F.

℞ Conſerv. fruct. cynosbat. ʒß, ſyr. bacc. ſambuc. ol. amygd. dulc. ana ʒj, m.

198. *Lohoch Viride.* F.

℞ Sapon. venet. raſ. ℈ij, ol. amygd. dulc. ſyr. violar. ana ʒj, m.

199. *Lohoch Vitellinum.* F.

℞ Sperm. cet. ʒijß, ſubigatur in mortario cum vitel. ov. N°. j, & add. ol. amygd. dulc. ſyr. de alth. ana ʒj, m.

200. *Lotio ad Eryſipelas.* F.

℞ Sp. vin. ℥ß, ſacchar. ſaturn. ʒj, m. *Expertus laudo (inquit author.)*

201. *Lotio Mercurialis.*

℞ Vitriol. alb. alum. rupei ana ʒij, mercur. ſublimat. corroſiv. 3ß, ſacchar. ſaturn. ʒiij, ſal. tartar. ℈iv, f. pulvis, eique affund. aq. font. bullientis ℥ij, ſtent in infuſione xij, horas & poſtea filtretur. *Valet in pluribus eruptionibus cutaneis.*

202. *Miſtura*

Digitized by Google

202. *Miſtura Acida.*

℞ Aq. plantag. ſyr. papav. erratic. ana ℥iſſ, ol. vitriol. ℥ij, ſtyptic. reg. gut. 60. m. *Doſ. coch.* j, *vel* ij, *ſubinde in hauſtul. vin. rub. uſt.*

203. *Miſtura Balſamica Nephritica.* F.

℞ Balſam. copaiv. ℥ß, ol. junip. chym. ℥ſſ, vitel. ov. N°. ij, ſyr. de alth. ℥ijſſ, aq. perſicar. ℥x, m.

204. *Miſtura Conſolans.* F.

℞ Vin. Xeroenſ. ℔ß, aq. cinnam. fort. ℥iv, aq. roſ. ſacchar. cand. alb. ana ℥ij, ſucc. chermes colat. ℥j, ſpec. lætif. Galeni ℥ij, fol. auri N°. iv, ol. nuc. moſchat. gut. iv, m.

205. *Miſtura Corallata.* F.

℞ Coral. rub. ſubtiliſſime lævigat. ℥ij, ſal. abſynth. ℈iv, ſucc. limon. ℥iv, aq. cinnam. fort. ℥ij, M. ſient in vitro capaci.

206. *Miſtura Ecphractica.* F.

℞ Summit. pini conciſ. M. vj, coq. in aq. font. ℔iv, ad ℔ij, colaturæ fortiter expreſſæ add. ſucc. depurat. cochlear. hortenſ. ℔j, beccabung. naſturt. aquat. tarax. ana ℔ß, aq. raphan. comp. ℔iß, huic miſturæ diſſolve vitriol. Mart. ℈viij, per noctem reponatur, ut ſubſideat fæx lutea; dein liquori claro effuſo adde ſal. abſynth. ℈iv, ſacchar. alb. ℥xij, m.

207. *Miſtura Expectorans.* F.

℞ Tinctur. benzo. ℥ß, tinct. croc. tinct. myrrh. tinctur. gum. ammoniac. ſp. ſal. armoniac. ana ℥j, aq. hyſſop. ℥vj, lumbricor. magiſtral. ℥iij, ſyr. de praſſio ℥ij, m.

208. *Miſtura Hyſterica ſpirituoſa.*

℞ Tinctur. aſæ fœtid. (ſp. vin. extract.) tinctur. gal-

ban.

Digitized by Google

galban. tinctur. caſtor. ſp. ſal. armoniac. vel C. C. ana ʒj, ol. ſuccin. gut. xxxij, m.

209. *Miſtura ſimplex Paracelſi.*

℞ Sp. theriacal. camphorat. ʒx, ſp. vitriol. ʒij, ſp. tartar. rectificat. ʒvj, digere in phiala hermetice obſignata ad tres ſeptimanas, ut uniantur exactiſſime. *Doſ.* ʒj, *plus minus in febribus malignis, ciet ſudorem, &c.*

210. *Miſtura Stomachica.* F.

℞ Aq. cinnam. fort. ʒj, ol. vitriol. ʒj, ol. garyoph. gut. xxiv, m.

211. *Nitrum Saturniſatum.* B.

℞ Sacchar. ſaturn. nitri ana p. æ. Solve in aceto diſtillato & cryſtalliſa ſ. a.

212. *Nodulus Hyſtericus.* 1. Pu.

℞ Aſæ fœtid. galban. petrol. caſtor. camphor. ana ʒß, ol. guaiac. ſuccin. ana gut. x, m. Syndone rara includantur, & f. nodulus naribus admovendus.

213. *Nodulus Hyſtericus.* 2. B.

℞ Caſtor. pulv. ʒß, aſæ fœtid. ϑj, ol. ſuccin. ϑß, miſce, & in ſerico involve, ut fiat nodulus, &c.

214. *Ol. Ranarum.* B.

Coque ranas vivas N°. 12. in ol. olivar. ℔iß, per horam & deinde exprime. *In cancro ſpecificum perhibetur.*

215. *Oxymel Aſthmaticum.* Fl.

℞ Rad. zedoar. ʒj, coq. in aq. font. ℔ij, ad ℔ ß, colaturæ add. gum. ammoniac. (in acet. ʒiv, diſſolut.) ʒj, colaturæ add. mellis ʒiv, coq. deſpuma & cola. *Dentur coch.* iij, *mane & veſperi per menſes aliquot.*

216. *Phœnigmus.* Mu.

℞ Ferment. vet. partes ij, ſem. ſinap. rad. raphan.

Digitized by Google

ſylv. allii, cacumin. rut. ſim. columbin. ana partem unam, contunde cum aceto vin. alb. q. ſ. & redige ad ſpiſſitudinem cataplasmatis.

217. *Pilulæ Balſamicæ.* Mo.

℞ Milleped. præp. ʒiij, gum. ammoniac. puriſſim. ʒiß, flor. benzo. ℈ij, vel ʒj, extract. croc. balſam. peruv. ana ℈ß, balſam. ſulph. terebinth. vel aniſat. q. ſ. f. maſſa.

218. *Pilulæ Cathartice in Scorbuto.*

℞ Gum. ammoniac. ʒj, calomel. ℈ij, extract. hellebor. nigr. ʒij, balſam. peruv. parum. m. f. maſſa pil. doſ. ℈ij.

219. *Pilulæ ad Colluviem.* F.

℞ Calomel. ʒij, ſacchar. ſaturn. ʒj, camphor. amyl. ana ʒß, balſam. copaiv. q. ſ. m. f. pil. pro doſ. xij.

220. *Pilulæ de Creta Palmarii.*

℞ Aloës opt. ʒj, cret. albiſ. ſuccin. alb. gentian. myrrh. rad. fraxinel. ana ʒj, mithridat. ℈iv, tereb. lot. ʒij, ſyr. de Alth. q. ſ. f. maſſa pil. *Sunt qui addunt calomel.* ʒß, *vel* ʒvj. *Doſ.* ℈ij, *vel* ʒj, *omni nocte ad dies* xv.

221. *Pilulæ diureticæ.* F.

℞ Teſt. ovor. calcinat. ʒß, camphor. ℈j, cantharid. ℈ß, tereb. ven. q. ſ. f. pil. pro doſ. iij.

222. *Pilulæ Hydragogæ.* F.

℞ Gambog. pulv. a gr. xij, ad gr. xvj, ol. Junip. gut. ij, mithridat. q. ſ. f. pil. pro una doſi.

223. *Pilulæ Hydropicæ Bontii.*

℞ Aloës opt. ʒijß, gum. gut. gam. ʒiß, Diagrid. ʒj, gum. ammoniac. ʒiß, tart. vitriolat. ʒß, ſyr. rof. ſolut. q. ſ. f. maſſa pil. doſ. a ℈ß, ad ℈j.

224. *Pilulæ*

Digitized by Google

224. *Pilulæ Hyſtericæ.* 1. F.

℞ Galban. colat. aſæ fœtid. myrrh. ana ʒj, caſtor. camphor. ſal. ſuccin. ana ℈ß, ol. ſuccin. gut. iv, balſam. peruv. q. ſ. f. maſſa, cui (quoties res poſtulaverit) adjici poſſunt ſal. chalyb. ℈ij, exindeque dicantur pil. hyſter. chalyb.

225. *Pilulæ Hyſtericæ.* 2. W.

℞ Fæcul. bryon. aſæ fœtid. caſtor. ana ʒj, ſal coral. ſuccin. jovis ana ʒß. galban. in aq. bryon. comp. ſolut. q. ſ. f. maſſa.

226. *Pilulæ de Olibano.*

℞ Pulv. oliban. ʒß, Pic. liquid. q. ſ. m. f. maſſa pil.

227. *Pilulæ Saturninæ.* F.

℞ Sacchar. ſaturn. camphor. ana ʒij, calomel. ʒß, terebinth. venet. q. ſ. m. f. maſſa pil.

228. *Pilulæ Volatiles.*

℞ Sal. volat. C. C. vel ſal. volat. armoniac. ʒij, gum. ammoniac. ʒj, extract. croc. ℈ß, pulv. carn. viper. ℈j, balſ. peruv. q. ſ. m. f. maſſa pil.

229. *Potio Communis Purgativa.* S.

℞ Tamarind. ʒß, fol. ſenn. ʒij, rhei ʒiß, coq. ſ. q. aq. ad ʒiij, in colatura diſſolve mannæ & ſyr. roſar. ſolutiv. ana ʒj, m. f. Potio.

230. *Potio Hydragoga.* L.

℞ Decoct. ſennæ gereon. ʒiij, ſyr. e ſpin. cervin. ʒiß, ſucc. limon. ʒß, elater. gr. iv, m. f. potio.

231. *Ptiſana in Ardore Urinæ.* B.

℞ Rad. alth. ʒvj, malv. ʒj, fol. acetoſ. p. ß, hord. mundat. ſem. papav. alb. ana ʒij, coq. in aq. font. ℔x, ad tertias, ſub finem addendo glycyrrhiz. raſ. ʒj, f. ptiſana.

Digitized by Google

232. *Pulvis ad Casum.* F.

℞ Tegul. hibern. mumiæ ana gr. xij, sal. succin. sal. C. C. ana gr. iij, m. f. pulv.

233. *Pulvis Digestivus.*

℞ Test. ostreat. præp. ʒiij, tart. vitriolat. ʒij, sal. absynth. ʒiß, conserv. ros. rub. ʒß, ol. sulph. per campan. gut. 100. probe misceantur, & super cineribus calidis exsiccentur, ut in pulverem reducantur; deinde add. opobalsam. gut. xx, ol. nuc. mosch. gut. vj, m. f. pulvis.

234. *Pulvis Diureticus.* G.

℞ Sal. prunel. ʒß, cochinel. ocul. cancror. test. ovor. calcinat. sal. sambucin. vel sal. stipit. fabar. ana ℈j, croc. opt. gr. xv, ol. junip. gut. vj, m. f. pulv. pro chart. iij.

235. *Pulvis Epilepticus de gutteta dictus.* B.

℞ Rad. fraxinel. visc. quercin. contrayerv. serpent. virgin. pæon. mar. (debito tempore collect.) sem. pæon. mar. magist. C. C. magist. ungul. alcis ana ʒij, rad. valerian. sylv. ʒj, coral. rub. cran. human. ana ʒiij, lapid. hyacinth. ʒj, bezoar. occident. ʒiß, orient. ℈j, m. f. pulvis subtilis; adde mosch. gr. v, sol. auri N°. 30. m.

236. *Pulvis Euphragii Compositus.* F.

℞ Euphrag. ʒiij, m. ʒj, m. f. pulv. subtilis, *de quo cochlear. medium ante cibum deglutiatur, magis compositus fit hoc modo:* ℞ euphrag. ʒß, sem. fœnic. dulc. ʒij, mac. nuc. mosch. ana ʒj, sacchar. cand. ʒj, m. f. pulv.

237. *Pulvis Febrifugus.* M.

℞ Flor. cham. subtilissime pulverisat. ℈j, antimon. diaphor. sal. absynth. ana ℈ß, m. f. pulvis pro una dosi.

238. *Pulvis*

Digitized by Google

238. *Pulvis Hæmoptoicus.* F.

℞ Sem. hyoſcyam. papav. alb. ana ʒij, ter. ſigil. lapid. hæmatit. ana ʒj, ſacchar. roſ. ʒvj, m. f. pulv.

239. *Pulvis Hyſtericus.* B.

℞ Pellic. interior. ventricul. capon. [vel gallin.] ʒiv, flaved. cort. aurant. ʒj, m. f. pulv. doſ. ʒj.

240. *Pulvis Pæoniæ Compoſitus.* F.

℞ Cran. human. rad. pæon. mar. ana ℈j, cinnab. nativ. ℈ij, ol. nuc. moſchat. gutt. iv, m. f. pulv.

241. *Pulvis Pleuriticus.* B.

℞ Flor. ſulph. ʒij, dent. apri, mandib. lucii piſcis ana ʒj, flor. papav. rhœad. ʒß, m. f. pulvis Doſ. ʒj.

242. *Pulvis Uvularis.* 1. F.

℞ Ter. japon. flor. balauſt. ana ℈j, alum. piper. long. ana ℈ß, m. f. pulvis. *Modus uſurpandi eſt, ut lingua ſpeculo oris depreſſa, pulvis (ope fiſtulæ) infletur uvulæ, & operatio pro re nata repetenda.*

243. *Pulvis Uvularis.* 2. B.

℞ Flor. balauſt. rad. biſtor. tormentil. ana ʒij, alum. ʒj, m. f. pulv.

244. *Sacculus Lateralis.* F.

℞ Bacc. lauri ſem. cymin. fœnugr. flor. chamæm. ana M. j, furfur, ſalis ana M. ij, f. ſacculi duo.

245. *Sacculus Stomachicus.* F.

℞ Herb. menth. ficc. ʒß, abſynth. thymi, flor. roſ. rub. ana ʒij, balauſt. rad. angel. hiſpan. ſem. carui, nuc. moſchat. mac. garyoph. ana ʒj, f. pulv. craſſus pro ſacculo.

Digitized by Google

246. *Sal Jovis.* B.

Fit ſolvendo magiſter. ſtanni per digeſtionem in aceto diſtillato, filtrando, & coagulando.

247. *Scutum Stomachicum.* F.

℞ Rad. angel. hiſpan. calam. arom. ana ʒiß, herb. menth. ſicc. abſynth. ana ʒij, ſem. coriandr. carvi ana ʒj, ſtyrac. calam. benzo. cinnam. nuc. moſch. mac. garyoph. ana ʒß, f. pulvis craſſus, &c.

248. *Semicupium Hildani.*

℞ Rad. & fol. alth. rad. & fol. malv. rad. fœnicul. apii, petroſelin. eryng. marin. ana ʒij, [rad. raparum ℔ij,] herb. parietar. violar. veronic. flor. cham. melilot. geniſt. ſambuc. ana M. j, ſem. fœnugr. lin. ana ʒj, petroſelin. aniſ. fœnic. geniſt. ana ʒij, coq. in q. ſ. aq. font. pro ſemicupio.

249. *Stypticum Regis.* B.

Vitriolo ſoluto, filtrato, cum aceto diſtillato præcipitato, edulcato, & ſiccato affunde oleum vitrioli, & diſtilla ex retorta ad ſiccitatem; caput mortuum digere cum ſpiritu vini, filtra calide ac abſtrahe. Solve ſalem in fundo remanentem cum quadruplo aquæ per digeſtionem, & f. ſtypticum.

250. *Succi Antiſcorbutici.*

℞ Fol. cochlear. hortenſ. beccabung. naſturt. aquat. ana p. æ. contundantur & exprimatur ſuccus ad ℔ij, deinde add. vin. alb. vel rhenan. ℔j, aq. raphan. comp. ſucc. aurant. acid. ana ℔ß, miſce *doſ.* ʒiij, *ter in die ſine vel cum pauco ſaccharo.*

251. *Suffitus ad Catarrhum.* F.

℞ Oliban. ſuccin. benzo. ſtyrac. calam. gum. guaiac. balſam. tolutan. ana ʒij, f. pulvis craſſus *pro ſuffumigio capitis.*

252. *Syrupus.*

Digitized by Google

252. *Syrupus Boyleanus.*

℞ Rad. ſymphyt. maj. ℥vj, herb. plantag. M. xij, contuſis, exprimatur ſuccus, cui adde ſacchar. pondus æquale & f. ſyrupus.

253. *Syrupus de Peto.* B.

℞ Succ. peti anglic. ℔iv, oxymel. ſimpl. ℥iv, hydromel. ℔j, miſce & digere quatuor dies, ut optime defæcetur: tunc decanta iterumque digere ut ſupra, donec materia ab omni fæculentia depurata fuerit: adde poſtea ſacchar. ℔ij, & coq. in ſyrup. f. a.

254. *Syrupus de Scammonio.* B.

℞ Diagrid. ℥vj, uvar. paſſ. exacinat. ſacchar. alb. ana ℥viij, ſp. vin. ℔ij, coq. lento igne ad conſumption. dimid. f. colatura pro ſyrupo cathartico doſ. ab ℥ß, ad ℥ß.

255. *Syrupus ad Tuſſim Convulſivam.* F.

℞ Muſc. quercin. pulmonar. M. iv, rad. ſymphyt. maj. ℥vj, paſſul. ſolis exacinat. ℥ij, glycyrrhiz. raſ. ℥ij, balſam. tolutan. ℥ij, coq. in mulſo ad ℔iß, & cum ſacchar. q. ſ. f. ſyrupus.

256. *Syrupus Vermifugus.* B.

℞ Fol. helleboraſtr. rec. ℥ij, Hagio ſpermi ℥iß, rad. bryon. rec. ℥ß, abſynth. roman. M. ij, coq. in aq. font. q. ſ. ad ℔j, colatur. add. ſacchar. alb. ℔j, & coq. ad ſyrup. f. a.

257. *Tabellæ Divinæ.* B.

℞ Lact. ſulph. viv. ℥ij, ſacchar. alb. ℥vj, mucilag. cydon. q. ſ. f. tab. drachmales.

258. *Tabellæ Domeſticæ.* S.

℞ Sacchar. cand. ℔iß, coq. in q. ſ. aq. font. usque dum adhæreſcat extremis digitorum, tum add.

Digitized by Google

pulv. glycyrrhiz. enul. campan. fem. anis. angel. ana ʒß, pulv. irid. florent. sulph. ana ʒij, ol. anis. chym. ℈ij, f. s. a. tabellæ.

259. *Tabellæ Embryonum.* B.

℞ Pulv. rad. bistort. ebor. coral. rub. coriandr. præp. ana ʒß, succin. alb. crystal. bacc. cherm. ana ʒij, sacchar. alb. ℥xvj, aq. cydon. q. s. coq. s. a. addendo ol. cinnam. gut. vj, affund. & f. tab. s. a.

260. *Tinctura Antiphthisica.* F.

℞ Sacchar. saturn. vitriol. mart. ana ʒj, sp. vin. rectific. ℥viij, repone in frigido donec rubescat spiritus.

261. *Tinctura Bezoartica.* F.

℞ Rad. enul. angel. zedoar. serpent. virg. ana ʒiß, croc. opt. ʒj, myrrh. cinnam. cort. citr. sicc. ana ʒvj, fol. scord. rut. ana M ß, theriac. Androm. ʒiij, opii thebaïc. ʒij, sp. tart. rectific. ℥xv, sp. vitriol. ʒiij, sp. bacc. sambuc. & sp. bacc. junip. rectific. ℥xviij, digere s. a. ac filtra, tum add. sal. succin. ʒj, camphor. ʒij, digere iterum ad usum. Dos. a ʒiij, ad ʒj.

262. *Tinctura Cantharidum.* 1. G.

℞ Pulv. cantharid. ʒj, sp. nitri fortissim. ʒij, digere simul horas 24. Sic cantharides plane dissolventur, & liquor rubicundus erit; huic superaffund. sp. vin. ℥vj, digere simul quo diutius eo melius: postea filtretur tinctura, & ad usum reservetur. *Dos. a gut.* xij, *ad* xl, *bis in haustul. vin. alb. vel rhenan.*

263. *Tinctura Cochleariæ Composita.* B.

℞ Limatur. mart. mund. ʒiv, salv. rub. agrimon. ana M. iij, cochlear. marin. fol. select. ℥ij, cochlear. hortens. M. iij, absynth. commun. rorismarin. ana M. ij, rad. raphan. rust. ʒiv. Incide minutissime & add. vin. alb. Xerocns. ℥iv, infunde dies iij, deinde cola.

264. *Tinctura*

Digitized by Google

264. *Tinctura Epileptica.* F.

℞ Caſtor. opt. ʒß, ſuccin. flav. in tenuiſſim. pulverem redact. croc. angl. ana ʒij, flor. recent. lil. conval. ʒj, his affund. ſp. vin. camphorat ſp. lavend. comp. ſp. ſal. armoniac. ana ʒiv, digerantur. absque calore dies vj, in vitro clauſo; poſtea filtretur tinctura, vel decantetur a fæcibus per colum. Doſ. a ℈, ad ʒj, in aq. ceraſ. nigr.

265. *Tinctura Gum. Laccæ.* F.

℞ Pulv. gum. lacc. ʒß, alum. uſt. ʒj, ſp. cochlear. ultimo extillantis ʒviij, phiala arcte incluſa digerantur, donec tinctura ſatis rubicunda appareat, quæ leniter effundatur.

266. *Tinctura Virginiana.* B.

℞ Rad. ſerpent. virgin. pulv. ʒij, tinct. ſal. tartar. ℔j, extrahe tincturam per digeſtionem ſ. a.

267. *Vapor ad Anginam.* 1. F.

℞ Piper. pulv. ʒj, lact. ℔ij, coq. ad ℔ ß, *dein ponatur in lagena ſtricti orificii, & vapor calidiſſimus ore hianti excipiatur.*

268. *Vapor ad Anginam.* 2. Bo.

℞ Acet. ſambuc. roſar. calendul. ana ʒj, aq. ſtillat. ſambuc. ʒvj, miſce, *Vapor calidus hauriatur infundibuli ope in fauces.*

269. *Vapor Auricularis.* F.

℞ Rad. hellebor. alb. & nigr. ana ʒj, bacc. junip. laur. ana ʒvj, ſem. cymin. ʒß, herb. rut. abſynth. flor. chamæm. ana M. j. aq. font. ℔iij, aceti ℔ ß, coq. ad ℔iv, pro vapore.

270. *Vinum Chalybeatum.* 1. Bo.

℞ Limatur. chalyb. cort. peruv. craſſe pulv. ana ʒij, rad.

Digitized by Google

℥ij, rad. rhei pulv. ℥ß, vin. hoccomorenſ. ℔ij, infunde frigide doſ. ℥ij, vel iij, ter in die.

271. *Vinum Chalybeatum.* 2. F.

℞ Limatur. chalyb. ℥ij, ſucc. aurant. acid. N°. viij, (vel potius ℥iv.) ſtent ſimul horas 24. Dein add. vin. alb. ℔iv, cinnam. ℥ß, garyoph. ʒij, mac. ʒiv, ſtent tepide dies iv, doſ. ℥iij, bis in die.

272. *Vinum Hydropicum.* F.

℞ Rad. irid. florent. ℥ij, enul. ſcill. ana ℥ß, cort. ſambuc. ebul. ana ℥j, cort. winteran. ℥ij, ſennæ ℥ij, hellebor. nigr. agur. jalap. ana ʒij, vin. alb. ℔iv. Infunde frigide. *Doſ.* ℥iv.

273. *Vinum Viperinum.* B.

℞ Viperas fœmellas vivas tempore verno collectas N°. vj, vin. hiſpan. opt. ℔vj, macera (vaſe optimo clauſo) ſine calore per menſes 6. dein cola ad uſum. Sunt qui macerant viperas excoriatas (rejectis interaneis, cauda, ac capite) in vin. hiſpan. per aliquot dies. *Doſ.* ℥iij, *vel* iv, *bis in die ad longum tempus.*

274. *Vitriolum Martis.* B.

℞ Alcoh. vin. ℥iv, ol. vitriol. ℥ij, ſerva ſimul in vaſe ferreo ad dies xv, vel ad ſiccitatem. Doſ. a gr. ij, ad vj.

275. *Unguentum ad Atrophiam.* F.

℞ Pingued. human. ℥j, ol. laurin. ℥ß, piper alb. ℥ß, Euphorb. ʒj, alum. plumos. (ſp. vin. diſſolut.) ℥ß, ol. junip. petrol. ana ʒj, m.

276. *Unguentum Attractivum.*

℞ Ficuum ping. ℥ij, ſem. ſinap. ſtaphid. agr. piper. long. ana ʒß, pulv. cantharid. ʒij ß, axung. porcin. ℥j, ol. oliv. tereb. ven. ana ℥ß, ol. aniſ. gut. xx, acet. vin. alb. parum m.

277. *Ungu-*

Digitized by Google

277. *Unguentum de Bismuto.* F.

℞ Ol. amygd. dulc. ℥ij, sperm. ceti ℥iij, magister. de bismutho ℥j, m. f. unguentum.

278. *Unguentum Digitale.* B.

℞ Butyr. majal. ℔iij, flor. digitalis rec. contus. quot. infarciri possunt, insolentur dies 30. deinde coq. s. a. & f. expressio.

279. *Unguentum Hæmorrhoidale.* F.

℞ Unguent populn. ℥j, ol. succin. ℥ij, m. f. unguent.

280. *Unguentum Herpeticum.* B.

℞ Calc. viv. auripigment. ana ℥j, tartar. sal. nigr. sapon. commun. ana ℥ij, ol. sambucin. q. s. ut fiat unguent.

281. *Unguentum Pleuriticum.* F.

℞ Unguent. dialth. ℥j, ol. lin. ℥ß, ol. cymin. ℥ß, camphor. ℈ß, sp. sal. armoniac. ℥iß, m.

282. *Unguentum Psoricum.*

℞ Argenti vivi aq. fort. ana ℥j, axungii porcin. ℔j, ol. flor. sambuc. ℥iv, ol. rhod. gut. x, m. f. unguent.

283. *Unguentum Salino volatile.* F.

℞ Sapon. venet. ras. ℥ij, ol. castor. sp. vin. camphorat. ana ℥iij, ol. junip. ℥j, sp. sal. armoniac. ℥ij, m.

284. *Unguentum de Vigonis.*

℞ Ol. ros. ℥ij, succi plantag. ℥vj, litharg. auri & argent. ana ℥v, tutiæ ℥iij, cerus. ℥ij, plumb. ust. ℥j, pulveres misceantur, & s. a. f. unguent.

285. *Unguentum ad Ulcera Venerea.* P.

℞ Mercur. præcipit. rub. ℥ij, mercur. præcipit. alb. ℥j, ol. tart. per deliq. ℈ij unguent. pomat. ℥ij, m.

EPI-

Digitized by Google

EPILOGUS.

Atque jam tandem ventum est ad umbilicum! Æquum est igitur, ut lector benevolus serio admoneatur hæc commentariola negligenter, confuse, ruditer, ac memoriæ tantum causa usui privato primario conscripta fuisse: & nullus dubito, quin omnes fere, qui in praxi medica aliquamdiu versati fuerunt, præstantioribus adminiculis ex propriis adversariis suppeditentur; sed quoniam rerum facies obscura multo major est quam illuminata; & de rebus non omnes eodem modo cogitamus; haud incongruum mihi videtur, alios fructum aliquem ex hisce meis laboribus percepturos esse, sicut invicem ego me ex aliorum lucubrationibus uberrimum emolumentum consecutum esse libenter agnosco.

De unico tantum me hoc loco hortari sufficiat; scilicet, ne quis brevibus hisce stricturis nimiam fidem adhibeat, sed potius authores ipsos ubicunque consulat: nam in transferendis eorum sententiis verosimile est me frequenter errasse, aut saltem sensum obscure aut imperfecte tradidisse. Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Deus optimus maximus, a quo tanquam fonte æternum inexhausto omnia bona ac fausta continuo descendunt, a cujus gratia felix medicæ artis successus, præ aliis quibuscunque, jugiter pendet, his, quæ sincero animo ex aliorum operibus fideliter collegi, & quæ ex observatione propria & experientia scripsi, pro sua bonitate favere dignetur, quo in publici commodum, privato semper anteferendum, cedant.

Δόξα τῷ ἐν ὑψίστοις Θεῷ.

FINIS.

❁)(o)(❁

SYLLABUS

SYLLABUS
SYMPTOMATUM MORBORUM,

(Sive

Ægrotorum paſſiones variæ enumeratæ, & ad calculum redactæ).

In hunc finem, ut Morbos eorumque Cauſas Medicus facilius, promptius & certius inveniat, introſpiciat & cognoſcat, unice conſtructus.

Uſus hujus indicis neminem latere poteſt.

Medicus juvenis & in Praxi minus exercitatus, ægrum ſuum de omnibus apte interrogat, atque ex ipſius, vel cohabitantium miniſtrantiumve ore Symptomata & Querimonias omnes ſedulo expiſcetur: hoc facto, ſingula Symptomata in Indice inveſtiget; & librum ipſum (quoties opus ſit) variis in locis conſulat; indeque de natura Morbi, utcunque obſcuri complicative, judicium juſtum & raro fallax formare valeat.

SYLLABUS SYMPTOMATUM.

A

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Abdominis dolores Vid. ventris dolores & tormina	*Alvi Retentio*	VI. 23
Abdominis intumeſcentia	*Hydropes aſcites*	VIII. 13
Vid. ventris intumeſcentia	*Veſicalis*	VIII. 26

Tumor

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Tumor Vid. Ventris tumor	*Empyema*	II. 45
Abſumptio corporis	*Phthiſis nervoſa*	IV. 42
Ægritudo graviſſima	*Arthritis*	IX. 61
Alvus adſtricta	*Ventriculi morbus*	VI. 1
	Arthritis	IX. 75
	Colica	VI. 51
	Iliaca paſſio	VI. 74
Alvi excrementa albicantia	*Cœliaca*	VI. 36
Griſea vel pallida Cineritii coloris	*Ictterus*	VIII. 47
Levia & ventoſa Inſtar ſtercoris bovini	*Colica*	VI. 54
Viridia	*Tormina ventris*	XV. 19
Alvi fluxus	*Diarrhœa*	VI. 27
Chyloſus Vid. Dejectiones, diarrhœa.	*Cœliaca*	VI. 36
Alvus lubrica vel ſoluta Vid. Diarrhœa.	*Lumbrici*	XV. 46
	Ventriculi morbus	VI. 5
Alvi retentio	*Ventriculi morbus*	VI. 1
Alvus Segnior	*Arthritis*	IX. 75
Amor	*Phthiſis nervoſa*	VI. 47
Anhelatio Vid. Dyſpnœa reſpiratio anheloſa	*Peripneumon. noth.*	II. 19
Ani deliquium	*Affect. hyſter.*	III. 18
	Syncope	V. 9
Ani pruritus Procidentia vid. procidentia ani	*Aſcarides*	VI. 50
Anthrax vid. carbunculus	*Peſtis*	I. 153

Anxietas

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap.*	*Art.*
Anxietas vid. præcordiorum Anxietas	*Febris ardens*	I.	57
	Hydrophobia	I.	159
	Peſtis	I.	153
Aphonia	*Cólica*	VI.	57
Vid. raucedo	*Lumbrici*	VI.	83
Aphthæ	*Dyſenteria*	VI.	44
	Febris continua	I.	55
Apoplexia leviuſcula	*Affectio hyſterica*	III.	112
	Febris intermit. ſpur.	I.	34
Appetitus diminutio	*Phthiſis*	IV.	51
	Ventriculi morbus	VI.	16
Appetitus inſuetorum	*Gravidatio*	XIV.	35
	Ventriculi morbus	VI.	17
Nimius	*Lumbricus latus*	VI.	84
	Athritis	IX.	58
	Ventriculi morbus	VI.	16
Aquarum ex utero fluxus Immaturus	*Abortus*	XIV.	54
Ardor lumbrorum	*Diabetes*	VII.	3
Artuum dolores	*Arthritis*	IX.	58
	Scorbutus	IX.	38
	Rheumatismus	IX.	1
Laſſitudo	*Catarrhus*	IV.	8
	Febris lenta	I.	68
Atrophia	*Scorbutus*	IX.	31
Auris internæ ſuppuratio	*Pleuritis*	II.	33
Aurium tinnitus	*Lues venerea*	IX.	100
	Febris ardens	I.	58
	Febris Petechialis	I.	75
	Febris Puerperarum	XIV.	81

B

Borborygmi & murmura inteſtinorum Vid. ructus, flatus	*Affectio hyſter.*	III.	11. 6

Bulimus

Digitized by Google

Symptoma.	Morbus.	Cap. Art.
Bulimus	*Affectio hyſter.*	III. 124
	Ventriculi morbus	VI. 18
Bubo in inguine	*Lues venerea*	IX. 100
Bubones	*Febris maligna*	I. 69
	Peſtis	I. 154. 163

C

Cachexia	*Scorbutus*	IX. 15
Calor & frigus ſe mutuo excipientia	*Morbilli*	I. 113
Calor hecticus	*Phthiſis*	IV. 23
	Poſt variolas	I. 133
Calor urens	*Febris ardens*	I. 56. 57. 84
Capillorum defluvium	*Phthiſis*	IV. 22
	Venenum	XVI. 66
Caput juſto majus	*Hydrocephalus*	VIII. 37
	Rachitis	XV. 50
Capitis dolor	*Febres fere omnes* &c.	31. 52
	Affectio hyſterica	III. 112
	Alvi retentio	VI. 23
	Lumbrici	VI. 83
	Sudor anglicus	I. 177
Capitis dolor cum inſigni ardore	*Cephalalgia*	III. 6. 7
Cum aliquali frigoris ſenſu	*Cephalalgia*	III. 7
Capitis dolor gravativus	*Cephalalgia*	III. 7
Periodicus	*Febris intermittens*	I. 34
Capitis dolor punctorius & gravativus	*Scorbutus*	IX. 15
Capitis & dorſi dolor	*Variolæ*	I. 119
Capitis gravitas	*Catarrhus*	IV. 8
Capitis tumor aquoſus	*Hydrocephalus*	VIII. 37

Digitized by Google

Symptoma.	Morbus.	Cap. Art.
Carbunculus	*Peſtis*	I. 154. 164
Cardialgia	*Lumbrici*	VI. 83
Caries oſſium	*Poſt variolas*	I. 133
Caruncułæ in Urethra	*Lues venerea*	IX. 131
Catarrhus	*Febris lenta*	I. 62
	Phthiſis	IV. 20
Cervicis dolor	*Febris ardens*	I. 58
Cholera morbus	*Febris intermittens*	I. 34
Chyli per alvum fluxus	*Cæliaca*	VI. 36
per Urinam	*Diabetes*	VII. 5
Circumrotatio objectorum viſibilium	*Vertigo*	III. 26
Claudicatio fatuorum more	*Chorea Sancti Viti*	III. 108
Colici dolores	*In variolarum apparatu*	I. 125
	Febris intermittens	I. 34
	Febris remittens	I. 47
	In parturientibus	XIV. 61
	Calculus renum	VII. 49
	Affectio hyſteric.	III. 112
Color purpureus ſub concavo oculorum	*Chloroſis*	XIV. 3
	Scorbutus	IX. 43
Colliquatio humorum	*Febris colliquativa*	I. 65
Coma	*Febris ardens*	I. 57. 93
	Febris eruptiva	I. 109
Condylomata circa anum	*Hæmorrhoides*	XII. 41
	Lues venerea	IX. 100
Congelatio	*Catalepſis*	III. 75. 76
Contractura partium	*Convulſio tonica*	II. 86
Convulſio	*Febris ardens*	I. 57. 95
	Febris eruptiva	I. 109
Convulſiones infantum	*Dentitio*	XV. 41
	Lumbrici	XVI. 46

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Convulsivi motus	*Epilepsia*	III. 96. 180
	Venenum	XVI.
Cordis palpitatio	*Chlorosis*	XIV. 66
	Affectio hysterica	III. 112
	Scorbutus	IX. 15
	Sudor anglicus	I. 177
	Venenum	XVI. 6
Corona subcærulea vel subrubescens sub oculis	*Chlorosis*	XIV. 3
Coryza	*Febris lenta*	I. 61
Crises febrium	*Febris continua*	I. 52. 53. 91
Cruris stupor	*Nephritis*	VII. 17
Crurum tumor frigidus	*Hydrops*	VIII. 21
Crusta alba in sanguine	*Pleuritis*	II. 33
	Rheumatismus	IX. 1
Cutis densitas ac scabrities tumida cum rugis & fissuris, &c.	*Elephantiasis*	XI. 49
Flavedo vid. flavedo cutis	*Cutis siccitas vide siccitas cutis.*	

D

Decubitus in unum tantum latus	*Empyema*	II. 41
In latus morbosum In latus oppositum	*Pleuritis*	II. 29
Deglutitio Difficilis	*Angina*	II. 3
	Febris ardens	I. 58
	Variolæ	I. 35
Penitus impedita	*Paralysis gulæ*	III. 7
Dejectiones albæ vel cineritiæ	*Icterus*	VIII. 44
	Calculus in vesica fellis	VIII. 47

Dejectiones

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Dejectiones albicantes griſeæ Vel pallidæ	*Cœliaca*	VI. 36
Aquoſæ	*Dyſenteria*	VI. 41
Membranaceæ	*Dyſenteria*	VI. 43
Mucoſæ	*Dyſenteria*	VI. 38
Purulentæ cum caruncullis	*Dyſenteria*	VI. 44
Sanguinolentæ Vid. fluxus cruentus	*Dyſenteria*	VI. 38
Ventoſæ & leves inſtar Stercoris bovini	*Colica*	VI. 54
Viridis vel inſoliti coloris	*Colica biliosa*	VI. 15
	Tormina ventris	XV. 19
Delirium	*Calentura*	I. 56
	Febris I. 30. 52. 57. 94	
	Lumbrici	VI. 83
Delirium furioſum ſine febre	*Mania*	III. 142
Melancholicum ſine febre	*Melancholia*	III. 142
Rabioſum	*Hydrophobia*	IV. 164
Perpetuum & immane	*Phrenitis*	II. 50. 52
	Paraphrenitis	II. 59
Dentium caries & vacillatio Hæmorrhagia	*Scorbutus*	IX. 15
Stridor	*Epilepſia*	III. 100
	Lumbrici	XV. 46
Ad diaphragma gravitas	*Empyema*	II. 45
Diarrhœa	*Affectio hyſterica*	III. 112
	Arthritis	IX. 68
	Phthiſis	IV. 26
	Scorbutus	IX. 16
	Variolæ	I. 119
Diarrhœa colliquativa	*Febris*	I. 89

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Diarrhœa infantum	*Dentitio*	XV. 41
	Lumbrici	XV. 46
Cum dejectionibus subviridibus vid. Dejectiones varii coloris	*Morbilli*	I. 113
Oleosa	*Diarrhœa*	VI. 28
Tormentosa	*Cholera morbus*	VI. 19
	Dysenteria	VI. 38
	Febris intermittens	I. 34
	Febris remittens	I. 47
Distortio oris	*Spasmus Cynicus*	III. 87
Dolor abdominis vid. Abdominis dolor		
Artuum vid. Artuum dolores		
Capitis vid. Capitis dolor		
Dolor circa cordis regionem	*Pestis*	I. 166
Circa scrobiculum cordis	*Ventriculi morbus*	VI. 13
Dorsi & capitis	*Variolæ*	I. 119
Ad claviculam & mammas	*Peripneumonia vera*	II. 21
Insignis sub costis nothis	*Inflammatio ventriculi*	II. 65
Cervicis, vid. cervicis dolor		
In artubus ardens, pungens, lacerans, pulsans, &c.	*Arthritis*	IX. 66
Obscurus in hypochondrio dextro	*Hepatitis*	II. 73
Dolor in hypochondrio sinistro	*Inflammatio lienis*	II. 76
Intestinorum, vid. Intestinorum dolor.		

Dolor

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Dolor in oculorum bulbis	*Phrenitis*	II. 60
Lenis in alterutro pectoris loco	*Vomica Pulmonis*	III. 156
Punctorius versus omoplatas	*Pleuritis*	II. 17. 21
In qualibet thoracis parte	*Pleuritis*	II. 23
Medium ventrem affligens cinguli instar	*Colica biliosa*	VI. 52
Circa umbilicum intensissimus	*Iliaca passio*	VI. 74
Subter sternum	*Scorbutus*	IX. 33
Universalis contundens & lancinans	*Febr. Petech.*	I. 71. 89
Erratici externi corporis habitum occupantes	*Rheumatismus*	IX. 1. 4
Nocturni	*Lues venerea*	IX. 100
Parturientium æmuli	*Febris intermittens*	I. 34
	Colica	XIV. 61
Vagi præcipue crurum	*Scorbutus*	IX. 15
Dorsi & capitis dolor	*Variolæ*	I. 119
Dorsi spinæ inflexibilitas	*Calculus renum*	VII. 37
Dyspnœa	*Hydrops*	VIII. 13
Vid. Respirandi difficultas	*Phrenitis*	II. 60
Dysenteria	*Febris remittens*	I. 47
Dysuria	*Ulcus renum vel vesicæ*	VII. 31

E

Efflorescentiæ maculosæ	*Erysipelatis quædam species a* Rash	XI. 21
	Febris maligna	I. 66
	Morbilli	I. 113
	Variolæ	I. 115

Digitized by Google

Symptoma.	Morbus.	Cap. Art.
Efflorentiæ Confluentes	*Febris ſcarlatina*	I. 112
Miliaris purpurea in infantibus recens natis	Red-Gum	XV. 11
Empyematis ſigna	*Hydrops pectoris*	VIII. 40
Epileptici paroxyſmi	*Variolæ*	I. 119
Eryſipelatoſus tumor	*Variolæ*	I. 130
Exanthemata	*Peſtis*	I. 153
	Variolæ	I. 126
Excrementa alvina albicantia, griſea vel pallida, chyloſa	*Cœliaca*	VI. 36
Levia & ventoſa inſtar ſtercoris bovini	*Colica*	VI. 54
Viridia	*Tormina ventris*	XV. 19
Vid. dejectiones coloris varii, &c.		
Extenuatio partium carnoſarum	*Atrophia infantum*	XV. 26. &c.
	Phthiſis	IV. 42
	Phthiſis nervoſa	IV. 42

F

Facies plenior & floridior in infantibus	*Rachitis*	XV. 50
Scabioſa infantum	*Cruſta lactea*	XV. 57
Turgida & ſubtumida	*Febris*	I. 82
Faciei pallor	*Chloroſis*	XVI. 3
Rubor	*Febris ardens*	I. 58
Rubor & pallor alternatim	*Lumbrici*	XV. 52
Rubor puſtuloſus	*Gutta Roſacea*	X. 102
Rubor poſt paſtum	*Cruditas ventriculi nidoroſa*	VI. 3

Faucium

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Faucium dolor & inflammatio	*Angina*	I. 2
Febris ardens	*Inflammatio alicujus viſceris*	I. 56
	Inflammatio ventriculi	II. 63
Febris lenta	*Catarrhus*	IV. 8
	Diabetes	VII. 4
	Empyema	II. 45
	Cachexia	VIII. 5
Febricula	*Chloroſis*	XIV. 3
	Rheumatismus	IX. 1. 4
Flatus in ventriculo & in inteſtinis	*Affectio hyſterica*	III. 118
	Scorbutus	IX. 15
	Ventriculi morbus	VI. 6
Flavedo cutis	*Cachexia*	VIII. 6
	Icterus	VIII. 44
Fluctuationis aquæ ſenſus in Abdomine	*Aſcitis pectoris*	VIII. 21
in Pectore	*Hydrops pectoris*	VIII. 13
in Utero	*Hydrops uteri*	XIV. 48
Fluxus cruentus	*Dyſenteria*	VI. 44
	Hæmorrhoides	XII. 46
	Inflammatio pancreatis	II. 72
	Scorbutus	XII. 46
Foveæ a digitorum impreſſione	*Hydrops*	VIII. 13
	Oedema	XII. 54
Frigus & calor ſuperveniens	*Febris intermittens & in initiis fere omnium*	I. 31 I. 83
Frigoris ſenſus in capitis vertice	*Affect. hyſterica*	III. 112
in abdomine	*Colica*	VI. 54
per dorſum	*Affect. hyſter.*	III. 118
Furunculi	*Scorbutus*	IX. 15
	Variolæ	I. 133

Digitized by Google

Symptoma.	Morbus.	Cap. Art.
G		
Gangræna & caries	*Poſt variolas*	I. 133
Genarum tubor	*Phthiſis*	IV. 23
Genitalium tumores oedematoſi	*Lues venerea*	IX. 12
Geſticulationes variæ	*Chorea Sancti Viti*	III. 108
Gingivarum cruentatio	*Scorbutus*	IX. 15. 43. 46
Eroſiones	*Scorbutus*	IX. 15. 43. 46
Laxitas	*Scorbutus*	IX. 15. 43. 46
Inflammatio	*Dentitio in infantibus*	XV. 41
Inflammatio	*Parulis*	XII. 18
Globi ſenſus in abdomine	*Colica hyſterica*	VI. 67
Gonorrhœa virulenta	*Lues venerea*	IX. 103
Non virulenta	*Gonorrhœa Catarrhalis*	IX. 105
Gravitas corporis	*Hydrophobia*	III. 165
Ad diaphragma	*Empyema*	II. 45
Ad tempora	*Feb. ardens*	I. 58
Circa ventriculi regionem	*Febr. petech.*	I. 74
Gravitatis ſenſus in perinæo	*Calculus Veſicæ*	VII. 38
Gutturis dolor ulceroſus	*Feb. Eruptiva*	I. 109
Gutturis dolor ulceroſus	*Variolæ*	I. 120
Gutturis ac pectoris ſtridor	*Angina*	I. 2
H		
Hæmorrhagia narium	*Feb. ardens*	I. 58
Hæmorrhagia narium	*Feb. continua*	I. 52
Hæmorrhagia narium	*Feb. ſui generis*	X. 61
Hæmorrhagia narium	*Variolæ*	I. 120

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Hæmoptoe	*Feb. sui generis*	X. 61
	Phthisis	IV. 62. 65
Hæmorrhoidum fluxus	*Vomitus cruentus*	VI. 11
Halitus fœtens intolerabilis	*Secundina retenta*	XIV. 68
Halitus gravis	*Scorbutus*	IX. 15
Hebetudo visus	*Cataracta incipiens*	X. 7
	Feb. ardens	I. 58
Hemicrania	*Cephalalgia*	III. 8.
	Feb. intermittens	I. 34
Horripulatio	*Abortus*	XV. 51
	In initiis fere omnium febrium	I. 18
Humorum colliquatio	*Feb. colliquativa*	I. 55
Hypochondrior. distentio	*Affectio hysterica*	III. 115
	Colica	VI. 54
Oppressio & angustia	*Feb. eruptiva*	I. 109
	Phthisis	IV. 51

I

Icterus	*Colica* VI. 54.	VIII. 45
	In prægnantibus	VIII. 50
Ignavia & torpor in pueris	*Rachitis*	XV. 50
Inappetentia	*Phthisis nervosa*	IV. 42
	Ventriculi morbus	VI. 16
Indigestio	*Melancholia*	III. 141
	Ventriculi morbus &c.	VI. 1
Indigestorum per alvum excretio	*Lienteria*	VI. 34
Inflatio circa scrobiculum cordis	*Asthma*	VI. 78
Inflatio ventriculi	*Affectio hysterica*	III. 117
	Cholera morbus	VI. 19

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Inquietudo univerſalis	*Febr. ardens*	I. 57.
	Febr. maligna	I. 66
Inteſtinorum dolor atrociſſimus	*Colica*	VI. 51
Vehemens pulſatorius, &c.	*Iliaca Paſſio*	VI. 74
	Inflammatio Inteſtinorum	II. 66.
Ad punctum determinatus	*Colica*	VI. 51
Circa umbilicum intenſiſſimus	*Iliaca paſſio*	VI. 74
Inteſtinorum prolapſus	*Hernia*	XII. 88
Intumeſcentia abdominis vid. abdominis & ventris intumeſcentia		
Intumeſcentia faciei, abdominis, totius corporis	*Venenum*	XVI. 6. 20
Iracundia	*Diarrhœa*	VI. 30
	Hydrophobia	III. 159
Iſchuria	*Calculus renum vel veſic.*	VII. 62
	Sanguinis dyſcraſia	VII. 66
Jugularium venenarum intumeſcentia	*Apoplexia*	III. 52

L.

Labiorum intumeſcentia & nigrities	*Venenum*	XVI. 6
Lac in mammis collectum	*Gravidatio*	XIV. 20
Lactis ſpecies ſed non verum	*Mola*	XIV. 72
Lachrymæ invitæ	*Febr. ardens*	I. 58
	Feb. eruptiva	I. 109

Languores

Symptoma.	Morbus	Cap. Art.
Languores graviſſimi	*Affectio Hypochondriaca*	III. 116
	Arthritis in ventriculo	IX. 66
	Sudor Anglicus	I. 177
Laſſitudo artuum	*Syncope*	V. 9
	Feb. lenta	I. 62
Laſſitudo ſpontanea	*Icterus*	VIII. 44
	Chloroſis	XIV. 6
	Fluor albus	XIV. 26
	Scorbutus	IX. 15
Totius corporis	*Feb. ardens*	I. 57
	Feb. continua	I. 52
Lateris dolor punctorius	*Pleuritis*	II. 17
	Feb. intermittens	I. 34
Laxitas & mollities partium in pueris	*Rachitis*	XV. 50
Lingua alba	*In febrium initiis morbilli*	I. 113
Sicca, flava, nigra, exuſta	*Feb. ardens*	I. 57
	Petechialis	I. 75
	Peſtis	I. 153
Linguæ intumeſcentia	*Venenum*	XVI. 6
Linguæ ſcabrities	*Feb. ardens*	I. 57
	Feb. continua	I. 52. 87
Lipothymia vid. Syncope.		
Lipyria	*Febris*	I. 85
Livor vultus	*Angina*	II. 2
Lochia per aliena loca exereta	*Lochia*	XIV. 72
Fœtorem cadaveroſum referentia	*Secundina retenta*	XIV. 68
Lumbago	*Feb. continua*	I. 52. 91
	Feb. intermittens	I. 31
	Rheumatismus	IX. 1

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Lumbago Gravativa	*Fluor albus*	XIV. 27
Lumborum ardor	*Diabetes*	VII. 3
Dolor ardens & pungens	*Nephritis*	VII. 17
Dolor fixus gravativus	*Calculus renum*	VII. 37
	Rheumatismus	IX. 1
Superiorum dolor obtusus	*Pancreatis Morbus*	VII. 11
Lumbrici	*Feb. petechialis*	I. 75
	Horrenda Symptomata	VI. 86
	Variolæ. Male ominantur.	

M.

Macula albescens in oculo	*Albugo*	X. 31
Maculæ cutaneæ fuscæ	*Ephelides*	XI. 3
Maculæ lividæ in sanguinis superficie	*Lues venerea*	IX. 101
Maculæ rubræ pulicum morsibus similes	*Feb. petechialis*	I. 72
	Morbilli	I. 113
	Variolæ	I. 123
Rubescentes latiores	*Feb. scarlatina*	I. 110
Rubræ, majusculæ, rotundæ distinctæ	*Feb. petechialis*	I. 78
Flavescentes, nigrescentes	*Feb. petechialis*	I. 75. 78
	Pestis	I. 155
Lividæ pallescentes	*Feb. petechialis*	I. 72. 78
	Variolæ	I. 131
Nigræ fuscæ vel lividæ	*Venenum*	XVI.
Maculæ purpureæ	*Pestis*	I. 155
	Scorbutus	IX. 15
	Variolæ	I. 120
Nigræ violaceæ	*Pestis*	I. 155
	Variolæ	I. 131

Macularum

Symptoma.	Morbus.	Cap. Art.
Macularum rubrarum vel purpurearum eruptiones	*Phthisis scorbutica*	IV. 56
	Scorbutus	IX. 15
Maculæ exiguæ more lentiginis rubræ aut flavæ in fronte, temporibus, &c. erumpentes	*Lues venerea*	IX. 100. 101
Mammarum intumescentia	*Gravidatio*	XIV. 34
	Mola	XIV. 39
	Uterus inflatus	XIV. 42
Detumescentia	*Abortus*	XIV. 51
Meiendi perpetuum desiderium	*Variolæ*	I. 125
	Calculus vesicæ	VII. 31
	Stranguria	VII. 31
Memoriæ debilitas	*Apoplexia*	III. 41
	Paralysis	III. 63
Mensium suppressio	*Conceptus*	XIV. 34
	Uterus inflatus	XIV. 42
Mentis alienatio	*Chorea St. Viti*	III. 111
Mictio dolorosa	*Ulcus vesicæ*	VII. 29
Mictio purulenta	*Empyema*	II. 49
	Gonorrhœa	VII. 96
	Fluor albus	ibid.
	Ulcus renum vel vesicæ	VII. 31
	Calculus	VII. 96
Mictus sanguinis	*Febris ardens*	I. 58
	Mictus cruentus	VII. 77
	Pestis	I. 153
	Variolæ	I. 129
	Scorbutus	VII. 96
Micturitio	*Variolæ*	I. 125
	Stranguria	VII. 71
Mœror	*Diarrhœa*	VI. 30
	Mœror	VIII 47
	Phthisis nervosa	IV. 47

Motus

Symptoma.	Morbus.	Cap. Art.
Motus manuum & pedum deprivatio	*Colica pictonum*	VI. 64
Motus tremulus & undulatorius objectorum visibilium	*Vertigo*	III. 29
Motus in imo ventre	*Affect. Hyst.*	III. 13
Motus in utero lenis, blandus ordinatusque	*Conceptus*	XIV. 34
Tremulus & palpitans	*Mola*	XIV. 39
Muscarum, pilorum, &c. simulacra ante oculos volitantia	*Gutta serena*	X. 39.46

N.

Narium excrescentia alba rubra vel livida	*Polypus narium*	X. 72
Pruritus	*In feb. ardente*	I. 58
Scalptura	*Lumbrici*	XV. 46
Nausea & vomitus	*Alvi retentio*	VI. 23
	Calculus renum	VII. 49
	Conceptus	XIV. 35
	Feb. intermittens	I. 31
	Nephritis	VII. 24
Nephritici dolores	*Affect. Hyst.*	III. 112
	Arthritis	IX. 70
	Feb. intermittens	I. 34
Nodi & tophi	*Arthritis*	IX. 60
	Lues venerea	IX. 100
Nodi in carpis & costarum extremitatibus	*Rachitis*	XV. 50

O.

Objectorum visibilium circumrotatio, motus tremulus & undulatorius	*Vertigo*	III. 29

Obtu-

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Obtuneſcentia ſubitanea	*Lumbrici*	VI. 86
	Fiſſura cranii	XIII. 7
	Venenum	XVI.
Oculi cavi	*Empyema*	II. 45
	Phthiſis	IV. 22
Oculorum horridus obtutus	*Venenum ex opio*	XVI. 66
Oculorum diſtillatio	*Morbilli*	I. 113
Defluxio ſeroſa	*Epiphora*	X. 21
Gravedo	*Morbilli*	I. 113
Inflammatio, cum tumore ardore & dolore	*Ophthalmia*	X. 11
Inſolita mutatio	*Febris maligna*	I. 69
Punctura	*Febris eruptiva*	I. 109
Rubedo	*Febris eruptiva*	I. 108
Splendor	*Peripneumonia vera*	II. 21
Odor cadavericus	*Febris*	I. 26
	Gangræna	XIII. 52
	Mortis ſignum	I. 26
Oedematoſus corporis habitus	*Anaſarca*	VIII. 11
	Leucophlegmatia	VIII. 9
	Phthiſis nervoſa	IV. 42
Oedematoſi tumores	*Scorbutus*	IX. 5
	Poſt variolas	I. 133
Ophthalmia	*Febris intermittens*	I. 34
Oppreſſio pectoris	*Febris eruptiva*	I. 108
Oris diſtortio	*Spaſmus Cynicus*	III. 83
Fœtor	*Scorbutus*	IX. 43
Pruritus	*Scorbutus*	IX. 15
Oſſium crepitus	*Scorbutus*	IX. 39
Incurvatio	*Rachitis*	XV. 50
Tumor vel protuberantia vid. nodi & tophi	*Rachitis*	XV. 50
	Spina ventoſa	XII. 63
Ozæna	*Lues venerea*	IX. 100

Palati

Digitized by Google

Symptoma.	Morbus.	Cap. Art.
P.		
Palati ulcus	*Lues venerea*	IX. 100
Palpebræ inverſæ	*Ectropium*	X. 6
Palpebra œdematoſa	*Hydatis*	X. 6
Palpebrarum gravitas	*Febris eruptiva*	I. 109
Intumeſcentia	*Chloroſis*	XIV. 6
	Morbilli	I. 113
Pruritus & rubor	*Tracoma*	X. 6
Papillarum color in lividum mutatus	*Conceptus*	XIV. 34
Palpitatio cordis vid. cordis palpitatio		
Paralyſis	*Colica pictonum*	VI. 64
	Scorbutus	IX. 33
Parotides	*Poſt variolas*	I. 133
Pectoris gravitas	*Empyema*	II. 47
Mala conformatio	*Aſthma*	IV. 76
	Phthiſis	IV. 23
Ingens oppreſſio	*Febris eruptiva*	I. 108
	Febris miliaris	XIV. 83
	Peripneumonia notha	II. 26
Stridor	*Peripneumonia vera*	II. 21
Pedum tumor	*Hydrops pectoris*	VIII. 40
In penis ſummitate dolor exquiſitus	*Calculus veſicæ*	VII. 39. 49. 53
Pruritus & frequens erectio		
Periodicus ſymptomatum recurſus	*Febris intermittens*	I. 31
	Febris remittens	I. 46
Peripneumonia	*Arthritis*	IX. 79
Pervigilium vid. Vigiliæ nimiæ	*Febris ardens*	I. 57
Petechiæ	*Febris petechialis*	I. 72
	Variolæ	I. 128. 130

Phrenitis

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap.*	*Art.*
Phrenitis	*Febris ardens*	I.	57
	Febris continua	I.	52
Pica	*Conceptus*	XIV.	35
	Ventriculi morbus	VI.	17
Pleuritici dolores	*Febris intermittens*	I.	34
	Febris remittens	I.	47
	Lumbrici	VI.	83
Præcordiorum anxietas	*Asthma*	IV.	85
	Chlorosis	XIV.	1
	Febris eruptiva	I.	108
	Febris maligna	I.	66
	Febris petechialis	I.	74
	Febris puerperarum	XIV.	81
Dolor	*Febris ardens*	I.	58
	Febris maligna	I.	66
Inflatio	*Melancholia*	III.	142
Perturbatio	*Colica hysterica*	VI.	69
Præputii inflammatio & tumor	*Lues venerea*	IX.	100
Tumor sine coloris mutatione	*Tumor flatulentus*	XII.	76
Procidentia ani	*Calculus vesicæ*	VII.	39
Pruritus ani	*Ascarides*	VII.	90
Totius corporis	*Icterus*	VIII.	44
	Psora	XI.	34
Pruritus manuum vel pedum cum ardore, rubore, &c.	*Pernio*	XII.	32
Molestus in infantibus	*Crinones*	XV.	48
Circa juncturas	*Psora*	XI.	34
Prunella	*Febris*	I.	87
Ptyalismus vid. Salivatio	*Inflammatio vesicæ*	VII.	28
Pubis ardor & dolor; &c.			

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Pulmonum coarctatio	*Asthma*	IV. 76
	Peripneumonia notha	II. 19
Pulsatio in abdomine	*Colica*	VI. 54
Subtus ventriculum	*Affectio hysterica*	III. 116
Pulsus velox	*Febris in genere*	I. 18
Fortis uno tenore pergens	*Idem*	I. 30
Celer, debilis, vacillans	*Idem*	I. 30
Celer, inæqualis	*Sudor Anglicus*	I. 177
Debilis ac languidus	*Febris maligna*	I. 66
Durus	*Pleuritis*	II. 32
Fortis	*Apoplexia*	III. 53
Tardus	*Scorbutus*	IX. 40
Pupilla angusta	*Cataracta*	X. 40
Nigrior & amplior	*Gutta serena*	X. 44
Pus albo-flavescens ab oculis extillans	*Fistula lacrymalis*	X. 49
Puris viscidi screatio	*Phthisis*	IV. 56
Pustulæ albidæ relinquentes crustulas semina milii referentes	*Herpes miliares*	XI. 15
Pustulæ accumulatim exurgentes	*Serpigo*	XI. 13
Densæ, dolorosæ, rubræ cum inflammatione latius serpentes	*Erysipelas*	XI. 21
Pustulæ Flavæ, siccæ cum arida crusta sparsim per corpus, speciatim in fronte & mento. &c.	*Lues venerea*	IX. 101
Inflammatoriæ partem exulcerantes	*Herpes exedens*	XI. 18
Plures congestæ, squamosæ, &c.	*Impetigo*	XI. 39

Pustulæ

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Puſtulæ parvæ rubeſcentes cum cutis duritie & pruritu inſigni	*Pſora*	XI. 33
Subrubræ	*Variolæ*	I. 119
Variæ in pene & alibi	*Lues venerea*	IX. 100
Urticationes referentes	*Eryſipelatis ſpecies*	XI. 21
Puſtula (vel potius tuberculum) ſublivida, vel ſubnigra vel alba.	*Epinyctis*	XII. 20

R.

Raucedo	*Catarrhus ſuffocativus*	VI. 4
	Colica	VI. 57
	Febris lenta	I. 62
	Lues venerea	IX. 100
	Lumbrici	VI. 83
Clangoſa	*Catarrhus ſuffocativus*	IV. 6
	Febris eruptiva	I. 109
	Variolæ	I. 143
Recurſus poti liquoris per nares	*Angina*	II. 2
Reſolutio partium nervoſarum	*Paralyſis*	III. 59. 62
Reſpiratio anheloſa, laborioſa, & ſibiloſa	*Aſthma*	IV. 76. 85
Reſpiratio ejusmodi in infantibus	*Aſthma infantum.*	
Cita & anheloſa	*Febris eruptiva*	I. 109
	Peripneumonia notha	II. 19
	Secundina retenta	XIV. 68
	Variolæ	I. 143
Denſa	*Febris ardens*	I. 57
	Peripneumonia vera	II. 21

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap.*	*Art.*
Respiratio difficilis	*Angina*	II.	9
	Catarrhus suffocativus	IV.	4.6
	Colica hysterica	VI.	69
	Hydrops	VIII.	13
	Hydrops pectoris	VIII.	41
	Ictterus	VIII.	44
	Peripneumonia notha	II.	21. 47
	Phrenitis	II.	60
	Rachitis	XV.	50
	Scorbutus	XV.	15
	Vomica pulmonis	IV.	70. 72
Rheumatici dolores	*Febris remittens*	I.	47
	Lues venerea	IX.	100
	Scorbutus	IX.	15
Rigor & horror	*Dysenteria*	VI.	38
	Febris intermittens	I.	31
	Febris omnis	I.	18
	Pestis	I.	166
	Pleuritis	II.	17
	Rheumatismus	IX.	1
Per vices recurrens	*Abortus*	XIV.	51
Risus Sardonicus	*Melancholia*	III.	148
Rubor genarum	*Phthisis*	IV.	23
Ructus	*Affectio hysterica*	III.	115
	Scorbutus	IX.	15
Acidi	*Ventriculi morbus*	IV.	1
Assiduus	*Nephritis*	VIII.	17
Ructus insipidi	*Asthma*	IV.	78
Nidorosi	*Ventriculi morbus*	VI.	2
Saporis varii	*Idem*	VI.	4
Tetri odoris	*Melancholia*	III.	141
	Venenum	XVI.	6

Saliva

Digitized by Google

Symptoma.	Morbus.	Cap. Art.
S.		
Saliva copiosa	*Lumbrici*	XV. 48
Spumosa	*Diabetes*	VII. 10
Salivatio	*Febris continua*	I. 55
	Phthisis	IV. 24
	Scorbutus	IX. 15
	Variolæ	I. 120
Saltationes admirandæ	*Chorea Sancti Viti*	III. 111
Sanguis sincerus per alvum	*Dysenteria*	VI. 38
	Hæmorrhoides	XII. 42
Sapor oris ingratus, vel amarus	*Febris continua*	I. 52
Teter vel putridus	*Empyema*	II. 48
Scabies firma & inveterata cum tuberculis mollibus vel indolentibus	*Lepra*	XI. 41
Scotomia	*Apoplexia*	III. 41
Screatus crudus & glutinosus filamentis nigris distinctus	*Asthma*	IV. 79
Scrobiculi cordis dolor	*Colica hysterica*	VI. 61
Inflatio	*Asthma*	VI. 78
Segnities	*Chlorosis*	XIV. 6
	Icterus	VIII. 44
Segnities & torpor in infantibus	*Rachitis*	XV. 50
Siccitas cutis	*Febris ardens*	I. 75
	Icterus	VIII. 44
Singultus	*Fungorum esus*	XVI. 33
	Hepatites	II. 73
	Lumbrici	VI. 83
	Scorbutus	IX. 15
	Venenum	XVI. 6

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Sitis intenſa	*Febris ardens*	I. 57. 85
	Febris continua	I. 52
	Diabetes	VII. 3
	Hydrops	VIII. 13
	Venenum	XVI. 6
Somnolentia	*Morbilli*	I. 113
	Variolæ	I. 119
Sopor gravis	*Apoplexia*	III. 42
	Coma, lethargus, carus	III. 21. 22. 23
	Lumbrici	VI. 83
	Peſtis	I. 162
	Sudor anglicus	I. 178
Spasmi	*Affectio hyſterica*	III. 112
	Epilepſia	III. 96
	Febris	I. 95
Spirandi difficultas, vid. Reſpiratio difficilis		
Spirituum depreſſio	*Febris maligna*	I. 66
	Febris miliaris	XVI. 83
Spuma circa os	*Angina*	II. 2. 9
	Apoplexia	III. 42
	Epilepſia	III. 100
Sputum ſanguinis, vid. Hæmoptoe	*Febris ardens*	I. 58
	Peripneumonia	II. 21
	Pleuritis	II. 17
Stercoris per os ejectio	*Iliaca paſſio*	VI. 74
Sternutatio	*Morbilli*	I. 113
Stertor inſignis	*Apoplexia*	III. 42
Stridor dentium, vid. Dentium ſtridor.		
Stridor pectoris, vid. Pectoris ſtridor.		
Stomachi gravedo	*Hydrophobiæ*	III. 159

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Stranguria	*Veſicantium applicatio*	I. 89
	Nephritis	VII. 24
	Arena vel ſabulum	VII. 56
	Scorbutus	IX. 15
Stupor in genere	*Venenum*	XVI. 6
Stupor brachii aut pedis	*Apoplexia*	III. 41
Cruris	*Nephritis*	VII. 17
Sudores	*Febris continua*	I. 52. 90
	Febris intermittens	I. 31
	Scorbutus	IV. 15
Colliquativi	*Phthiſis*	IV. 28
Copioſi	*Colica bilioſa*	VI. 57
Critici	*Febris*	I. 82
Glutinoſi	*Febris*	I. 82
Morbifici	*Morbi ſoporoſi*	III. 20
Perpetui & copioſiſſimi	*Sudor anglicus*	I. 177
Suffocationis periculum	*Scorbutus*	IX. 15
	Angina	II. 2
	Aſthma	IV. 85
	Catarrhus ſuffocativus	IV. 4
	Uvulæ procidentia	X. 92
Superciliorum gravitas	*Gutta ſerena*	X. 44
Suppuratio auris interni	*Pleuritis*	II. 34
Surditas	*Febris maligna*	I. 69. 82
Syncope, vid. Languores graviſſimi	*Aſcarides*	VI. 90
	Lumbrici	VI. 83
	Venenum	XVI. 6

T.

Tendinum ſubſultus	*Febris continua*	I. 30
	Febris eruptiva	I. 109

Digitized by Google

Symptoma.	Morbus.	Cap.	Art.
Tenesmus	*Ascarides*	VI.	90
	alculus vesicæ	VII.	39.51
	Fœtus mortuus	XIV.	66
	Ulcus vesicæ	VII.	29
Testium inflammatio	*Lues venerea*	IX.	100
Testiculi retractio	*Calculus renum*	VII.	37
	Nephritis	VII.	17
Thoracis totius dolor	*Peripneumonia notha*	II.	19
Gravedo	*Peripneumonia vera*	II.	21
Tibiarum dolores	*Scorbutus*	IX.	33
Tinnitus aurium, vid. Aurium tinnitus			
Tonsillarum tumor	*Angina*	II.	2.9
Tophi & nodi, vid. Nodi			
Tormina ventris, vid. Ventris tormina	*Lumbrici*	VI.	83
Tremores	*Scorbutus*	IX.	15
	Febris	I.	30
	Iracundia	III.	79
	In senio confectis	III.	79
	Secundina retenta	III.	80
	Venenum	XVI.	6
Tristitia	*Icterus*	VIII.	47
Tuberculum acutum inflammatorium	*Carbunculus*	I.	154
	Furunculus	XII.	16
Durum. lividum vel nigricans	*Cancer*	XII.	67
Tumor abdominis	*Ascites*	VIII.	13
	Empyema	II.	45
Acuminatus glandularum	*Phyma*	XII.	23
Tumor albicans, frigidus, indolens	*Oedema*	XII.	54
Aquosus capitis	*Hydrocephalus*	VII.	37

Tumor

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Tumor pone aures	*Parotis*	XII. 27
Carnosus magnus in dorso	*Natta*	XII. 85
Corporis totius	*Anasarca*	VIII. 11
In digitorum extremis manuum vel pedum.	*Paronychia*	XII. 29.30
Durus, indolens, mobilis sine doloris mutatione	*Scrophula*	XII. 59
Durus livescens, indolens	*Scirrhus*	XII. 57
Durus, lividus vel nigricans, punctorius	*Cancer*	XII. 67
In ano varicosus	*Hæmorrhoides*	XII. 41
Cum inflammatione & dolore pulsatorio	*Phlegmone*	XII. 9
Inflammatorius in inguine vel sub axilla	*Bubo*	XII. 25
Levis digito cedens & digito pressus foveam non relinquens	*Tumor flatulentus*	XII. 76
Mollis sine coloris mutatione plerumque pulsans	*Aneurisma*	XII. 34
Mollis & latus inter cranium & cutim	*Talpa*	XII. 82
Mollis in juncturis	*Lupia*	XII. 79
Ossis vel ejusdem protuberantia	*Spina ventosa*	XII. 63
In præcordiis	*Inflammatio ventriculi*	II. 63
In tendine doloris expers	*Ganglium*	XII. 78
Tumor varicosus venarum spermaticarum	*Hernia varicosa*	XII. 52

Digitized by Google

Symptoma.	Morbus.	Cap.	Art.
Tumor ex laxata venarum tunica	*Varix*	XII.	37
Tuſſicula	*Febris ardens*	I.	57
	Lumbrici	I.	83
	Morbilli	I.	113
Tuſſis	*Affectio hyſterica*	III.	112
	Febris lenta	I.	62
	Pleuritis	II.	17
	Scorbutus	IX.	15
	Tuſſis ſtomachalis	IV.	14
Cum dolore capitis	*Peripneumonia notha*	II.	19
Humida diuturnior	*Aſthma*	IV.	85
	Phthiſis	IV.	20
Perpetuo moleſta	*Aſthma*	IV.	85
	Febris eruptiva	I.	109
Immanis	*Hydrops*	VIII.	27
Importuna & ſicca	*Hydrops pectoris*	VII.	40. 41
Infantum ferina	*Tuſſis convulſiva*	XV.	30
Sicca & moleſta	*Empyema*	II.	45
	Lumbrici	XV.	46
	Vomica pulmonis	IV.	72
Stomachalis	*Tuſſis*	IX.	15

V

Ventriculi ægritudo ſumma	*Sudor anglicus*	I.	178
Ventriculi Æſtus	*Arthritis*	IX.	75
Cum dolore moleſto & intenſiſſimo	*Cardialgia*	VI.	14
Dolor gravativus	*Ventriculi morbus*	VI.	3
Inflatio	*Scorbutus*	IX.	15
Inflammatio	*Aſthma*	IV.	78
	Scorbutus	IX.	15
Ventriculi mordicatio & dolor vehemens	*Venenum*	XVI.	6

Ventris

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Ventris dolor	*Scorbutus*	IX. 33
Ventris intumescentia	*Graviditas*	XVI. 34
	Uterus inflatus	XIV. 42
Æqualiter in omnem dimensionem	*Mola*	XIV. 39
Circa umbilicum minus prominens	*Hydrops peritonæi*	VIII. 26
Tormina, vid. tormina ventris	*Colica*	VI. 51
	Dysenteria	VI. 38
	Lumbrici	VI. 83
	Scorbutus	IX. 29. 33
In infantibus	*Dentitio*	XV. 41
	Lumbrici	XV. 46
Circa umbilicum	*Iliaca passio*	VI. 74
Infra umbilicum	*Secundina retenta*	XVI. 13
Ventris tensio	*Scorbutus*	IX. 15
Ventris tumor	*Ascites*	VIII. 21
	Gravidatio	XIV. 34
	Hydrops ovarii	XIV. 49
	Mola	XIV. 39
	Tympanites	VIII. 33
	Uterus inflatus	XIV. 42
In infantibus	*Rachitis*	XV. 50
Durus cum corporis extenuatione	*Atrophia infantum*	XV. 27
Verrucæ circa anum	*Hæmorrhoides*	XII. 30
	Lues venerea	IX. 100
Vertigo	*Apoplexia*	III. 41
	Peripneumonia notha	II. 19
	Venenum	XVI. 6
Vesiculæ ambustorum similes	*Variolæ*	I. 123
Aqueæ		I. 128
Miliares		I. 132

Vesiculæ

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Veſiculæ ſeroſæ ſubflavæ	*Febris miliaris*	XIV. 83
Vibices	*Febris petechialis*	I. 71
Vigiliæ pertinaces	*Febris continua*	I. 52. 92
	Febris maligna	I. 66
	Febris eruptiva	I. 109
	Hydrophobia	III. 159
	Mania	III. 152
	Morbus ſolitarius	III. 15
	Peripneumonia notha	I. 21
	Peſtis	I. 162
Virium proſtratio	*Icterus*	VIII. 44
Subitanea	*Febris maligna*	I. 157
	Febris petechialis	I. 74
	Peſtis	I. 71
	Sudor Anglicus	I. 177
	Venenum	XVI. 6
Viſus abolitio	*Cataracta*	X. 35
	Gutta ſerena	X. 44
Obfuſcatio	*Venenum*	XVI. 6
	Opium	XVI. 26
Viſus hebetudo, vid. Hebetudo viſus		
Ulcus palati, vid. Palati ulcus		
Ulcus ſinuoſum in oculi cantho	*Fiſtula lacrymalis*	X. 49
Ulcera cancroſa & calloſa	*Cancer*	XII. 67
	Lues venerea	IX. 100
Corroſiva	*Herpes exedens*	XI. 18
	Variolæ	I. 144
Ungues recurvi	*Empyema*	II. 45
	Hydrops pectoris	VIII. 40
	Phthiſis	IV. 22
Ungues nigri vel lutei	*Venenum*	XVI.

Vomitus

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Vomitus	*Affectio hysterica*	III. 112
	Colica	VI. 51
	Conceptus	XIV. 35
	Febris intermittens	I. 34
	Lumbrici	VI. 83
	Phthisis	IV. 23
	Variolæ	I. 119. 125
Enormes	*Cholera morbus*	VI. 19
	Pestis	I. 166
Biliosi & pituitosi	*Iliaca passio*	VI. 76
	Renum Inflammatio	VII. 24
Cruenti	*Pancreatis morbus*	VI. 11
Materiæ nigræ	*Ventriculi morbus*	VI. 11
Humorum diversiculorum	*Melancholia*	III. 141
	Venenum	XVI. 6
Stercoris	*Iliaca passio*	VI. 74
Vox clangosa	*Catarrhus suffocativus*	IV. 4
	Febris ardens	I. 57
	Variolæ	I. 143
Vocis privatio	*Catarrhus suffocativus.*	IV. 6
	Colica	VI. 57
	Lumbrici	VI. 83
Voracitas nimia	*Affectio Hypochond.*	III. 24
	Ventriculi morbus	VI. 18
Urina sanorum similis	*Febris maligna*	I. 66
Urina alba	*Infantum febris*	VII. 86
	Lumbrici	VII. 86
	Variolæ	VII. 86
Urina aquosa, tenuis & pallida	*Affectio hysterica*	VII. 87
	Asthma	IV. 80
	Cachexia	VII. 87. VIII. 6
	Chlorosis	VII. 87
	Colica nephr. vel hyst.	VI. 69
	Febris maligna	VII. 87

Urina

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Urina aquosa, tenuis & pallida	*Nephritis*	VII. 17
	Variolæ	I. 125
Chylosa	*Diabetes*	VII. 5
Copiosa	*Diabetes*	VII. 6
	Affectio hysterica	VII. 87
	Asthma	IV. 80
Crassa & rubra	*Arthritis*	IX. 59
	Colica	VI. 52
	Scorbutus	VI. 69
Crocea & flava	*Icterus*	VIII. 44
	Hypochondr. affectio	VII. 89
	Scorbutus	VII. 89
Cruenta, vid. Mictus sanguinis	*Calculus*	VII. 96
	Scorbutus	VII. 96
Dulcis	*Diabetes*	VII. 67
Nigra & viridis	*Icterus*	VIII. 47
	Febris quartana	VII. 91
	Morbus virulentus vel venenatus	VII. 91
Nigra & tenuis	*Febris ardens*	I. 58
Pauca	*Colica biliosa*	VI. 54
	Hydrops	VIII. 13
	Nephritis	VII. 17
Pinguis	*Diabetes*	VII. 4
	Febris ardens	VII. 93
	Febris colliquativa	VII. 93
	Febris hectica	VII. 93
	Ulcus renum	VII. 93
Purulenta	*Ulcus ren. vel vesi.*	VII. 29. 31
	Empyema	VII. 96
	Fluor albus	VII. 96
	Gonorrhœa	VII. 96
	Pleur. & Peripneum.	VII. 96
Rubicunda	*Arthritis*	VII. 90

Digitized by Google

Symptoma.	*Morbus.*	*Cap. Art.*
Urina rubicunda	*Febris continua*	I. 52. 82
	Nephritis	VII. 17
	Peripneumonia notha	II. 19
	Scorbutus	VII. 90
	Variolæ	I. 125
Urinæ ardor	*Colica bilioſa*	VI. 54
	Dyſuria	VII. 73
	Lues venerea	IX. 100
	Renum inflammatio	VII. 24
Urinæ ſubita mutatio a turbida & craſſa in tenuem & pallidam	*Phrenitis*	II. 50
Urinæ ſtillicidium	*Stranguria*	VII. 71
Suppreſſio	*Colica bilioſa*	VI. 54
	Iſchuria	VII. 62 &c.
	Nephritis	VII. 24
	Venenum	XVI. 6
In Urina carunc. & filamenta	*Ulcus renum v. veſicæ*	VII. 29
Cremor innatans	*Affectio hyſterica*	VII. 93
	Phthiſis	VII. 93
Materia craſſa vel mucilaginoſa	*Dyſuria*	VII. 73
Bullæ & ſpuma	*Mania*	VII. 93
Sedimentum craſſius farinæ ſimilis	*Morbus diuturnus*	VII. 95
Sedim. lateritii coloris	*Febris intermittens*	I. 34
Vultus livor	*Angina*	II. 2
	Hydrops	VIII. 21
Rubor inſignis	*Febris ardens*	I. 58
	Febris ſcarlatina	I. 110
	Peripneumonia	II. 21
In Utero ponderis ſenſus inſtar lapidis	*Mola*	XIV. 39

INDEX

Digitized by Google

INDEX MORBORUM.

Per Numerum primum, Caput, per alterum Articulum sive sectionem designari volumus.

A.

Abortus XIV. 51
Acrochordones XII. 100
Ægilops X. 49
Affectus Catarrhales IV. 8
Albugo seu *Leucoma* X. 31
Alvi adstrictio in infantibus XV. 24
— *in adultis* VI. 24
Alvi Fluxus VI. 27
Alvi Retentio VI. 23
Amaurosis sive *Gutta Serena* X. 44
Ambustio XI. 51
Anasarca VIII. 11
Anchyloblepharon. X. 6
Anchylops X. 49
Aneurisma XII. 33
Angina II. 2
— *Arthritica* IX. 86
— *Notha* II. 11
— *Sine Tumore* II. 6
Ani Procidentia XII. 99
Ani Morbi III. 136
Anorexia VI. 16
Anthracosis X. 27
Anxietas Præcordiorum VI. 13
Apepsia VI. 6
Aphthæ Adultorum X. 93
— *Infantum* XV. 55
Apoplexia III. 35
Appetentia Canina. VI. 18
Aridura Partium XV. 29
Arthritis IX. 58
— *Anomala* IX. 79. 80
Ascarides VI. 90. 91
Ascites VIII. 19
Asphixia V. 9
Assodes I. 56
Asthma IV. 74
— *Continuum* IV. 76
— *Periodicum* IV. 77
— *Convulsivum* IV. 83
— *Humidum & Siccum* IV. 85
— *Infantum* XV. 30
Atheroma XII. 80
Atoniatonblepharon X. 6
Atrophia Infantum XV. 17
Atrophia Scorbutica IV. 46 IX. 24. 31
— *Oculi* X. 44
Aurium Morbi X. 83

B.

Bronchocele XII. 97
Bubo Benignus XII. 25
— *Pestilentialis* I. 152. 163
— *Venereus* IX. 112. 139
Buggs XV. 60
Boulimia III. 124. VI. 11

C.

Cachexia VIII. 4
Calculus Renum & Vesicæ VII. 37
Calentura I. 56
Callus in Ulceribus XIII. 36
Cancer XII. 67
Canis Rabiosi Morsus III. 158
Capitis Contusio XIII. 7
— *Dolor* III. 1
— *Vulnera* XIII. 26
Carbunculus Pestilentialis I. 153. 165
Cardialgia VI. 14
Caries Ossis XIII. 47
Caruncula in Urethra IX. 131
Carus III. 23

Catalepsis,

Digitized by Google

Catalepsis, Catoche, Congelatio III. 75
Cataphora III. 20
Cataracta sive Suffusio X. 35
Catarrhus IV. 8
— Suffocativus IV. 4
Cephalalgia III. 1
Chalazion X. 54
Chemosis X. 11
Chlorosis XIV. 1
Cholera Morbus VI. 19
Chorea Sti Viti III. 108
Chylificatio Læsa VI. 1
Cicatrix sive Macula in Oculo X. 31. 32
Clavi XII. 101. 103
Cœliaca VI. 27. 36
— Urinalis VII. 5
Colica Arthritica IX. 82
— Biliosa VI. 51. 65
— Hysterica VI. 61
— Pictonum XI. 64
— Scorbutica IX. 49
Coma III. 20
Coma Vigil III. 25
Combustio XI. 51
— Cum pulvere pyrio XI. 59
— A fulmine XI. 60
Comedones sive Exinones XV. 48
Concussio Capitis XIII. 8
Congelatio XIII. 57
Contusio XIII. 8
— Capitis XIII. 7
Convolvulus seu Chordapsón VI. 74
Convulsio III. 82
— Infantum XV. 33
— Scorbutica IX. 22
— Tonica III. 86
Cordis Palpitatio V. 1
— Polypus V. 15
— Tremor V. 5
Cordis Vermes V. 1
Corpulentia nimia VIII. 1
Coryza IV. 11
Cranii Fissura XIII. 7
Crapula VI. 18
Crinones seu Comedones XV. 48
Crithe X. 6
Cruditas acida & nidorosa VI. 1. 2. 3 &c.
Crusta lactea XV. 56
Cutis Nigredo XI. 1
Cynanche II. 9

D.

Dejectiones unguinosæ in Scorbuto IX. 22
— In febribus I. 94
Delirium Melancholicum III. 146
— In Puerperio XIV. 86
— Rabiosum III. 158
Dentitio XV. 39
Dentium Morbi X. 75
— Dolor X. 80
— Nigredo X. 75
— Vermes X. 82
Diabetes notha & vera VII. 1. 3. 4. &c.
Diarrhœa VI. 27
— Arthritica IX. 68. 36
— Infantum XV. 26
— Scorbutica IX. 28. 36
Digestio VI. 7
Dolor Capitis III. 1
Doloves nocturni Ven. IX. 118
— Post Partum XIV. 76
— Vagi Scorbutici IX. 20. 38. 48.
Dysenteria VI. 38
— Incruenta VI. 41
Dyspnœa Scorbutica IX. 18. 27. 44
Dysuria VII. 73

Digitized by Google

E.

Ecchymosis XIII. 1
Ectropium X. 55
Efflorescentia Purpurea in Infantibus XV. 11
Elcos oculi X. 44
Elephantiasis Græc. seu *Lepra Arabum* XI. 47 &c.
Elodes I. 56
Emphysema XII. 76
Emprosthotonos III. 82
Empyema II. 45
Encanthis X. 44
Ephelides XI. 3
Ephialtes sive *incubus* III. 178
Epilepsia III. 96
— *Puerorum* XV. 33
Epinyctis XII. 20
Epiphora X. 21
Erysipelas XI. 20
— *Alia Species* XI. 21
— *Scorbuticum* IX. 23
— *Symptomaticum* XI. 30
Essere XI. 6
Exanthemata I. 154. 163
Excrescentiæ præternaturales XII. 86
— *Carnosæ in vesica calculum mentientes* VII. 40

F.

Febres in genere I. 1. 2. &c.
— *Ardens* seu *Causus* I. 56
— *Catarrhalis* I. 62
— *Colliquativa* I. 65
— *Continua* I. 7
— *Ephemera* I. 4
— *Eruptivæ* I. 108
— *Hectica* IV. 24. 29. 33
— *Infantum* XV. 12
— *Intermittens* I. 31
Febris Lactea XIV. 80
— *Lenta* I. 61
— *Lipyria* I. 85
— *Maligna* I. 66
— *Miliaris* XIV. 88
— *Petechialis* I. 71
— *Pituitosa* I. 64
— *Cum Prunella* I. 87
— *Remittens* I. 46
— *Scarlatina* I. 110
— *Scorbutica* IX. 50
Febrium Symptomata I. 82. 84. &c.
Fissura Cranii XIII. 7
— *Ossis* XIII. 14
Fistula in Ano XIII. 46
— *Lacrymalis* X. 49
— *In ulceribus* XIII. 36
Flatus VI. 6
Fluor Albus XIV. 24
Fluxus Hepaticus VI. 49
Fractura Ossis XIII. 13
— *Complicata* XIII. 16
Fungus XIII. 44
Furor Uterinus XIV. 30

G.

Ganglium XII. 78
Gangræna XIII. 5
Genitalium Tumores ædematosi in Lue Ven. IX. 124
Gingivarum Affectus X. 79
— *Laxietas* IX. 19. 37. 46
Glaucoma X. 40
Gonorrhœa vera & notha seu virulenta. IX. 104. &c.
— *Virulenta* IX. 103. 121
Grando X. 6
Gulæ Paralysis II. 10
Gustus læsiones X. 73
Gutta Rosacea X. 105
Gutta serena X. 44

Hæmat.

Digitized by Google

H.

Head-Mould-shot, XV. 58
Horse-shoe-head XV. 58
Hæmoptysis IV. 63. X. 60
Hæmorrhagia Narium X. 60
Hæmorrhoides XII. 41
Hectica Febris IV. 24. 29. 33
Hemicrania III. 8
Hemiplegia III. 37. 41. 43
Hepatites II. 73
Hernia, *ejusque species* XII. 88
Hernia aquosa XII. 92
— *Carnosa* XII. 94
— *Varicosa* XII. 52
Herpes Exedens XI. 18
— *Miliaris* XI. 15
— *Simplex* XI. 12
Hippos X. 6
Hordeolum X. 53
Hydatis X. 59
Hydrocele seu *Hernia aquosa* XII. 92
Hydrocephalus VIII. 37
Hydrophobia III. 158
Hydrops VIII. 13. 21. &c.
— *Ovarii* XIV. 49
— *Pectoris* VIII. 40
— *Peritonæi* VIII. 26
— *Siccus* VIII. 32
— *Vesicalis* VIII. 26
— *Uteri* XIV. 45
Hypochondriaca & Hysterica affectio III. 112
Hypopyon X. 23
Hyposphagma X. 33

I.

Ictterus VIII. 44
— *Infantum* XV. 16
Ignis Sacer XI. 20
Ileos sive *Iliaca Passio* VI. 74
Impetigo XI. 39
Inappetentia VI. 16
Incontinentia Urinæ VII. 73
Incubus III. 178
Infantum Morbi in genere XV. 1. 2. &c.
Inflammatio in genere II. 1
— *Aurium* X. 83
— *Cordis* V. 1
— *Hepatis* II. 73
— *Intestinorum* II. 66
— *Lienis* II. 75
— *Mammarum* XII. 11 14. 75
— *Mesenterii* II. 68
— *Pancreatis* II. 72
— *Renum* VIII. 17. 24
— *Testium* XII. 14
— *Ventriculi* II. 63
Inoculatio Variolarum I. 145
Insignia Bacchantium X. 103
Ischias IX. 77. 96
Ischuria Renalis & Vesicalis VII. 62 &c.

L.

Lactis fugatio XIV. 79
Lagophthalmia X. 57
Lectimingi VII. 75
Lentigines XI. 3
Lepra XI. 41
— *Græcorum* XI. 44
Lethargus III. 22
Leucoma seu *Albugo* X. 31
Leucophlegmatia VIII. 9
Lichen XI. 11
Lienis Inflammatio II. 76
Lienteria VI. 27. 34
Linguæ Paralyses III. 69
— *Vitia* X. 73
Lipothymia V. 9
Lippitudo sive *Ophthalmia* X. 11

Digitized by Google

Linyria I. 56. I. 85
Lithiasis VII. 4[illegible] 19
Lithontriptica VII. 44 &c.
Lochia XIV. 70
Loquela amissa X. 74
Lues Venerea IX. 100
— *Infantum* IX. 124
Lumbrici VI. 82
— *Latus* VI. 84. 87
— *In Infantibus* XV. 45
Lupia XII. 79
Lupus XII. 67
Luxatio Ossium XIII. 9
Lycanthropia III. 144

M.

Macies Infantum XV. 27
Macula sive *Cicatrix in Oculo* X. 31. 32
Maculæ Hepaticæ XI. 4
— *Scorbuticæ* IX. 42. 47
Malacia VI. 17
Mammarum Tumores XII. 11 XIV. 79
Mania & Melancholia III. 141
Meconii purgatio in Infantulis XV. 10
Meiopis X. 44
Melancholia III. 140
Meliceris XII. 80
Memoria læsa III. 130
Menstruatio XIV. 8
Mensium difficultas XIV. 14
Menses cum dolore fluentes XIV. 17
— *Fluxus nimius* XIV. 20
— *Per loca aliena fluentes* XIV. 16
— *Suppressio* XIV. 10
Mesenterii inflammatio II. 68
Mictus Cruentus VII. 79
Miserere mei VI. 76
Mola XIV. 38
— *Aqua Vesicularis* XIV. 41
— *Ventosa* XIV. 42
Morbi nervini III. 1
Morbilli I. 113
Morsus Canis Rabidi III. 158
Midriasis X. 44
Myopia X. 58

N.

Narium Morbi X. 69
Nata, Natta seu *Napæ* XII. 85
Nausea & Vomitus VI. 9
Necrosis XIII. 51
Nephritis VII. 17 &c.
— *Arthritica* IX. 70. 84
— *Notha Scorbutica* IX. 49
Noli me tangere XII. 67
Nyctalopia X. 58

O.

Obesitas seu *Corpulentia nimia* VIII. 1
Obdormitio membrorum III. 77
Oculorum morbi X. 6
Oculorum Ulcera X. 28
Oedema XII. 55
— *Oculi* X. 6
Oedematosi Tumores Genitalium in Lue Ven. IX. 126
Olfactus amissus X. 69
Opisthotonos III. 150
Ophthalmia X. 11
— *Epidemica* X. 19
— *Humida & sicca* X. 13
— *Scrophulosa* X. 20
Ossium fractura XIII. 13
Luxatio XIII. 9
Otalgia X. 85
Ovarii Hydrops XIV. 49

Ovi

Digitized by Google

Oule X. 31
Ozæna IX. 3. X. 70

P.

Palpebrarum Morbi X. 51
Palpitatio Cordis V. 1
Pannus, oculi vitium X. 29
Paracynanche II. 9
Paralysis & Paresis III. 59
— *Gulæ* II. 12
— *Linguæ* III. 78
— *Oculi* X. 44
— *Scorbutica* IX. 30
Paraphimosis IX. 127
Paraphrenitis II. 59
Paraplegia seu *Paraplexia* III. 37. 56. 57
Paronychia XII. 28
— *Pedis digitorum* XII. 30
Parotis XII. 27
Parasynanche II. 9
Partus difficilis XIV. 60
Parulis XII. 18
Pediculi Inguinales XV. 60
Penis Amputatio IX. 127
Peribrosis oculi X. 44
Pericranii læsio XIII. 27
Perinæi ruptura XIV. 78
Peripneumonia notha II. 19. 26
— *Vera* II. 21. 25
— *Arthritica* IX. 69. 87
Pernio XII. 32
Pervigilium III. 15
Pestis I. 146
Phimosis & Paraphimosis IX. 127
Phlegmones XII. 9
Phlogosis X. 11
Phlyctænæ, morbus cutaneus XI. 7
Phlyctænæ, oculi vitium X. 26
Phrenitis II. 50
Phthiriasis XV. 59
Phthisis ab Apostematibus & ulceribus IV. 50
— *Asthmatica* ib. 58
— *A Chlorosi* vel *mensibus obstructis* ib. 67
— *A Diarrhœa* vel *Dysenteria* ib. 52
— *A Gonorrhœa* vel *fluore albo* ib. 49
— *Ab Hæmoptysi* ib. 62
— *Ab Hæmorrhagia* ib. 48
— *Ab Hypochond.* vel *Hyster. affectione* ib. 60
— *Ab Ictero* ib. 69
— *A Lactatu* ib. 51
— *Nervosa* ib. 42
— *A Pleuritide* vel *peripneumonia* ib. 68
— *Pulmonaris* ib. 20, 23
— *Scorbutica* ib. 56
— *Scrophularis* ib. 53
— *Variæ* ib. 30
Plegæ oculi X. 44
Phygethlon XII. 24
Phyma ib. 23
Pica VI. 17
Pladorosis X. 6
Pleuritis Arthritica IX. 69. 87
— *Notha* II. 23, 28
— *Occulta* ib. 32
— *Vera* ib. 17. 21
Plica Polonica X. 1
Pneumatocele seu *Hernia ventosa* XII. 90
Podagra IX. 58
Polypus Cordis V. 15
Polypi in Pleuritide II. 40. 41
Presbytia X. 58
Procidentia Ani XII. 99.
Pruritus vid. Psora.
Psora sive Scabies XI. 33
Psorophthalmia X. 6

Digitized by Google

Pterygium X. 29
Pudendorum Excoriatio XIV. 78
— *Tumores Oedematosi* ib. 77
Punctura Tendinis XIII. 32
Purpurea Efflorescentia in Infantibus XV. 11

R.

Rachitis XV. 49
Ranula XII. 27
Raucedo IV. 1
— *Red Gum* XV. 11
Renum Inflammatio VII. 17
— *Ulcus* ib. 26
Rheumatismus IX. 1
Rheuma Oculi X. 44
Rhexis X. 30
Rubedo Maculosa X. 103
Ruptura Perinæi XIV. 78

S.

Sahafati seu *Tinea* X. 4
Salivatio VII. 9
Sarcocele seu *Hernia carnosa* XII. 94
Sarcoma n rium X. 72
Scabies Humida & Sicca XI. 31. 32
Scabies sive *Psora* XI. 33
Scirrhus XII. 57
Scleriasis X. 6
Sclerophthalmia X. 6
Scorbutus IX. 15
Scotomia III. 29
Scrophula XII. 60
Secundina retenta XIV. 68
Serpigo XI. 13
Singultus III. 90
Sirones XI. 8
Somnus III. 19
Soporosi Morbi III. 20
Spasmi ib. 88
Spasmus Cynicus ib. 83
Sphacelus XIII. 51
Spina ventosa ib. 63
Steatoma ib. 80
Sterilitas XIV. 34
Sternutatio III. 94
Stomachica Remedia VI. 8
Strabismus X. 44
Stranguria VII. 71
— *Scorbutica* IX. 56
Struma XII. 60
Stupor III. 78
— *Scorbuticus* IX. 30
Sudamina XI. 5
Sudor Anglicus I. 176
Suffusio sive *Cataracta* X. 35
Suggillatio Oculi ib. 34
Suppressio Urinæ VII. 62 &c.
Surditas X. 89
Surfeit VI. 18
Sycosis ib. 51
Synanche II. 9
Synchysis X. 27
Syncope V. 9. 12
Synovia XIII. 31

T.

Talpa seu *Testudo* XII. 82
Tarantismus III. 177
Tendinis Punctura XIII. 32
Tendinum vulnera XIII. 19
Tenesmus VI. 48
Terminthus XII. 21
Tetanus III. 82
Tinea seu *sahafati* X. 4
Tinnitus aurium ib. 87
Tonsillarum Inflammatio II. 9
Tophi Arthritici IX. 6[illegible]
Tormina Ventris Inf[illegible] XV. 19

Tormina

Tormina Scorbutica IX. 21. 29
Torpor III. 77
Tortura Oris III. 83
Tracoma X. 51
Tremor III. 79
— *Cordis* V. 5
— *Scorbuticus* IX. 30
Trichiasis X. 6
Tumores in genere XII. 1
— *Albi* XII. 66
— *Capsulares* XII. 77
— *Flatulenti* XII. 76
Tussis IV. 14
— *Convulsiva* XV. 30
— *Epidemica* IV. 17
— *Stomachalis* ib. 15
Tympanitis VIII. 32

V.

Vari XI. 9
Variolæ I. 118
— *Distinctæ* ib. 119
— *Confluentes* ib. 120
— *Malignæ* ib. 130
Variolarum Inoculatio I. 145
Varix XII. 37
Venena in genere XVI. 1
Aconitum XVI. 19
Æs viride XVI. 44
Angues XVI. 49
Antimonialia XVI. 44
Aqua fortis XVI. 45
Aranei XVI. 54
Argentum vivum XVI. 40
Arsenicum XVI. 36
Aspis XVI. 53
Bella donna vide Corona Imperialis.
Bufo XVI. 58
Cantharides XVI. 60
Cerussa XVI. 47
Cicuta XVI. 10
Cicutaria XVI. 14
Cingula Mercurialis XVI. 40
Coccullæ officinarum XVI. 22
Coriandrum XVI. 29
Corona Imperialis XVI. 18
Esula ibid.
Euphorbium ibid.
Fungi XVI. 32
Helleborus XVI. 18
Hyoscyamus XVI. 27
Litharggyrum XVI. 29
Mandragora XVI. 29
Mercurius præcip. & sublim. XVI. 41
Napellus XVI. 19
Nux vomica XVI. 30
Oenanthe XVI. 14
Opium XVI. 24
Scorpio XVI. 56
Serpentes XVI. 49
Solanum XVI. 28
Spiritus Acidi XVI. 45
Spiritus vini XVI. 63
Sublimatus Mercurius XVI. 41
Taxus XVI. 23
Tithymalus XVI. 18
Vipera XVI. 50
Ventriculi Inflammatio II. 63
Vermes VI. 82
— *In auribus* X. 86
— *In Corde* V. 1
Verrucæ XII. 101
Vertigo III. 26
Vesicæ Ulcus VII. 28
Vigiliæ III. 15
Visus Hebetudo X. 7
Ulcera XIII. 63
Ulcus Aurium X. 83
Ulcuscula Glandis & Præputii IX. 107. 125

Digitized by Google

Ulcus cordis V. 1
Ulcera Oculorum X. 28
— *Cris & Palati* IX. 111
Ulcus Renum VII. 37
Ulcuſcula Vaginæ IX. 108
Ulcera Venerea ib. 125
Ulcus Veſicæ VII. 28
Unguis Oculi X. 29
Vomica Pulmonis IV. 70
Vomitus VI. 9
— *Cruentus* ib. 11
— *Infantum* XV. 22
Urinæ Ardor in Lue Venerea IX. 129
— *Incontinentia* VII. 75
— *Suppreſſio* ib. 62
— *Suppreſſio ex Sanguinis dyſcraſia* ib. 66
Uroſcopia ſive *Urinarum Prognoſis* ib. 86 &c.
Uteri Hydrops XIV. 45
Uteri Procidentia ib. 88
Uterus Inflatus ib. 42
Vulnera XIII. 17
— *Arteriarum* ib. 18
— *Capitis* ib. 26
— *Lethalia* ib 20
— *Muſculi Temporalis* ib. 21
— *Nervorum* ib. 19
— *Sclopetorum* ib. 24. 28
— *Tendinum* ac *Membranarum* ib. 19
Uvulæ Relaxatio ſive *Procidentia* X. 92
Xerophthalmia X. 6

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google